na
0696

P. Alic. Con. in Hermaji.

# JOANNIS BARCLAII
# ICON
# ANIMORVM

*VIRORVM CLARISSIMORVM*

**AVGVSTI BVCHNERI**

ET

**CHRISTIANI JVNCKERI**

NOTIS ILLVSTRATA

RECENSVIT
EX MANVSCRIPTIS ET SVIS PASSIM
ANIMADVERSIONIBVS
NOVO ITEM INDICE VERBORVM RERVMQVE
AVXIT

**THEOPHILVS GRABENERVS.**

A. M. ILL. AFRAN. COLL.

---

*DRESDAE* ET *LIPSIAE*
APVD GODOFREDVM LESCHIVM.
ANNO M DCC XXXIII.

ua/1696

# PLVTARCHVS.

VT qui thus tundunt, etiamsi purgentur, tamen odorem in multum tempus referunt: ita animus, diu diuersatus in honeſtis negotiis, diu seruabit iucundam memoriam, qua fretus contemnet eos, qui uitam, ut miseram, deplorant.

6 2016 | D51 110

1372963 01

# PRAEFATIO
## THEOPHILI GRABENERI
## AD
## LECTOREM.

MVlto tandem, frequentique, bibliopolae rogatu permotus ICONEM ANIMORVM IOANNIS BARCLAII, opus paene nouum, priori certe auctius, emendatiusque, quod felix et faustum sit, euulgo. Non ea est omnium, quae operam suam erudiendae iuuentuti locant, ingeniorum felicitas, ut, dum scriptis nomen quaerunt, nihil publicae, priuataeque, industriae, quam debent formandis adolescentum mentibus, derogent, nec adeo magnificum saeculi nostri de scholastica eruditione iudicium, ut in ea

lubeat multum temporis, operaeque, consumere. Caput officiorum probo cuique semper uisum est, quas magistratus imposuit partes, pro eo, ac possit, solerter sustinere. Quod dum facit, dumque publice, ac priuatim, instituendis et exercitandis adolescentum ingeniis, limandis poliendisque scripturis, consilio et opera adest, effluit dies alienis, externisque, laboribus haud suffecturo, idque unum manet umbratilis studii solatium, rectius consuli reipublicae, si uiuas, spirantesque, bibliothecas, qualis *Longinus* fuit, instruamus, quam si mutas, expertesque uitae, scriptis aliquot, nec placituris forte, libris augeamus. Qua autem scribendi uoluptate duci eos putemus, quos fastidiosum uerae humanitatis et elegantiae saeculum, si per se stet, indignos eruditorum nomine iudicet, ac literaria eiiciat ciuitate? *Salmasios, Lipsios, Heinsios, Graeuios, Gronouios, Burmannos*, contemni uident publice, ac, nisi nugatores, certe uilis alicuius, nec publice utilis, artis sectatores haberi, quibus precarius sit eruditorum uirorum honos, non debeatur. Sapiens certe uir, ac publicorum gnarus usuum, ut illorum partibus accedet

cedet

cedet nunquam, qui, umbratilium literarum notitia, uelut perfectissima sapientia, elati, alto alios omnes supercilio contemnunt, sic nec ferendos aequo putet animo, qui uiros Graecae, Latinae, ac illius, quam Oriens extulit olim, literaturae peritissimos, notitia denique rituum antiquorum, et rerum inde ab orbe condito gestarum, in primis subactos, propterea quod aut Philosophiam non profitentur publice, aut siderum cursus non metiuntur, aut medicinam non faciunt, aut leges non interpretantur, aut capita coelestis doctrinae pro concione populo non explicant, aut regendae reipublicae non dant operam, eruditorum exclusos numero uelint. Si enim eruditio diuinarum, humanarumque, rerum, quae sensibus perfecte percipi haud possunt, acie mentis acquisita notitia est, nae illi nimis angustis literariam ciuitatem limitibus circumscribunt, qui non habendos in eruditis existimant, quibus pertinax inde a pueris industria facultatem peperit auctorum ueterum mentem dextre interpretandi, de genio scriptorum commode, scienterque, iudicandi, leges, mores, ritus, antiquorum populorum,

res denique passim in orbe terrarum gestas edisserendi ordinate, ac iuuentuti inde, quae seruiant reipublicae commodis, tradendi. At haec, inquiunt, instrumenta sunt, quibus paratur eruditio, non eruditio ipsa, nec idcirco eruditus erit, haec qui nouerit. Itane uero arguti homines non uident, et Philosophorum praecepta, et morborum curandorum rationes, et iurium cognitionem, nisi ad usum transferantur, non, nisi instrumenta, esse eruditionis ac sapientiae? Haec autem qui tenent memoria, rebusque accommodare sapienter didicerunt, si suo quodam merito eruditi censentur, quid impedit, quo minus et illi, qui et caussas linguarum, quibus eminuit eruditio, et antiquitatum, rerumque gestarum, apteque struendae orationis, rationes tam exacte norunt, ut in promtu habeant, quae praestent inde aliis disciplinis solidae eruditionis adiumenta? At poterit tamen eruditus esse, qui nec Graeci sermonis, nec Latini, gnarus erit, nisi forte solos Graecos, Latinosque, capaces putemus sapientiae fuisse? Poterit, inquam, in aliquo scientiarum genere eminere, quod, patrio iam quocunque

sermo-

erit , nisi forte solos Graecos , L
capaces putemus sapientiae fuiss

sermone uulgatum, nullo istarum linguarum subsidio indigeat. Nec ueró ideo minus eruditionis laudem merebitur solidior Graecae, Latinaeque, Philologiae cognitio, quam rerum naturalium scientia, si ab aliquo, doctrinae morum soli dedito, Socrate ignoretur. Quoad enim ea sapientes tenebit opinio, quam et usus rerum, et praesens literarum facies, confirmat, ueram esse, perfectamque, siue Theologi, siue Juris periti, siue Medici, siue Philosophi, eruditionem, quae artis firmamenta sibi ex linguarum, quas gentes literis olim, sapientiaque, celebres coluerunt, notitia comparet, perfunctoriam contra et leuem, quae his, uelut fundamentis, destituatur, non poterit ille uilis literator, aut merus coniector ac interpres uerborum, uideri, qui discendi cupidis ad intelligentiam eruditae antiquitatis monumentorum uiam et aperit, et munit, caussasque, et ordinem, et rationem, et fines, cum legum, morumque, priscorum, tum rerum in qualibet terrarum parte gestarum, exponit, et, quae uera sint, falsaue, quae futuris usibus proficua, quae minus, acri

iudicio, certoque, docet. Verum haec utcunque animaduerterint aut existimauerint illi leuis armaturae sub Musarum signis milites, quibus leui quadam uelitatione ad editiora eniti coeco fortunae impetu licuit, non euincent tamen, ut, quod instituit opus *Ioannes Barclaius* de dignoscendis humanae indolis notis, *Augustus* autem *Buchnerus*, et *Christianus Iunckerus*, clarissimi uiri, suis meditationibus illustrarunt, affectum destituamus. Commendat hunc nobis laborem et auctoris dignitas, et grauitas argumenti, et scripturae genus. Nec enim umbraticum fuit *Ioannis Barclaii* ingenium, qui, e nobili Scotorum familia, patre *Guilielmo*, iuris ciuilis doctore celeberrimo, matre gentis Mateuilliae, Gallica femina, Mussiponti in Lotharingia A. R. S. cIↃ IↃ LXXXII. natus, scholaeque Loioliticae institutione primum, tum patris, et Andegauensium doctorum, usus, *Iacobo I.* Britanniae regi, sic probauit mores et industriam, ut ab eo, post patris mortem in Angliam reuersus, in procerum cooptaretur numerum, qui honoris caussa, et ad augendum maiestatis splendorem, regi apparent, euntis latus

latus tegunt, regiisque conclauibus praesunt. E cuius aula quum, nouarum, quas uocabant, religionum odio, Romam secessisset, tantum abfuit, ut lateret praeclara eius indoles, ut *Paulo V.* Pontifici Maximo, patribusque purpuratis, *Maphaeo Barberino* maxime, in deliciis esset, et, ab iis liberalissime altus, inclaresceret magis magisque, magnumque sui desiderium ingenii summis quibusque uiris, quum Romae A.C. cIↃ IↃc xxi. prid. Id. Sextil. renum doloribus enectus, obiret diem suum, post se relinqueret. Praeter elegantissimum, quod adolescens, uix decem ac septem annos natus, de *Iacobi I.* regis inauguratione composuit, *carmen, Notas in Statii Thebaidem,* Mussiponti cIↃ IↃci. editas, *Seriem patefacti diuinitus parricidii in regem, regnumque Britanniae cogitati, et instructi,* A.C. cIↃ IↃc v. perscriptam, eruditam *praefationem,* patris *Guilielmi libro,* A.C. cIↃ IↃc viiii. *contra Pontificiam potestatem* uulgato, praemissam, et *Apologiam* eius, *Pietatis* titulo A.C. cIↃ IↃc xii. *contra Bellarminum* publicatam, *Satiricon* item, quod sub *Euphormionis Lusinini* nomine A. C. cIↃ IↃc iii. uiginti annorum iuuenis, luci

coepit publicae exponere, et *Apologiam* eius Londini, teste *Baelio*, A.C. cIↄ Iↄ cx. in lucem emissam, *librumque aduersus Sectarios* A.C. cIↄ Iↄ c xvii. Londini in uulgus protrusum, *uaria* item *poëmata*, duobus libris comprehensa, denique celebratissimam illam *Argenidem*, cuius editio a *Nicolao Peirescio* curata primum est eo ipso anno, quo *Barclaius* Romae extinctus est, ICONEM hanc ANIMORVM peperit nobis illustre uiri celeberrimi ingenium, quae ab *ipso* primum Londini A.R.S. cIↄ Iↄ c xiv. in publicum prodiit, quum haereret adhuc in Anglia, tum uero ibidem A.R.S. cIↄ Iↄ c xxiv. recusa, Dresdae autem cIↄ Iↄ c lxxx, cura *Io. Frid. Heckelii*, sumtibus Hubnerianis, extemporalibus quibusdam, plerisque supposititiis, *Augusti Buchneri*, uiri clarissimi, animaduersionibus aucta, et Bremae a *Martino Opitio* cIↄ Iↄ c lx. Germanico sermone reddita, exiit. Hanc ego si *exquisitae subtilisque elegantiae* librum, *ex arcana ingeniorum, animorumque, disciplina* depromtum, *nec una fortassis ratione notos aliorum in hoc genere commentarios superantem*, si *fontem quendam, et clauem, politicarum rerum*, appellari

lari

lari posse affirmem, nec a uero alienum quicquam dixero, nec quod ab *Henrici Boecleri*, uiri clarissimi, lata passim sententia discrepet. Graue profecto, et uiris maxime in republica uersantibus utile, argumentum est non hominum modo, aetatis, fortunaeque, ratione diuersorum, sed integrarum etiam nationum, uariam indolem perquirere, perquisitam omnium, quorum id scire interest, notitiae disertis uerbis exponere. Cui si nitor aliquis dictionis, et efficta ad ueterem Romanorum elegantiam facundia, accesserit, etiam quae per se ardua sunt, perceptuque difficilia, nescio qua, suauitate in animos legentium, audientiumque, influunt, ut uix, nec sine summa uoluptate, sentiantur. Nolim equidem in *Gabrielis Naudaei* sententiam ire, quum *praestanti facundia, et omni laudis genere, quae ex literarum studiis elegantioribus prouenire solet, ne ex ueteribus quidem Romanis quenquam Barclaio anteponendum* censet. Dum enim ad *Petronii* potius, *Flori*, *Plinii*, *Apuleii*, *Senecae*, acutam, sententiosamque, sublimitatem stilum potius, quam ad castam *Nepotis*, *Caesaris*, *Paterculi*, *Ciceronis*, ubertatem, effin-

effingere *Barclaius* studet, interdum fit in dicendo audaculus, ut grauibus, sincerisque, uiris delicatus nimis, nimisque fucatus, aequabilis minus, uideri possit. Nec illa tamen maleuolorum de *Barclaio* nostro iudicia tulerim aequo satis animo, quum *Latinitatem* eius *Romanas aures peregrinitate radere*, et *ueteri sapore imbutum palatum offendere*, cauillantur. Fuit sane *Barclaius*, si quis alius, in ICONE ANIMORVM obseruans priscae, Romanaeque, dictionis, nisi quod acutus maluit, quam uber, disertus, quam eloquens, uideri, nec unquam caussam uincent aut *Morhoffius*, aut *Scioppius*, si, quod de *Argenide* questi sunt, ille *multas a se confictas phrases*, hic *innumerabilem copiam peregrinarum locutionum*, in hoc libro inuenisse conquerantur. Illud ego certe negotii mihi datum esse existimaui, ut, quando in sola mente auctoris explicanda et *Buchneri*, et *Iunckeri*, occupata fuit industria, dictionem *Barclaii* ad auctorum ueterum scripturam, uelut lapidem Lydium, exigerem, et, sicubi opus foret, quam auctoritatem secutus *Barclaius* esset, ingenue indicarem. In paucissimis lapsum, humani-

que

que passum aliquid, *Barclaium* deprehendi, eo autem magis uenia in his ipsis dignum, quod, quae ausus est dicere, in similitudinem tornauit antiquae dictionis. At tu tamen, inquis, adolescentum manibus reddes *Barclaii* stilum, quem excutiendum iis esse multi praeclari uiri statuerunt? Reddo, inquam, sed iis, quibus castae, uberisque, dictionis Romanae copia subactum est ingenium, et quibus ornatus orationis quaerendus est, quibus denique fallendi otii ratio suggerenda. Reddo, sed noua uelut luce ita collustratum, ut et pateat auctoris mens facilius, et, cautione sicubi opus sit, animaduersio ac diligentia certo indicio excitetur. Quod si cuiquam, dum ad purae Latinitatis normam *Barclaii* dictionem reuoco, in tricis, apinisque, perdidisse uideor operam, patiatur ille mihi eam curam Romani sermonis esse, qui est aliis Gallici, dum, ne quid contra linguae genium dicatur, cauent diligenter. Intra muneris me, quod res publica imposuit, limites contineo, in ea quippe specula positus, de qua prospiciendum sit, ne quid damni iuuenilibus ingeniis, aut literaturae humaniori, infera-

inferatur. Quapropter si curae mihi fuit, ut sua *Buchneriano* ingenio et integritas, et gloria, priori huius libri editione paene attrita, quantum fieri potuit, restitueretur, nec intercideret *Junckerianae* industriae fragmentum aliquod, si meis qualibuscunque animaduersionibus id studui assequi, ut ne quis aut deroget quicquam famae *Barclaii*, aut tribuat nimium, si denique, quid *Buchneri* debeatur operae, signo B. quid *Junckeri*, signo J. quid meae, nullo signo, denotaui, id a me bono animo, et publicis usibus seruire cupiente, factum esse, uelim tibi, lector beneuole, persuadeas. Vale. Perscripsi Misenae, in illustri Afraneo, prid. Kalend. Januar.

cIↃ IↃcc xxxii.

SVMMA

* * *

# SVMMA OPERIS SEQVENTIS HAEC EST:

*Praefatio Auctoris.*

CAPVT I.

*De quatuor hominum aetatibus, pueritia, adolescentia, uirili aetate, senectute.*

CAPVT II.

*De genio saeculorum et regionum.*

CAPVT III.

*De Gallorum indole.*

CAPVT IIII.

*De indole et moribus Anglorum, Scotorum, Hibernorum.*

CAPVT

## CAPVT V.

*De Germanorum et Belgarum indole ac moribus.*

## CAPVT VI.

*De Italorum indole ac moribus.*

## CAPVT VII.

*De Hispanorum genio ac moribus.*

## CAPVT VIII.

*De Hungarorum, Polonorum, Moscorum, gentium reliquarum ad ſeptentrionem poſitarum, indole ac moribus.*

## CAPVT VIIII.

*De Turcorum, et Iudaeorum, indole ac moribus.*

## CAPVT X.

*De indole ſingulorum, ſigillatim ad ſubitos iocos ac ſententias ualentium, hominum facundorum, tardioris item lentiorisque prudentiae, et quae horum indoles alteri praeferenda ſit.*

CAPVT

## CAPVT XI.

*De fortibus animis, temerariis, timidis, superbis, sordidis, languidis et reconditis, hilaribus et exertis, inconstantibusque.*

## CAPVT XII.

*De animis amori obnoxiis, et pro fortunae diuersitate uariis.*

## CAPVT XIII.

*De uaria imperantium, procerumque indole.*

## CAPVT XIIII.

*De studiis aulicorum, uariaque indole diuitum et pauperum.*

## CAPVT XV.

*De magistratibus et caussarum patronis.*

## CAPVT XVI.

*De diuinarum scientiarum peritis, deque praefectis religionum.*

*SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI,*

# LVDOVICO XIII.

## FRANCIAE ET NAVARRAE 1)

## REGI CHRISTIANISSIMO, 2)

EV-

---

1) Non aliis titulis prouinciarum utitur rex Galliarum, quam Franciae ac Nauarrae, licet multos principatus, prouinciasque ingentes, possideat. Sic et in Germania Duces Brunsuicenses ac Luneburgenses a reliquis prouinciarum suarum titulis, praeterquam Brunsuici et Luneburgi, penitus abstinent. De iure regum Galliae in regnum Nauarrae disserit *Becmannus* in Notitia orbis Geographica et ciuili, *Pufendorffius* in Introductione ad Historiam Vniuersalem, cum Commentario *J. P. Ludouici* B. J. Est illa titulorum simplicitas ab ultima regum Francorum aetate traducta. Nec enim, quae imperatorum regumue orientis, ea occidentis fuit titulorum ostentatio prius, quam Hispanorum regum arbitrium eam induxit. Testantur illud literarum, diplomatumque ueterum, quae supersunt, monimenta, in quibus Carolus M. non nisi CAROLVS AVGVSTVS ROMANORVM ET FRANCORVM REX, eiusque successores non, nisi *reges Francorum*, appellantur. FRANCIAE autem titulo NAVARRA accessit, ex quo *Henricus IIII*, Nauarrae rex, adiit haereditatem regni Gallici, uidelicet ab anno cIↃ IↃ LXXXVIIII. 2) Vnde regibus Galliae, et quare, hic titulus fuerit tributus, non

# EVPHORMIO 3)

felicitatem, uictorias,
triumfos.

1 MOrtalium animos seria contemplatione deprehendi, 4) LVDOVICE, REX CHRISTIANISSIME, et ueluti oculis subiici posse, ille 5) sciebat,

constat liquido. Quidam inde a Ludouici I., regis Galliae, temporibus eum repetunt, alii contra eum a Pio II. P.M. tributum Ludouico XI. asserunt. Vide laudati Becmanni Notit. Dignitat. Ill. Diss. II. Cap. II. §. 3. p.m. 47. et 48. J. 3) Sub *Euphormionis Lusinini* nomine latere uoluit Joannes Barclaius, quum A. C. cIↄ Iↄc III. *Satiricon* suum, quo uitiosos aulicorum mores perstrinxit, adolescens uiginti annorum, primum publicaret. Postquam autem illud *Satiricon* ab Anonymo quodam iniquissima notatum censura, et Barclaius A. C. cIↄ Iↄc x. *Apologiam* eius in lucem edere Londini coactus esset, uerum nomen profiteri non dubitauit. Cuius rei memoriam ut publice refricaret, A. C. cIↄ Iↄc XIIII. quum Londini *Iconem Animorum* uulgaret primum, praefationi huic, ad Christianissimum Regem, *Ludouicum XIII.* scriptae, *Euphormionis* nomen adhibuit, ipsi autem libri titulo uerum. 4) Velut capi, captosque duci, ab humanis cogitationibus. *Deprehendi* enim dicuntur, qui ita capiuntur, ut elabi non possint. B. Ita Cicero pro Coelio Rufo: *Catilinae*, inquit, *facinora oculis prius, quam opinione, manibus ante, quam suspicione, deprehendi.* Seneca Epist. XLIII. ad Lucil. *Sic uiuimus, ut deprehendi sit subito adspici.* 5) Chilo, unus

sciebat, qui in oraculi modum edidit, ut se quisque cognosceret. Sed priuatum bonum 2
est 6) ad suae unius mentis notitiam peruenire.
Plurimorum autem uarios genios, 7) impetus- 3
que

unus septem sapientum Graeciae, cui etiam aureum illud dictum: Γνῶθι σεαυτὸν, quod coelo creditur delapsum, ferturque aureis literis ianuae Delphici templi olim inscriptum, adscribitur. B.
6) i. e. Hoc singuli tantum homines possunt, ut suam unius mentem quilibet discat pernoscere. J.
7) Ingenia, mores, indolem. B. J. Animus uidelicet hominis, dum animat corpus, uimque intelligendi ac uolendi exerit, a Graecis Δαίμων, a Latinis *Genius*, dictus est. Itaque Apuleius de Deo Socratis: *Nam quodam significatu et animus humanus, etiam nunc in corpore situs*, Δαίμων *nuncupatur.* Addit paulo post: ἐυδαίμονας *dici beatos, quorum Daemon bonus, id est, animus uirtute perfectus sit.* Quem δαίμονα quum uix ausit *Genium* appellare, *Deum* uocat, *cupidinemque animi* interpretatur, seu *animum sui cuiusque immortalem, sed cum homine natum.* Hic ipse *sacer intra nos sedens spiritus* Senecae est Epist. XLI. ad Lucil. de quo Varro de L. L. Fragm. libr. XVI. *Tertium gradum animae*, ait, *esse summum, qui uocatur animus, in quo intelligentia praeeminet. Hoc, praeter hominem, omnes res carere mortales. In quo, quoniam homines uidentur Deo similes, hanc partem animae mundi*, dicit, *Deum, in nobis autem Genium, uocari.* Quod eos uelim monitos, qui, quid per *genium hominis*, et *genium saeculi*, Barclaius significet, non uidentur esse satis assecuti, sed inuenisse in eo, quod sugillarent, tanquam ignari, *indulgere suo Genio*

 idem

que 8) animorum, curiosa diligentia posse distinguere res adeo publicae utilitatis est, ut nec indignum duxerim munus, quod tuae maiestatis adolescentiae 9) traderetur, hanc mentium, morumque, picturam, in qua, ut potui, fidelissime naturae lineamenta 10) secutus sum, et aliquot discrimina adumbraui, quae in hominum animis eadem natura constituit, siue terrarum, ubi oriuntur, spiritu, 11) siue fortunae,

---

idem esse, ac *cupiditatibus animi obsequi*, *defraudare* contra *suum Genium* dici eos, qui naturae negant, quod appetit. 8) Motus et impetus animi est, cum aut irascimur, aut gaudemus, aut moerore afficimur. Vno uocabulo, Affecten, oder Gemüths Bewegungen. B. J. 9) Ludouicus enim XIII, nouem uix annos natus, rex creabatur. B. 10) Lineamenta naturae χαρακτῆρες ἠθικοὶ Graecorum sunt, quos Theophrastus delineauit, notae uidelicet certae, quibus indoles hominum et cognoscitur, et dignoscitur, Merckmahle der Gemüths Art und natürlichen Neigungen des Menschen. Sic Cicero de Finib. libr. III. *Animi lineamenta* dixit *pulchriora esse*, *quam corporis*. 11) Natura et aëre regionum, ubi quis est natus. J. *Spiritum* quidem dici *aërem*, quem ducimus *spiritu*, hoc est, *respirando*, in pulmones, auctor nobis est *Plinius Histor. Nat. libr. II. cap. V. Cicero de Nat. Deorum libr. II. Seneca Natur. Quaest. libr. V. Quaest. XIII.* Hinc et *uentus Solino cap. XXXII. spiritus* dicitur. At, si recte illam Barclaiani ingenii sublimitatem, noui, alludit ad illum *Platonis spiritum uniuersi*, quem

nae, in quam nascuntur, aut perueniunt, sorte, 12) siue etiam uariarum aetatum discrimine, aut illorum affectuum, qui paene diuersi singulos agunt. Non indulgeo, 13) Rex 4
Serenissime, intempestiuae 14) et superbae 15) sapientiae, ut his scriptis informare adolescentiam Tuam studeam, et inter disciplinas, quae iam primam Tuae Maiestatis aetatem feliciter exercent, non rogatae sententiae suffragio audiri. 16) Habes iuuentutis Tuae rectores, 17) quos Burrhum et Senecam 18) appellarem, nisi quod

quem *Seneca Natur. Quaest. libr. VI. Quaest. XVI.* *uitalem et uegetum, et alentem omnia*, alii *naturam uniuersi*, *Cicero de Natur. Deor. libr. III. unum diuinum spiritum, quo natura contineatur*, et *de Diuinat. libr. II. affectionem coeli, ex qua primum puer spiritum ducat*, uulgus *clima*, Latini interdum *naturam*, *ingenium*, *indolem regionis*, appellant. 12) Statu, conditione, ratione. J. *Sors fortunae* autem dicitur, ut passim, apud poëtas *Sors fati*, nisi quod *Sors fortunae* hic est der Stand, darein GOTT einen jeden durch die Geburth ſetzet, oder durch Beförderung. 13) Non quaero, non trado, non propono, aut docere uolo hic sapientiam. J. 14) Unzeitige, ratione aetatis regis. B. 15) Eingebildete, quia ipse ad hanc sapientiam regi tradendam uocatus non sit B. 16) Nemo enim a me petiit consilium. Digitum intendit ad illud Catonis: *Ad consilium ne accesseris ante, quam uoceris.* B. J. 17) Praeceptores, Hofmeiſter, quos Horatius libr. I. od. XXXVI. v. 8. *reges pueritiae* uocat. B. J. 18) Duo Neronis iuuentae

 rectores,

quod in Traianum inciderunt. 19) Habes utriusque Parentis 20) sacratissimum genium, 21) o Rex, illumque praeterea, qui a numine est, uobis, suae maiestatis uicariis, incubantem 22) His Tu optime indolem Tuam credes. 23) Nobis tamen, in parendi sortem genitis, 24) si templa adornare, et coronas licet aris appendere, 25) cur non et pietati uideamur operari, 26) cum

rectores, ille militaribus curis, et seueritate morum, hic praeceptis eloquentiae, et comitate honesta, praeditus, teste Tacito Annal. libr. XIII. cap II. B. J. 19) Blanditur Barclaius Ludouico regi, OPTIMO illum PRINCIPI comparans, dum ait, ipsum non Neronem esse, sed Traiani similem, habere tamen rectores iuuentutis regiae *Burrho* similes, *Senecae*que. B. J. 20) Patris, Henrici IIII. et matris, Mariae Mediceae. J. 21) Ingenium, indolem excelsam, et maiestatis plenam. J 22) Ille *Genius*, qui a numine est, et suae maiestatis uicariis incubat, Barclaio uidetur esse hohe Erleuchtung und Verſtand, welche GOtt gecrönten Häuptern giebet, nisi forte diuini illius sanctissimique spiritus, omnis intelligentiae effectoris, haec descriptio esse debet. 23) Formandam scilicet. J. 24) Quibus relicta est obsequii gloria. J. 25) In donariis, quibus templa et arae exornari a profanis hominibus olim solebant, coronae erant. Hinc Christiani primis saeculis ab usu coronarum abstinebant. Confer. Tertullianus de coronis, et Minutius Felix. B. J. 26) *Operari Pietati* est *operam dare pietati*, *comprobare pietatem suam re et opere.* Sic Tacitus Hist. libr. V. cap. XX. *militem caedendis materiis operatum*, et

cum ipsos ingenii nostri census, 27) uelut in sacrum numinum 28) uestrorum aerarium, ingenua deuotione 29) conferimus? At quid (in- 6
quies) externae gentis homo diuertis ad peregrini numinis cultus? 30) Nunquam erit, rex, 7
ut, meo regi domesticus, 31) me apud Te ducam

---

et Annal. libr. III. cap. XLIII. *nobilissimam Galliarum sobolem liberalibus studiis operatam*, dixit, et Annal. libr. II. cap. XIIII. simpliciter *operatum esse*, pro *sacrificasse: Vidit se operatum Germanicus per quietem.* 27) Fructus, diuitias, quasi quoddam sacrificium, aut quasdam decimas. J. 28) Ad imitationem Romanorum, Imperatores suos NVMINA appellantium, seque eorum NVMINI AC MAIESTATI deuouentium, haec dicit Barclaius. Ita ad Valentinianum Symmachus libr. X. Epist. XXII. *Quantum est enim, quod ego numini uestro ago gratias?* et Ep. XXIII. ad Theodosium: *Vestri numinis erit communem caussam tueri.* Conf. Epist. XXVI. XXVII. XXVIII. Valerius Maximus in Praefat. ad Tiberium Caesarem: *Tua*, inquit, *diuinitas praesenti fide paterno auitoque sideri par uidetur.* Quanquam et diuinior codex *Deos* uocat passim *magistratus*, quod notum in uulgus est. Conf. J. H. Boeclerus de Auspicio regio cap. III. B. 29) *Ingenua deuotio* consecratio est ac dicatio, seu addictio rei, homine ingenuo digna, ut distinguatur ab illa iniquiore, quam simpliciter *deuotionem* uocat, ac cum *ueneficiis* coniungit, Tacitus Annal. libr. III. cap. XIII. libr. IIII. cap. LII. et libr. XII. cap. LXV. 30) Qui natione non Gallus, sed Britannus, quid audes regem Galliae uenerari et alloqui? 31) Regum, Principumque,

 dome-

cam externum. Tuae enim fortunae 32) magnitudo non in Galliarum, adeoque nec terrarum, 33) finibus haeret. Transit quoque maria, obtinetque amicitiae iure Britannias, 34) quod persaepe est ipso seruorum et ciuium sacramento 35) uali-

---

domestici sunt, qui semper iis sunt a latere. B. Vt Domus PRINCIPIS est familia principis, cum omni eius ministerio, apud Tacitum Annal. libr. IIII. cap. LII. der gantze Hof des Kayſers, ita DOMESTICI sunt *aulici*, et qui quocunque nomine ad familiam principis pertinent, ab Herodiano οἱ ἀπὸ τῆς αὐλῆς οἰκέται appellati, Hist. libr. I cap. VI. Sigillatim DOMESTICI PRINCIPVM, uel custodes corporis, uel comites, qui honoris pompaeque caussa prosequebantur eos, a Flauio Vopisco in Numeriano, aliisque passim Historiae Augustae Scriptoribus, uocati sunt. Talis olim Barclaius fuit, adscriptus quippe numero nobilium aulicorum, qui regio Jacobi I. conclaui praeerant. Hinc illud uerbum eius: Vt MEO REGI DOMESTICVS. 32) Fortuna saepe est idem, ac dignitas imperii, Tacito Hist. libr. III cap. XLII. et libr. I. cap. X. ubi *ante fortunam*, et *post fortunam*, idem est, ac *ante susceptum imperium*, et *post susceptum imperium*. B. 33) Tuarum scilicet, seu quibus imperas. J. 34) Angliae, Scotiae, Hiberniae, regna, quae in unum Britanniae Magnae regnum primum sub Jacobo I. coaluerunt. B. Itaque Ludouicus IIII. Galliae rex, *Vltramarinus* recte est appellatus, quum in Anglia per XIII. annos exul, saeculo decimo, uixisset. 35) Sacramentum proprie iusiurandum militare, tum etiam quod ciues principi praestant, der Huldigungs

ualidius. Foedus dies, saeculoque pudendus, 8
qui parricidio supra omnem atrocitatem horribili inclytum tuum patrem 36) orbi ademit, tibi fidem tuorum amicorum approbauit certiori experimento, quam etiam ipsi uellent. 37) Inter 9
omnes nemo regum, principumue, serenissimo meo rege, 38) aut uerius 39) defuncto Henrico ingemuit, aut sincerius timuit uiuenti Ludouico. 40) Neque uero cunctatus est, dum, co- 10
gnito rerum euentu, posset perfunctoria, 41) et secura, 42) pietate se iactare, 43) sed cum adhuc

gungs-Eyd B J 36) Henricum IIII. regem Galliae, A. C cIↄIↄcx. pridie Idus Maias occisum cultello a Francisco Rauaillac B. 37) Maluerant laetiore quaque occasione amici tibi probare fidem suam. In periculo tamen, casuque tristi, fides certissima exploratur. B. J. 38) Jacobo I. Magnae Britanniae rege. 39) Minus ficte, ungeheuchelter mit mehrerm Ernſt. B. J. 40) Ludouico XIII. ad quem scripta est haec praefatio. J. 41) Petronii uerbum est in Satirico: *Coepit me non perfunctorie uerberare:* et inferius: *Nec satiatus perfunctorio ictu.* *Perfunctorium* igitur est, quod remissius fit, non adhibita diligentia debita. Qualis fere labor eorum est, qui *perfunguntur opere*, hoc est, ipsum finem operis faciunt, iam delassati, pertaesique operae, deproperant. B. J. 42) Quum non amplius opus esset de tua salute dubitare, aut angi. J. 43) Amorem in te suum comprobare, et ex eo gloriam quaerere. J.

44) *Arti-*

huc in tanto rerum articulo 44) extrema 45) timerentur, in hanc uocem, ad immortale amicitiae exemplum, erupit, se Tecum communicaturum pericula, uenturasque in sortem Britannias, 46) quamcunque ille turbo 47) tuis Galliis
11 fecisset. Nec deinde degenerauit 48) rex maximus 49) a suorum uerborum sanctitate, affectu, annisque, Tibi pater, 50) et ante, quam uelles, 51) frater

44) *Articulus* ut membrorum, sic temporum, quasi flexus est, et illud momentum, quo fit rei conuersio. Sic Terentius Adelph. Act. II. Scen. II. v. 20. *In ipso articulo me oppressit.* Cicero pro Quinctio: *In ipso temporis articulo:* Eben zu rechter Zeit, da es eben hohe Zeit war. *Rerum articulus* est, qui *rerum transitus* alias a Tacito dicitur, eine Staats-Veränderung. *Rem* enim pro *imperio* dicere et Liuio, et Tacito, perquam familiare est. Talis autem temporum, rerumque, articulus fuit, mortuo Henrico IIII, et puero, Ludouico XIII, regnum adepto. At tum quidem cautione ac prudentia maxime opus fuit, ne regni fortuna labasceret. B. J. 45) Videlicet pericula. J. 46) Britannos uenturos in societatem periculi. J. 47) Turbae ex Henrici IIII. caede exortae. B. 48) Defecit. J. 49) Jacobus I. rex Britanniae. J. 50) Tum enim Jacobus I., d. 19. Jun cIↄ Iↄ LXVI. natus, annum aetatis quadragesimum octauum, Ludouicus XIII. autem, d. 27. Sept. cIↄ Iↄ c I. in lucem editus, decimum tertium agebat, quum Barclaius haec A. C. cIↄ Iↄ XIIII. scriberet. 51) Mallet enim patrem adhuc uiuum Ludouicus puer. J.

52) Morem

frater 52) communione dignitatis. Hac tanta 12
animorum utrinque mixtura et Gallica decet in Britanniis uota feruere, 53) et nostra apud uos exaudiri. Et ea mihi publica fuit ratio (nam priuatas tacuerim) nuncupandi 54) tuae maiestati donarii. 55) Ac nunc quidem ICONEM 13
ANIMORVM, 56) rex potentissime, Tibi uoui, mox quoque Tui animi, et maiestatis imaginem posteritati paraturus, 57) cum Te ad illa, quae orbis expectat, purpura tua digna, maior aetas propulerit, 58) spiransque

52) Morem regum respicit, se fratres inter se per literas appellantium, ad significandam dignitatis aequalitatem. 53) Quum haec sit animorum inter Britannos, Gallosque, coniunctio, aequum est, ut Galli pro Britannis, Britanni pro Gallis, uota faciant. J. 54) Offerendi, dedicandi. B. 55) *Donaria* proprie dona, quae Diis publice in templis offerebantur. Donarium igitur hunc librum dici fas erat, quem regi, iam a se *numen* appellato, dedicabat, seu doni loco offerebat J. 56) Hunc librum, in quo, uelut in tabula, depicti sunt mores hominum. B. 57) Historiam uitae ac rerum abs te gestarum scripturus ad utilitatem posteritatis. J. 58) Quum aetatis progressu eas res geres, quas abs te expectant omnes, uelut regio isthoc fastigio dignas. J. *Purpura* pro regno, seu maiestate, uelut *signum pro re signata*, metonymice ponitur. B. *Propellere* cum Praepositione *IN*, notat *locum*, ut in illo Petronii Satiric. *cruda studia in forum propellunt:* cum Praepositione *AD* notat *finem* praefixum, ut in illo Taciti libr. VI. Annal. cap. III. *rudem*

que 59) in oculis atque ingenio tuo maximi patris uirtus, qui, bello ac pace mirabilis, aemulorum 60) inuidiam uicit, et amicorum fidem, 61) Galliam suam, agentibus fatis, 62)
14 insanam armis 63) fregit. Quid in Caesaris 64) laudibus maius? Suum deinde in uictoria ani-
15 mum clementia exarmauit. 65) Nec id potuit Alexander. 66) Tu tanti patris haeres, Tu spes, metus.

*rudes animos nomine honoris ad corrumpendum militiae morem propellunt.* 59) Viuens et exerens se. Sic Cicero pro Milone: *Ecquando ab eo spirante potuisset defendi curia, cuius non restiterit cadaueri?* 60) Factionis Guisianae, Gregorii IIII. P.M., Philippi II. Hispaniae regis, Caroli Immanuelis, Sabaudiae Ducis, Caroli Bironii. 61) Vicit amicorum fidem, id est, plura praestitit amicis, quam illi sibi J. 62) Non *ducentibus*, quod mitius erat, sed *agentibus*, ut solet [illegible] a pastore agi, cogique. J. 63) Bellis ciuilibus. J. Inde ab A. C. cIↄ Iↄ LXXXVIIII. usque ad A. C. cIↄ Iↄ LXXXXIIII. quo temporis interuallo Guisianae factionis studia Henricum IIII. per caussam peregrinae religionis regni Gallici possessione arcebant, donec sacra amplexus pontificia esset. 64) Julii Caesaris. J. 65) Elatum uictoria animum, et iram aduersus inimicos et aemulos conceptam. J. *Exarmare* est *debilitare, frangere.* Sic *nauis tempestate exarmata* est nauis, quae rudentes, malos, anchoras, fluctuum, uentorumque, ui amisit, apud Senecam Consol. ad Helu. cap. ult. Plinius libr. III. Epist. IX. dixit: *Exarmare accusationem.* 66) Vsque adeo sibi in uictoria temperare. J.

67) Ita

metusque, populorum iam famam impleuisti, 67) quantamcunque capere tam teneri anni possunt. Dum crescis, dum in uires, summis rebus ma- 16
turas, 68) exsurgis, Tuae maiestati in haereditatis interim partem laus parentis, triumphique, et ceterae dotes erunt, quibus aeternitatem emit. 69) Sed et haec ipsa, licet patria, 70) aliena esse censebis, 71) uolesque Tuis titulis 72) niti, 17
ubi

67) Ita Tacitus: *implere consilium*, libr. I. Histor. cap. XVI. *Osculis lacrumisque dolorem implere.* Annal. libr. I. cap. XXII. *Implere fidem ominis.* Hist. libr. II. cap. LXXVIII. *Implere locum principem*, Annal. libr. IIII. cap. XXXVIII. *Implere mensuram*, Annal. libr. XIV. cap. LIIII. *Implere munia consulis et consulatus, ducis, sua*, Annal. libr. XV. cap. LXVIIII. libr. III. cap. XXXI. LIII. Hist. libr. I. cap. LXII. 68) Quae sufficiant aliquando maximis rebus gerendis. B. 69) Per quae famae aeternitatem est assecutus. J. Seneca de Beneficiis libr. II. cap. I. dixit: *Nulla res carius constat, quam quae emta est precibus.* In uulgus notum est illud poëtae: *Nocet emta dolore uoluptas.* Ita *emere aeternitatem triumphis*, est: *triumphis acquirere famam et nomen aeternum.* Nam *aeternitas* est idem, ac gloria nunquam intermoritura. Sic Cicero in Pison. *Mihi populus non unius diei gratulationem, sed aeternitatem, immortalitatemque, donauit.* 70) Accepta a patre tuo. B. 71) Nam *genus, et proauos, et quae non fecimus ipsi, uix ea nostra puto*, recte inquit Vlysses apud Ouidium Metamorphos. libr. XIII. v. 140. seq. 72) Propriam laudem desiderabis. J. *Titulus* pro *laude* usurpatus a Cicerone Tusc. Quaest. *Quos si titulus hic delectat insignis et pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissi-*

ubi eosdem poteris per aetatem 73) meruisse.

Vale.

---

*dignissimus.* Sunt et *tituli* statuarum, publicorumque operum, ac monumentorum, inscriptiones. Hinc *imagines*, *tituli*, *statuae* in decoribus et ornamentis publicis oratorum coniunguntur a Quintiliano in Dialogo de Orat. cap. VIII. Vtcunque existimaueris haec, *suis titulis niti* est *suis se uirtutibus ac rebus praeclare gestis efferre.* 73) Maior annis, prouectiorque factus. J.

# JOANNIS BARCLAII ICONIS ANIMORVM

## CAPVT I.

*Aetates hominis quatuor, pueritia, adolescentia, aetas uirilis, et senectus.*

Humani generis, sicuti ceterorum omni- 1
um, praecipua in cunabulis 1) custo-
dia 2) eſt. In arboribus rami na- 2
scentes obsequuntur agricolae, 3) cu-
ius ductu uel in altum enituntur, 4)
uel

1) In primordiis, uel in prima aetate. Vox enim *cunabula* ſaepius pro primordiis, aut origine alicuius rei, ponitur, ut in illo Virgilii libr. III. Aeneid. v.105. *Mons Idaeus, ubi et gentis cunabula nostrae.* Sic Valerius M. libr. III. cap. I. §.1. *Attingam nunc quasi cunabula quaedam et elementa uirtutis.* B. J. 2) Praecipua cura et attentum studium B. Sic Cicero pro Planco. *Itaque non extimesco, ne Plancio custodia meae salutis apud eos obsit.* Et in Philipp. VII. *Cuius ego excubias et custodias mei capitis cognoui in consulatu meo.* 3) Sequuntur manum agricolae, wie er ſie beuget, ſo wachſen ſie auf. B. Ita Cicero ad Lentulum libr. I. Ep. VIIII. *In nauigando tempestati obsequi artis est.* Seneca Ep. II ad Lucil. *Animus ſlexibilis, et omni humore obsequentior.* 4) Procrescunt. J. Sic Tacitus Annal. libr. I. cap. LXX. *Vitellius in editiora enisus.*

uel ad terram proni deflectunt. 5) Ita puerorum animi parentum, uelut obstetricum, 6) manibus fingi possunt certa, et in secuturam aetatem
3 tem manſura, imagine. Semina 7) maxime, et ueluti fundamenta, uirtutum his antiquo, 8) praealtoque, affectu 9) insinuanda sunt, 10) ut deinde ignorent, natura, an praeceptis, acceperint 11) parentibus obnoxio 12) ingenio esse, faci-

5) Wachſen niedrig, krumm, und untauglich. J.
6) Vt infantes inuoluuntur fasciis, manus ac pedes eorum ordine, ac decenter, componuntur, uinculis colligati, ad egregiam crescendi formam, sic animi puerorum fingi possunt, formarique, gebildet und eingerichtet werden, manibus, id est, disciplina parentum, ut certam morum imaginem recipiant ac seruent diu. 7) Est animus instar agri, disciplina instar seminis. Per *Metaphoram* igitur primae disciplinae, quibus imbuuntur animi pueriles ad capessendam uirtutem, *semina* dicuntur. B. J. Ita Cicero de Diuinat. libr. I. *Quod Zeno in commentariis suis quasi quaedam semina sparsisset.* 8) *Antiquus* saepe idem ac *probus*, *candidus*, *sincerus*. Velleius libr. II. cap. XLVIIII. *Vir antiquus et grauis.* 9) Nihil prius, nihil profundius, insinuandum, aut inspergendum est animis puerorum, quam amor uirtutis, et odium uitiorum B. *Praealtus* est *ualde profundus*. Sic *praealti fluminis ostium, quo circumagi naues in stationem possint tutam, praealtum alueum,* passim dixit *Liuius*. 10) Sic Plinius Panegyr. cap. LXII. *Hoc est, quod penitus illos animo Caesaris insinuauit.* Ciceroni familiarius est: *Insinuare in animum*, uel *ad animum*. 11) Natura duce, an a ſapientibus parentum praeceptis, acceperint? Ob ſie es aus Mutter-Leibe mitgebracht, oder durch Anweiſung gelernet? 12) Seneca de Benef. libr. III. cap.

facilique præcipientibus, 13) intemperantia, 14)
mendacio, et fraude, uelut insolentia 15) pro-
digiorum, exterreri, 16) praecipue uim numinis
uenerari, nunc beneficio, nunc vindicta, suspi-
ciendam. 17) Et haec ipsa non atroci, aut mo- 4
lesta, ratione 18) urgenda sunt. Nam quae-
cunque suppliciorum metu colimus, 19) eadem
tristi 20) fastidio solemus auerſari, et concepta
a puero odia, nescio qua, horroris consuetudine
ad

cap. XXX. *Corpora seruorum obnoxia sunt et adscripta dominis, mens quidem sui iuris.* Tacitus libr. XVI. Annal. cap. VI *Amori uxoris obnoxius.* libr. XII. cap. I. *Claudius coniugum imperiis obnoxius.* libr. XI. cap. XXXVI. *obnoxius iussis Messallinae.* libr. XVI. cap. I. *Iussis alienis obnoxius.* 13) Vt praestent obsequium promtum ac facile parentibus praecipientibus utilia. J. 14) Quam *omnium perturbationum matrem* appellat Cicero libr. I. Acad. Quaest. Est autem cupiditas nimia, et immoderata libido. B. J. 15) Sic Cicero in Pison. *insolentiam rerum secundarum:* de Orat. libr. III. *insolentiam uerborum*, et libr. I. *insolentiam disputationis.* pro Deiotar. *insolentiam loci*, pro Dom. ad Pontif. *insolentiam dominatus:* dixit. 16) Non secus exterreantur, quam prodigiis insolitis. B. 17) Diuina uis nunc beneficiis, nunc poenis, se exerit. J. *Suspicere* per Metonymiam Antecedentis pro Consequente, pro *uenerari* et *colere* haud infrequenter ponitur. Nonnunquam etiam *admirari* denotat, uti Horatius libr. I. Ep. VI. v. 12. ſeq. J. *nunc argentum, et marmor uetus, aeraque, et artes, suspice.* Cornelius Nepos in Agesilao cap. IIII. *In hoc non minor eius pietas suspicienda.* B. 18) Man ſoll nicht immer auf ſie poltern und zuſchlagen. B. 19) Quae metu poenae obseruamus. J. 20) Magno et mo-

5 ad senium quoque deducimus. 21) Sed assiduis sermonibus imbuendi sunt de fastigio, praemiisque, uirtutum, 22) flagitia cum supercilio 23) ac uerecundia 24) apud illos nominanda, quae 25) omnino nesciant 26) saepe publice, nec iam cum
6 infamia, 27) regnare. 28) Tam lenibus rudimentis initiati, 29) oderint uitia, uirtutesque, tanquam

---

lesto maxime. Sic *tristis adulatio* apud Tacitum Annal. libr. XI. cap. XXI. *tristis mors*, Hiſt. libr. II. cap. LX. 21) Was uns einmahl in der Jugend verhaßt wird, verabſcheuen wir gemeiniglich bis ins Alter. Adeo a teneris assuescere etiam horrori et fastidio multum eſt! J. 22) De excellentia et commodis uitae honestae ad uirtutem compositae. J. 23) *Supercilio*, id est, palpebris sublatis, aut caperata fronte, mit ernſthafften Geſichte. *Supercilia* enim, seu *cilia*, dicuntur palpebrae oculorum, quas homines seueri et asperi contrahere solent in rugas. Ideoque pro *austeritate* atque *seueritate* hoc loco recte ponuntur B. Ita Cicero pro Sext. *Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, ut illo supercilio, tanquam Atlante coelum, res niti uideretur.* Idem poſt Reditum in Sen. *Rugis supercilioque decipere*, et de Prouinc. Consul. *Libidines fronte, superciliogue, contegere*, dixit. 24) Verbis tantum designanda sunt honestioribus ac uerecundis, ne, si exprimantur incautius, illiciantur puerorum animi, aut corrumpantur B. 25) Vitia J. 26) pueri J. 27) öffentlich, ohne daß man es für Sünde hält. J. 28) Im Schwange gehen. J. 29) Tam suauibus initiis disciplinae instructi. J. Sunt quidem *initiati* Senecae Epist. XCV. ad Lucil. *qui sanctiora sacrorum sciunt*, est tamen identidem verbum *initiare* eadem notione, qua *instituere*, *instruere*. Sic Plinius libr. V. Ep. XV. *Aliis chartis*, *aliis*

tanquam feras, aut rigidas, non timebunt, et, faciles ad haec prima rectae disciplinae 30) initia, 31) accedent parentum, magistrorumque, auspicio, 32) quorum sententiis, ueluti diuinae mentis 33) oraculis, detinentur 34) imbecilli in illis animi, nec dum iudicandi ambitione 35) ſolicitati. Accedit, quod non emitur 36) pro- 7
missis

*aliis ſum literis initiatus*, 30) quae ad uirtutem ducit. Id enim rectum est. B. 31) Sunt *initia* alias prima sacrorum elementa, quibus imbuebantur, qui ad sacra Cereris accedebant, *μυςήρια minuscula* etiam dicta. Hic tralate sunt id, quod *initiamenta* uocauit Seneca Epist. XXXX. ad Lucil. Grund=Sätze, Anfangs=Gründe, 32) cura, imperio, ductu, parentum ac praeceptorum B. 33) E Platonis schola traducta Dei appellatio. Hinc et Cicero de Diuinat. libr. I. *totius naturae mentem atque animum* uocauit, quod *spiritum, ac naturam uniuersi, et Deum*, Seneca dixit. Mens etiam pro Dea culta apud Romanos templum habuit. Ouidius Fast. libr. VI. v. 241. 34) occupantur, es wird ihnen die Zeit damit gleichſam vertrieben. Sic Cicero ad Herenn. *aliquo maiori negotio detinemur.* Est autem *detinere* interdum etiam idem, quod *sustinere*, *sustentare*, *alere.* Ita Tacitus Annal. libr. VI. cap. XXIII. *Drusus deinde extinguitur, quum se miserandis alimentis, mandendo e cubili tomento, nonum ad diem detinuisset.* Qui *sustinendi* significatus maxime conuenit in *imbecillos* puerorum *animos.* 35) Simplices adhuc sunt et imperiti puerorum animi, ac inepti ad iudicandum de parentum sententiis, et ad rationes in contrarium afferendas. B. J. 36) *Emi* dicitur, qui promisso pretio persuadetur, adduciturque ad capessendum aliquid, seu patrandum. Itaque *emere* idem est hic, ac *corrumpere*, ut in illo Taciti Histor.

 libr.

missis adulantium uitiorum haud intacta modo aetas, ſed incapax uoluptatis. 37) Itaque rem turpem iudicio ſuorum, & sibi nullis lenociniis
8 commendatam, facillime proscribent. 38) Neque hic pueritiam initiamus 39) ad superstitiosae et anxiae pietatis supplicium, 40) sed ad uirilem cautam-

libr. IV. cap. LVII. *emere militum animos*, et Annal. libr. XVI. cap. XXXII. *emtus ad opprimendum hostem*. Aetas puerilis non tam facile corrumpitur uitiis, quamuis illa abblandiantur interdum, quia nondum experta speciosam eorum dulcedinem, nec iis perfruendis idonea est. B. J. 37) *Intacta uoluptatis* per *ellipsin* ad Graecorum imitationem dicitur, id est, *intacta a contagio uoluptatis*. Sic Cicero libr. VIII. Ep. II. *intactus a sibilo*. Tacitus Hist. libr. II. cap. LXXVIII. *intactus superstitione*. Habuit autem *Barclaius* forte in mente illud Horatii libr. I od. XXII. v. 1. *Integer uitae scelerisque purus*. B. J. Malim ego *intacta* hic absolute sine casu accipi, ut in illo Liuii libr. V. cap. XXXVIII. *intacti fugerunt*, ut Horatius libr. III. od. XXIV. v. 1. 2. *intactos Arabum thesauros*, Petronius Satir. *intactos aureos dixit*. 38) Auersabuntur et fugient rem, quae turpis fuit a parentibus et praeceptoribus indicata, quia illam nondum cognitam habent ullo lenocinio, aus einiger Reitzung. B. J. *Proscribere rem*, quum sit alias idem, ac *uenalem exponere*, in illo Ciceronis off. libr. III. cap. XVII. *aedes proscribere*, Plinii libr. VII. ep. XI. *haereditarios agros iusseram proscribi*, et alibi, tum et hic, pro *auersari*, *abominari*, recte ponitur, ad imitationem Petroniani illius Satir. *pudoris dignitatem proscribere*. 39) Primis disciplinis imbuimus. B. 40) *Superstitio* est religio nimia, quae modum excedit. *Religiosus* ueretur Deum, *superstitiosus* uero metuit eum, semperque addit aliquid de suo, quod Deus non praecepit. B. *Anxia* pietas

cautamque uirtutem. 41) Nam cum animus ho- 9
minis ingenerato pondere 42) in praua deflectat,
necesse

pietas est, quae semper in metu est, ac in incerto fluctuat. Ea recte supplicium dicitur, quod diuexat hominem, excruciatque perpetuo metu ac dolore animi, dum Deum semper, ut tortorem, ac carnificem, metuit, quem amare debebat. J. Religionem a superstitione accurate distinguit Tacitus Hist. libr. V. cap. XIII. *gens*, inquiens, *superstitionibus obnoxia, religionibus aduersa.* Seneca Ep. CXXIII. ad Lucil. *Superstitio*, inquit, *error insanus est, amandos timet, quos colit, uiolat. Quid enim interest, utrum Deos neges, an infames?* Idem de Clement. libr. II. cap. V. *Religio Deos colit, superstitio uiolat. Anxia pietas* est ein allzu scrupulöſes Gewiſſen, das ſich über alles ohne Noth Bedencken machet. Sic Quintilianus in Dialogo cap. XXXVIII. *anxietatem stili* dixit, wenn einer allzu scrupulös im Schreiben iſt, und über alle Worte lange Bedenck-Zeit nimmet. *Anxius* enim est *suspicax* in illo Ciceronis ad Attic. libr. II. ep. XXIII. *Amor omnis solicitus atque anxius*, et in illo Taciti Hist. libr. III. cap. VIII. *anxia amicitia.* 41) *Virilis uirtus* est, quae plena est fiduciae, et omni uacat metu. Metuere enim muliebre est, fiduciam habere, uirile. *Cauta* uirtus ita modum adhibet, ut semper teneat mediocritatem, nec in excessu peccans, nec in defectu. B. *Virilis* est *uiro dignus.* Sic Cicero ad Attic. libr. XV. ep. XXV. *Jacit nonnullos igniculos uiriles.* *Cautus* alias opponitur *acri* apud Tacitum Annal. libr. XI. cap. XXVIIII. qui, *potentiam*, inquit, *cautis, quam acrioribus, consiliis tutius haberi.* Vt adeo *cautus* sit idem, ac *moderatus*, *acris* contra hitzig, ſtrenge, ſcharff. 42) Labem intelligit, quae inhaeret animis nostris inde a primorum parentum lapsu, quae facit, ut semper proniores simus in id, quod malum est. Theologi

 uocant

necesse est adhuc faciles ramos 43) in contrarium cogi, 44) ut deinde impetu suo 45) redeuntes medium inter naturam et institutionem teneant. 46) In hac autem puerorum disciplina gloriae quoque stimuli passim infigendi sunt sentientibus animis, 47) ut iam tum suos 48) honores assuescant suspirare, 49) et, siue scholis, siue ludis,

uocant *peccatum originale*. B. *Pondus* autem id eleganti *Metaphora* appellat, quoniam premit animos nostros, impellitque non aliter, ac graue quoddam pondus, cui ferendo pares uix sumus. J. Sic Cicero de Nat. Deor. libr. III. *Graue conscientiae pondus est in uirtutis et uitiorum ratione*. 43) Affectus, qui animo nostro insunt, ex quo ita, ut arbore rami emicant, oriuntur. B. *Faciles rami*, qui propter teneritudinem suam facile flecti possunt, quoquo uelis. J. Cicero dixit de Orat. libr. II. *materia facilis ad exardescendum*, waß leichte anbrennet. Ita *ramus facilis*, scilicet ad *flectendum*, der ſich leicht beugen läſſet. 44) Ad uirtutem flecti J. 45) Suopte motu, et proprio impulsu, quem e disciplina, uirtutisque praeceptis ac consuetudine, habent. 46) Obseruent medium inter naturam ad uitia procliuem, et institutionem, quae dehortatur a uitiis, et monstrat uiam uirtutis, ita quidem, ut, licet natura peccare uelint, uitent tamen peccata assuetudine disciplinae. B. J. 47) *Gloriae stimulos infigere sentientibus animis*, est empfindliche Gemüther gewöhnen, daß ſie ſich mit Ehre ziehen laſſen. Sunt enim *stimuli* incitamenta, dicunturque *infigi animis*, quum adhibentur. Sic passim *infigere memoriae*, uel *animo, praecepta*. J. 48) Aetati suae conuenientes ac proprios. J. 49) Desiderare, ſich darnach ſehnen. B. Familiarius est Latinis prosae orationis auctoribus *suspirare ad aliquid*. Sine *Praepositione* poëtae adhi-

ludis, exerciti, eminere aequalibus 50) labore dulcissimo contendant. Praeterea cum aetate sensim, 11
ueluti ex captiuitate, deducendi sunt, 51) ut et mitior maiestas parentum sit, 52) et illi etiam non subito, aut improuiso, libertatis incremento lasciuiant. 53) Suis etiam studiis 54) relin- 12
quenda est pueritia, ne uideamur naturam arguere, 55) quæ hanc aetatem imbecillem esse iussit, et

adhibent frequentius, ut Juuenalis Satir. XI. v. 152. *suspirare matrem.* 50) *Eminere aequalibus* labore dulcissimo, est *superare, anteire aequales* labore, qui est dulcissimus ratione utilitatis ac gloriae consequentis. B. Vsitatius Latini uerbum *eminere*, quando praestantiam uirtutis significant, addito ad personam *in*, uel *inter*, stipant, ut in illo Ciceronis: *Inter omnes dicendi gloria eminebat Demosthenes.* Quodsi molis notanda sit praestantia, rem superatam fere *quarto Casu*, uel adiecta uocula *ex* pronunciant. *Barclaius* tamen uidetur in mente habuisse illud Ciceronis libr. III. Quaest. Tusc. *Altitudo animi maxime eminet contemnendis doloribus.* 51) **Wenn ſie nun ein wenig älter werden, und zu mehrern Verſtande kommen, ſoll man ihnen etwas mehr Freyheit gönnen.** B. 52) Vt parentes remittant aliquid a priori seueritate et grauitate. B. 53) Sed ita, ne pueri lasciui, aut petulantes, euadant, cum sentiunt, plus sibi concedi libertatis. B. *Lasciuire miles* dicitur apud Tacitum Annal. libr. I. cap. XVI. *cum luxum et otium cupit, disciplinam et laborem aspernatur.* 54) Conuenientibus aetati suae, non iis, quae captum et ingenia puerorum superant, iisque ob difficultatem et obscuritatem molesta sunt. B. J. 55) **Damit es nicht das Anſehen gewinne, als wolten wir die Natur ſtraffen, und tadeln, daß ſie das kindliſche Alter nicht zu höhern Dingen geſchickt gemachet.** B. Ita Tacitus

et intempestiva 56) semente sapientiae nondum
13 praeparatum ingenium corrumpamus. Sit illis innoxia lasciuiendi 57) uenia, studium litterarum magis ad mutationem ludi, quam ad fastidium, 58) minusque supplicii ex supercilio parentum, quam timoris, 59) fruantur denique adhuc miserantis naturae indulgentia, 60) nec ante

tus Annal. libr. I. cap. LXXII. *Facta arguebantur, dicta impune erant.* 56) Quam capere pucrilis aetas per imbecillitatem animi nequeat, nondum praeparato agro similis. J. Cicero de Nat. Deor. libr. III. *Sementem malorum a Diis esse factam*, et ad Attic. libr. VIIII. ep. VII. *in agro Sabino sementem fieri proscriptionis* dixit. 57) Libertas ludendi, quae sine damno cuiusquam sit. *Lasciuire* hic est *ioculariter se gerere*, luſtig ſeyn, ſpringen und ſpielen wie die Kälber. Ita Cicero de Diuinat. libr. I. et Plinius libr. IX. ep. XXXIII. *lasciuiam piscium uocauit*, wenn ſie in die Höhe ſpringen. Huc pertinet illud Virgilii Ecloga III. v. 64. *Malo me Galatea petit, lasciua puella.* B. 58) Ita instituenda sunt studiorum ac ludi tempora, ut alterum cum altero mutetur. Man ſoll ſie zur Schule halten mehr darzu, daß ſie nicht immer ſpielen, als daß man ſie wolte zum Studiren verdrießlich machen. Dahero, wenn ſie eine Zeitlang ſtudiret haben, und man mercket, daß ſie es faſt überdrüßig, ſoll man ihnen ein zuläßiges Spiel vergönnen. B. 59) Ex uultu seuero, et fronte caperata, parentum plus timoris colligant, quam poenae, discantque ita reuereri parentum uultum ac nutum, ne opus sit uerberibus, daß ſie nicht gleich meynen, der Prügel liege ihnen auf den Nacken, wenn die Eltern ihnen ein ſauer Geſichte machen, und doch dafür ſich ſcheuen, und ablaſſen. J. 60) Fruantur adhuc naturae beneficio, quae uidetur imbecillitatis

corum

te humanarum mentium supplicia, 61) quam meruerint, tolerent, nisi forte putamus, in leuibus 14
malis esse, 62) cum pueri a ludo in totum 63) prohibentur, omnemque strepitum fascium cum illius Stolonis 64) coniuge exhorrent, et sapientiae, quam nondum capiunt, acerba documenta, 65) tanquam mimum, 66) aut exhibent, aut reuoluunt. 67) Qui

---

eorum misereri. **Sie mögen immer noch der guten Tage genieſſen, da man ihre Schwachheiten mitleidig pfleget zu überſehen.** J. 61) Terrorem et formidinem, quae pessime excruciant animos hominum. Non autem uidentur mereri illa supplicia, dum per imprudentiam puerilem sine malitia peccant. B. J. 62) *Numerandum* subintellige. B. 63) *In totum* Celsi uox ac Columellae fere propria pro *omnino*. 64) L. Stolonis, ciuis Romani, coniux, quum forte lictor pulsasset fores mariti, uehementer exhorruit. conf. Liuius libr. VI. cap. XXXIIII. et Florus libr. I. cap. XXVI. B. J. 65) *Acerba documenta sapientiae* seriam, grauem, et occupatam assidue, uitam uocat, quae est illa sapientia, *quam nondum capit puerilis aetas*. Est enim *acerbum* proprie *crudum*, **was noch nicht reiff iſt.** Vnde *acerba documenta sapientiae* sunt *intempestiua, immatura*, et *aliena a puerili aetate*. Assuefacere animum, ut ludos, iocos, uoluptates, contemnat prae utili negotio et opere, opus uiri est, in puerilem haud cadit aetatem, quippe quae sui est impotens, et ratione uti nondum didicit. Quare cum ludo puer, iocoque, prohibetur, et occupatur assidue studiis, speciem quidem sapientiae hac seuera ratione uiuendi exhibet, sapiens tamen ipse non est. Neque enim id aetas illa capit. B. 66) Est itaque similis mimo uel histrioni, qui regis, uel alterius, personam agit, nec is tamen uere est. B. 67) *Exhibere mimum* est, quod *actitare mimum* dixit Tacitus

15 Qui sensus est ad miserias acerrimus, 68) in hanc
aetatem cadit, dum tenerae mentes nec timorem
regere 69) possunt, et peius de incognitis ma-
16 lis 70) iudicant. Ac ut uiri, quos fortuna in-
gentibus malis fregit, quam 71) capaces animos
habent, totos implent suarum miseriarum con-
templatione atque sensu, sic et in pueris, dum
incidit, quod miſerrime expauescunt, omnis uis
17 timendi, dolendique, conſumitur. 72) Interroga-
tus,

Tacitus Hist. libr. III. cap. LXII. *reuoluere mimum est referre in theatrum, exhibere* seu *actitare iterum.* Est enim *exhibere hominem*, perſönlich dar, oder vor Augen ſtellen. Ciceroni in Verrem orat. VII. *Reuoluere* autem idem ac referre in illo Ciceronis: *eodem reuolui* libr. I. Tusc. Quaest. et apud Tacitum Hist. libr. III. cap. XXVI. *reuolui ad memoriam* coniugii. 68) Imprudens timor. J. Cicero pro A. Cluertio: *Homo ad efficiendum acerrimus*, et *sensum uidendi* uocat *acerrimum* de Orat. libr. II. Itaque *sensus ad miserias acerrimus*, est ein ſo empfindliches Gemüthe, das auch durch das geringſte kan in Angſt und Schrecken geſetzet werden. 69) Pueri destituuntur facultate iudicandi de rebus timendis. Itaque quum pessima semper a natura timeamus, non temperant sibi satis a timore nimio. J. Plinius libr. X. epist. LXXXXVII. dixit *regere cunctationem alicuius*, et ep. CXVIIII. *regere dubitationem.* Tacitus Annal. libr. VI. cap. L. *regere ualetudines principis.* Cicero pro M. Coelio: *Versare naturam suam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere ac flectere. Regere timorem* igitur est *moderari, temperare.* 70) Quorum nullam adhuc experientiam habent. J. 71) So viel nur ihre Gemüther faſſen können. *Quam* notat modum rei, ut in illo Ausonii ad Gratianum Grat. Act. pro Cons. *Per totum, quam longus est, locum Illyrici.* 72) Ita atteritur,

tus, qui praedones, laqueum minitantes, euaserat, 73) quo animo expectasset mortem? quo, inquit, olim puer flagrum expaui. Sed et illa in 18
pueris perpetui metus acerbitas succum absorbet, quem natura ad laxandos corporis artus, et incrementa adoleſcentiae, exundare 74) uoluerat. Non enim suam uim uentriculus habet, euocato ad laborantis cerebri praesidium igne, 75) neque actu laetitiae diffunditur sanguinis impetus, qui omni interpellatione tristitiae marcescit. 76) Ita haec ingenia

ritur, ut obstupescant pueri, et omnem sensum metus amittant. B. Sic Tacitus Hist. libr. III. cap. XXIIII. *ignominiam consumere*, id est, *omnem ignominiae sensum perdere*, et Curtius libr. VI. cap. VIII. *misericordiam consumere*, id est, *sensum omnem misericordiae amittere*. Cicer. libr. XV. epist. XXI. Famil. *Ante, quam ad me ueniatur, risus omnis paene consumitur.* 73) Sic *euadere amnem*. Tacitus Annal. libr. XII. cap. XXXV. *grauem casum euadere*, libr. XIIII. cap. VI. Ciceroni, Liuio, Quintiliano, aliis, familiarius est *euadere ab hoste, ex manibus hostium, e periculo*. 74) Succus ille *chylus* est, liquor ex concoctis in uentriculo cibis, qui, dum in sanguinem conuertitur, corpus alit, incrementa largitur membris, ut ampliora fiant ac robustiora. *Exundare* idem ac *exuberare, copiose adesse*. Ita Quintilianus Dial. cap. XXX. *omnium rerum scientia exundare et exuberare*. B. 75) Calore naturali, quo ad concoquendos cibos opus habet uentriculus, euocato in auxilium cerebri ex metu frigescentis. J. 76) Impetus sanguinis, quem *circulationem* uulgo dicunt, metu languescit, laetitia contra diffunditur ac promouetur. Qui semper timet, sensu laetitiae afficitur nullo, qui tamen sensus quo acrior est, hoc magis mouet, impellitque, sanguinem. *Actus* hic *motus* est,

ingenia inter aegrae custodiae 77) uincula, uel territis, uel exhaustis, uiribus, sic subsistunt, 78) ut, qui supra pueros 79) sapuerant, postea infra de-
89 cus uirilis prudentiae delirent. 80) Equis certe, iuuencisque, in primorum annorum libertate incuriosos impetus effundere 81) concedimus, ne tunc

---

est, seu *impulsus*. B. 77) *Aegra custodia* dicitur disciplina rigidior, quia corporis animique aegritudinem inducit. Quod fit, wenn die Knaben ſtets über den Büchern liegen müſſen, auch öffters geſchlagen werden. B. *Vincula* autem sunt, was einem Einhalt thun, und gewiſſe Schrancken ſetzen kan. Sic Liuius libr. II. cap. LVIII. *Sine tribunitiis uinculis erat militia.* 78) Sie verbutten alſo. Est enim *subsistere* ſtille ſtehen, nicht von der Stelle kommen, ut in illo Ciceronis pro Milone: *Miloni subsistendum atque expectandum fuit*, et Plinii libr. XII. cap XXV. Histor. Natur. *Proceritas balsami subsistit intra bina cubita.* 79) Qui doctiores antea uisi sunt, quam uulgo solent pueri. J. *Supra pueros sapere*, id est, supra captum aetatemque puerorum. Sic Cicero de Nat. Deor. libr. II. *ratio recta constansque, quae supra hominem putanda est.* J. 80) Virorum propria est prudentia. Itaque *infra decus prudentiae delirare* est agere insipientius, quam uirilem aetatem deceat B. 81) *Incuriosus*, pro *expers curae*, *remissior*. Taciti, Plinii, Suetonii, Liuiique, uox, quae opponitur acri. Sic Tacitus Annal. libr. VI. cap. XVII. *acribus initiis, incurioso fine*, id est, *remissiore*. Idem *incuriosos milites*, Hist. libr. II. cap. LXXXVIII. uocauit *lasciuientes, et incuriosas uigilias*, remissius custodiam castrorum agentes, et *Othonem incuriose pueritiam egisse, adolescentiam petulanter*, scripsit, Histor. libr. I. cap. XIII. *Incuriosi* igitur *impetus equorum* ac *iuuencorum* sunt *lasciui, petulantes, nihilque ueriti periculorum*, quae ex

tunc primum robur enascens 82) timeat ad uincula accedere. Adeo caecae mentes, 83) quod in ceteris animantibus uidemus, in nostris pignoribus 84) aut negligimus, aut nescimus! Neque tamen in infinita libertate prima haec aetas dimittenda est. Sit illis mediocris terror supplicii, summa parentum reuerentia, et semper, quantum sibi liceat, ignorent. Nam si procax est alicuius pueritia, nimiaque ferocia 85) exuberat, tunc facessant lenitatis ista praecepta, tumorque, naturae

ex lasciuia oriri possint, wenn die jungen Füllen und Kälber im Felde muthig, und gleichſam ohne Sorgen, herum ſpringen. *Effundere impetus incuriosos*, est id, quod patrio sermone dicimus, das Kälbgen recht austreiben, si de hominibus dixeris. Dicimus autem *effundere impetus*, sicut *effundere fortunas*, *honores*, *patrimonium*, *sumtus*, quod est *sine fructu inconsulteque perdere*. 82) Daß ſie nicht, ehe ſie noch recht erſtarcken, einen Scheu vor dem Zügel, Hulffter, Kommet, Joch, und Zuge, bekommen. J. 83) Nos improuidi, nihilque sapientes. J. 84) Liberis. *Pignora* pro *liberis* dixit Quintilianus libr. VI. cap. I. Tacitus Annal. libr. XII. cap. XII. libr. XV. cap. XXXVI. libr. XVI. cap. XXVI. Liuius libr. II. cap. I. Id ideo, quod liberis, quasi pignoribus datis, coniunguntur coniugum animi, et ad amorem obligantur. B. 85) Wenn ein Knabe hartnäckig, allzuverwegen, froch und trotzig iſt. B. Sic *procax ante periculum manus*, dicitur a Tacito Hist. libr. IV. cap. XX. der es zu grüne abbrach, gar zu keck wagete, vor der Schlacht. Calones et lixae licentia corrupti *procacissima ingenia* dicti sunt ab eodem, Hist. libr. II. cap. LXXXVII. Idem Hist. libr. I. cap. LXVI. *feroces ante discrimen* dixit, die, ehe es zum Treffen kam, alles freſſen wolten, frech und übermüthig thaten. 86) Ma-

turae uitio enascens, 86) quem saepe parentum lenitas ad ulceris maturitatem fouet 87) adhuc
21 crudus ac facilis 88) exsecetur. Hoc modo lepida pueritia suae et parentum uoluptati relinquetur, 89) et, postquam expleuerit stultitiam innoxiarum cupiditatum, 90) ipsa aetas paulatim studia 91) mutabit, radicesque uirtutum 92) adolescent, quas ipsi iam non impetu, sed iudi-
22 cio, 93) amabunt. Tunc afferent ad adolescentiam, et ad crepusculum prudentiae, 94) mentem

86) Malitia et proteruia, quae tanquam tumor noxius excrescunt. J. 87) Bis der Sache nicht weiter zu helffen ſtehet, und man es gehen laſſen muß, wie es gehet. J. 88) Wenn das Gewächſe, oder Ober-Bein, noch nicht verhärtet, und feſt eingewachſen iſt, ſondern ſich noch drucken und ſchieben läſſet. Est enim *Allegoria* a tuberculis ad uitia ferocientis animi traducta. B. 89) Ita, ut perfrui possit aetatis puerilis oblectationibus, et parentibus uoluptati sit. J. 90) Wenn ſie ausgekindert, oder das Maaß kindiſchen Unverſtandes erfüllet hat. J. Ita Tacitus dixit Annal. libr. XV. cap XV. *explere superbiam*, libr. XIII. cap. XLIII. *explere ultionem*, libr. XV. cap. LII. *explere odium.* 91) Animi propensiones, curas, contentiones. J. 92) Praecepta uirtutum pueris prima disciplina insita, *infixi gloriae stimuli animis* sentientibus, de quibus supra dixit. B. J. 93) Non motu quodam incondito et inordinato animi, a coactione orto, sed sua sponte, et propria electione, animique conuictione inducti. B. 94) Ad nascentem primum in animis nostris prudentiam. Elegans Metaphora a diluculo matutino, quod diem praecedit pleniorem, desumta. B. J. *Crepusculum crepera*, id est, *dubia lux* est, siue matutina, siue uespertina, auctore Varrone,

tem liberam, 95) placidamque, 96) quae ad illius
lucis 97) pulchritudinem ui suae institutionis ob-
uersa sit. 98) Sed ut omnis rectitudo 99) di- 23
uersis uitiis 100) oppugnatur, plus inter se,
quam cum media uirtute, 1) luctantibus, ita, qui
acerbos adhuc animos 2) uocant ad nimiam ma-
turitatem studiorum, 3) non durius oportet ac-
cusari, quam ignaros uirium, quas natura eius-
modi aetati concessit. 4) Nam praeterquam, 24
quod quibusdam est praecox ingenium, et curiae
capax praetexta Papyrii, 5) est etiam a natura il-
lis

Varrone, Nonio, Isidoro, Seruio ad Aeneid. libr II. p. 268. Huc illud Lucani pertinet: *Longa repercusso nituere crepuscula Phoebo.* 95) Non seruili metu, sed sponte, agentem omnia. J. 96) Quietam, nulla solicitudine aut formidine turbatam, nec ferocem B. 97) Prudentiae puta, cuius quoddam quasi crepusculum est in adolescentia. 98) Columella libr. VIIII. cap. VII. *Obuerse ad hibernum solem componi apum domicilia debent.* Tacitus Annal. libr. IV. cap. LIIII. *Obuersus ad matrem.* 99) Omnis uirtus, τὸ καθῆκον J. 100) Quorum alterum in defectu peccat, alterum in excessu B. 1) Quam cum uirtute, quae in aurea mediocritate consistit. J. 2) Adhuc crudos, nondum aptos et maturos uirtuti et grauioribus studiis J. Cicero de Prouinc. cons. cap XXIIII. dixit *impolitas et acerbas res* pro *imperfectis* et *immaturis relictis.* Nonius Marcellus cap. IIII. n. 41. *acerbum* interpretatur *praecoquum*; et *uirginem acerbam, uiro immaturam.* 3) Ad studia grauiora, quae non, nisi maturae aetati, conueniunt. J. 4) Non grauioris criminis sunt accusandi, quam quod ignorent debiles admodum aetatis puerilis uires. J. 5) Papyrius, adhuc praetexta-

lis annis dos sua 6) atque census, 7) uis scilicet capacis facilisque memoriae, quae in pueris summa est, et, quicquid iis temporibus acceperit, pertinaci felicitate seruatura, sed crescentibus sensim annis hebescit, instar roris ad nostrorum corporum salubritatem eximii, qui in feruentibus plagis ilicibus inhaerens, nisi excipitur prima luce, ad surgentis Solis radios exspirat. 8)

Multis

tus, id est, puer, propter praecocem sapientiam admissus est in curiam. Quam historiam describit Gellius Noct. Att. libr. I. cap. XXIII. et Macrobius Saturnal. libr. I. cap. VI. *Praetexta* uestis Romana, purpureis plagis praetexta, qua senatores honoris caussa, ut dignoscerentur ab aliis, filii autem eorum, boni ominis caussa, ad annum aetatis decimum septimum utebantur. Post annum decimum septimum ponebatur praetexta, sumebatur toga. B. J. 6) Plinius Hist. Nat. libr. VIIII. cap. XXXV. de margaritis ait: *Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, laeuore, pondere.* Vopiscus in Aurelio cap. XLV. *Dos prima Imperatorum clementia.* Ita *dos* est *praestantia, pretium, aestimatio,* **Vorzug, ſonderbarer Werth und Eigenſchafft.** 7) Diuitiae, opes, facultates. Modus patrimonii, aut opum, quo Romani ciues discernebantur certis ordinibus, *census* dicebatur. Hinc *census senatorius* tantum facultatum, quantum ad tuendum decus senatoriae dignitatis, *census equestris*, quantum ad sustinendos sumtus equestris ordinis, *census plebeius*, quantum satis erat ius ciuitatis adeptis, appellatus est. Proinde mens Barclaii haec est: **Es hat auch die zarte Jugend einen beſondern Vorzug hierinnen vor andern Aeltern.** 8) *Manna* in Africa, et regionibus ad orientem solem sitis, nisi ante solis ortum colligatur, calore orti solis liquescit ac diffluit. conf.

Sal-

Multis ideo sermonibus, mox uberi historiarum 25
lectione, 9) dum licet, serendus est ille campus, 10) ut nec cogitantes pueri bona 11) concipiant, 12) deinde uel cum inuitis adolitura. 13)
Linguarum quoque uarietas, quae tot uigiliis no- 26
bis constat, surgentibus ad pueritiam 14) infantibus per colloquentium commercium 15) pulchre

---

Salmasii Comment. de Manna. B. J. 9) Omnis enim narratio delectat, tametsi fabulosa sit. Cauendum tamen, nequid ipsis, praeter historias ueras, fabulasque utiles, et apologos eruditos, narretur. Ab anilibus et insipidis fabulis plane abstinendum est. Confer. Barclaius Part. I. Satir. et Vossius de Art. Hist. libr. I. cap. IIII. B. J. 10) Ingenium puerorum. B. Cicero Tusc. Quaest. libr. II. *Philosophia praeparat animos ad satus accipiendos.* 11) Semina, praecepta, ex Historiarum lectione. Nam *illud est in cognitione rerum praecipue salutare ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monimento intueri, inde tibi, tuaeque reipublicae, quod imitere, capias, inde foedum inceptu, foedum exitu, quod uites,* Liuius Praef Hist. B. 12) Sic Cicero de Nat. Deor. libr. II. *Quae terra concipiat semina;* et iterum: *Semen si inciderit in concipientem comprehendentemque naturam.* 13) Quae bona cum pueris, etiam contra eorum uoluntatem, succrescent. J. 14) Incipit pueritia, ex JCtorum sententia, ab anno octauo, quo desinit infantia. B. *Surgentes iuuenum ad magna animos,* dixit Petronius Satir. 15) Tale exemplum habemus in Roberto Gentili, JCti filio, qui puer septem annorum calluit Gallicam, Italicam, Anglicam, linguam, et totum ferme Virgilium tenuit. Pater enim tum in Gallia habitabat, mater ex Anglia erat. Hoc ipse pater Albericus testatur de eo in Comment. Variar. Lect. Virg.

chre accedet. Haec 16) scilicet minimi laboris
opera, nulliusque iudicii, ubertim exequetur illa
aetas, nec labori idonea, nec matura iudicio.
27 Quod si arescere siuerimus facilem humentem-
que 17) memoriam, erunt longo laboris fastidio
quaerenda eadem, quae tunc melius, et absque
28 nausea, habuissemus. Nam quid miserius, quam
hoc tempus, quod, prudentiae 18) idoneum, no-
bis in uirili aetate conceditur, licet breue, nec
iam tot scientiis artibusque 19) sufficiens, in his
etiam saepe consumi, quae uacua 20) pueritia,
si eam excoluisses, ita in recessus memoriae, ut
29 in penariae cellae latebras, condidisset? 21) Sunt
autem

cap. XVIII B. Nouimus etiam, Helmstadiensem Theologum, Fridericum Vlricum Calixtum, inde ab infantia sua assuetum fuisse Latino sermoni. J. 16) Sermonum auscultationem, historiarum lectionem, colloquia, quae nec operam multam, nec iudicium exactius, requirunt, adeoque aetati puerili maxime accommoda sunt studia. J. 17) Ex humiditate cerebri, spirituumque, facilitas est memoriae, quae arescit, nisi exercita fuerit memoria. B. J. 18) Rebus prudenter agendis J. 19) Linguis, historiae, et aliis, quae a pueris addisci possunt. J. 20) Curis scilicet, et agendi necessitate, quae in uirilem aetatem cadit. Sic Cicero de Leg. libr. I. *Quoniam uacui sumus;* et passim alibi: *Vacua mens, uacuus animus.* Tacitus Hist. libr. I. cap. LXXX. *Quo magis uacuus iussa exequeretur.* Idem Hist. libr. IIII. cap. XVII. uacuos opponit *occupatis.* 21) *Condere*, etwas aufheben, verwahren, contrarium eius *promere*, heraus nehmen. B. Cicero in Verrem libr. V. *Condi in carcerem, imperauit.* Frequentius tamen cum sexto casu: *Condere in animis,* in

autem in eiusmodi quoque annis quaedam omina crescentium uitiorum, aut futurae uirtutis, moliente iam natura, 22) aptum unicuique indoli fundamentum. Adhuc Cyrus, 23) qui Persarum 30
imperium condidit, pastore genitus credebatur, cum in eo emicuit animus, 24) quo deinde toti paene orienti iugum imposuit. Puer cum pa- 31
rium annorum coetu ludebat; rex sorte ludendi a iocantibus factus, uere 25) ius regium in sodales exercuit, contumaces uerberibus cecidit, sat superque 26) idonea maiestate. Res ad Astyagem delata est ab eorum parentibus, quos Cyrus uerberauerat, et is iussit Cyrum ad se perduci, qui ad solii, tiaraeque, 27) conspectum non uili, 28) aut

*in caussis, in aerario, in sepulchro*, passim. *Conditi fructus*, qui iacent in tenebris, et seruantur, dicuntur a Cicerone in Bruto. *Recessus* autem et *latebras animi* Cicero pro M. Marcello dixit esse, ut Barclaius *memoriae*. 22) Indicia. J. Die Natur iſt alsdenn ſchon mit Einrichtung der Gemüths-Art beſchäfftiget. J. Tacitus Hist. libr. II. cap. XL. *Moliri uallum.* 23) Hanc de Cyro historiam auctor noster ex Herodoti libr. I. et Justini libr. I. cap. V. desumsit. Ita et Romulus pastoris filius uulgo credebatur, teste Liuio libr. I. cap. IIII. 24) Ita Cicero libr. V. in Verrem: *Ex toto ore crudelitas emicabat.* 25) Re ipsa, im rechten Ernſt. J. 26) Ita, ut regiam maiestatem, licet puer, plene exerceret; ac plus paene, quam aequum esset. J. Cicero de Nat. Deor. libr. II. libr. I. Tusc. Quaest. libr. XVI. Ep. VI. ad Atticum, et pro Quint. Rufo: *Satis superque* dixit. 27) Diadema regium. J. 28) Plebeio et humili. Humiles enim, et seruilis animi homines conspe-

 ctum

aut puerili, timore emarcuit. 29) Regem se aiebat a pueris constitutum, et, quod regium esset, egisse. Hinc maiora suspicatus Astyages, quam quae praesens pueri fortuna iubebat, in illius genus et parentes, quaesiuit, 30) mox suum
32 ex filia nepotem agnouit. Cato autem, qui a fatali sibi Vtica nomen traxit, 31) paulo supra infantiam 32) erat, cum legati Latinorum, suae genti ius ciuitatis oraturi, Romam perueniunt, adeuntque Liuium Drusum, Catonis patruum, 33)
33 apud quem ipse educabatur. Hunc puerum cum legati per iocum rogassent, ecquid se iuuare apud patruum

ctum regis fugiebant. B. 29) Elanguuit terrore, metu prostratus est. J. Petronius Satir. *marcere capitibus* dixit eos, qui somno oppressi nictant. 30) Ita Cicero pro Sext. Rufo. *In dominos quaeri de seruis, iniquum est;* et pro Milone: *Maiores in dominum de seruo quaeri noluerunt*; et pro Deiotaro: *De seruis in dominum, ne tormentis quidem quaeri licet.* Itaque *quaerere* idem est ac *inquirere*. 31) Cato Vticensis. Vtica Africae urbs, ubi Cato se interfecit, ne Caesari se dedere cogeretur. Erat hic Cato Stoicus, quorum dogma erat: *Tam diu tenenda est sapienti uita, quam diu teneri cum sapientia potest.* Historiam, quam recenset Barclaius hic, describit Valerius M. libr. III. cap. I. fusius uero Plutarchus in Vita huius Catonis. Muretus plura exempla, e quibus de futurae aetatis statu coniici potuit, collegit libr. XIII. Variar. Lect. cap. IX. B. 32) Puer octo annorum B. 33) Auunculum Catonis uocat Valerius M. libr. III. cap. I. idque uere. Itaque aut memoria lapsus Barclaius est, aut uoce *patrui* improprie usus, ut solent nonnunquam Juris Consulti. B. J.

34) Ob

patruum precibus uellet? 34) haeſit immotus, 35) eos etiam acri uultu perſtringens. 36) Et ipſi tantulae aetatis contumaciam 37) admirati, in experimentum indolis 38) ulterius blanditias, moxque minas, ingerunt, uerbum extorquent, tandemque correptum 39) extra altioris triclinii 40) feneſtram, ut in terram proiecturi, aliquandiu uerſant. Sed is, timere dedignatus, 41) peius quoque ſupercilium arctauit, 42) tanquam in ſeuerae rigiditatis auſpicium, qua ipſe deinde tota uita inhorruit.

34) Ob er ihnen nicht ein gut Wort bey ſeinem Vetter verleihen wolte. B. 35) De loco ſe non mouit. J. Inexorabilem ſe praebuit. B. Er ſtunde wie ein Stock, war nicht von der Stelle zu bringen. 36) Contemplans truci uultu. Er hat ihnen ein ſauer Geſichte gemachet. J. Cicero pro Sylla: *Nemo me unquam uel tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit.* Idem pro Plancio: *Voluntatem eius aſperioribus facetiis perſtrinxit;* pro P. Sextio: *Vocis libertate perſtringere,* pro Leg. Agrar. contra Rullum: *Aratro ſolum perſtringere;* et Philipp. II. *Vomere aratri perſtringere.* 37) Nimiam illam conſtantiam pueIli. B. 38) Vt hoc modo experirentur indolem eius. B. 39) Arreptum, apprehenſum, manibusque ſublatum. J. 40) *Triclinium* proprie *lectum diſcubitorium* ſignificat. Veteres enim non aſſidebant menſae, ſed accumbebant in lectis, qui ita comparati erant, ut ternos conuiuas ſinguli comprehendere poſſent. Inde dicebantur *triclinia,* a τρὶς et κλίνω. Deinde et conclauia illa, quibus coenabatur, dicta ſunt *triclinia,* Speiſe-Saal, Tafel-Gemach, Eß-Stube. Atque ita hoc loco uſurpatur. 41) Infra dignitatem ſuam ducens timere, aut timorem ullum prodere. J. 42) Er hat noch ernſthaffter und ſauerer ausgeſehen. B.

34 horruit. 43) Errant tamen haud raro, qui ex puerorum moribus temere 44) de futurorum affectuum ratione coniiciunt. Nam oportet graue esse indicium, 45) et supra illius aetatis leuitatem pertinax, 46) quod sit efficacis argumenti ad motus uenturorum et flexilium annorum de-
35 prehendendos. 47) Unum est, quod uix fallit praesagium, scilicet lacrymarum profuse excidentium facilitas. Qui enim ad primum perculsae mentis ictum ueris gemitibus madent, 48) sunt illi naturae mollioris, et ad humanitatem amoremque
36 compositae. Alios uideas magnis quidem clamoribus, et simulantibus fletum, siccos tamen oculos inter parentum minas et uerbera tenere. Feri isti plerumque, si adoleuerint, aut certe in opacis pectoribus 49) nec teneros affectus, nec iustos

43) Horribilis fuit. Ita Liuius libr. VIII. cap. VIII. *Haud secus, quam uallo septa inhorreret acies.* Sic Petronius Satir. *inhorruit mare.* 44) Schlechterdings, ohne gnugſamen Grund, ohne andere tüchtige Urſache. J. 45) Multis magnisque rationibus subnixum. Leuitatis enim est, sine ratione aliquid agere. B. 46) Sunt pueri natura leues, animique mobilis. Quodsi rei insistant constantius, haud iniuria uidentur omen prodere studii, in quod natura feruntur. B. J. 47) Ex quo uere et efficaciter concludi possit ac colligi, in quae studia, et in quos animi affectus, procliuiores futuri sint pueri adultiori, qua flecti adhuc animi possunt, aetate. B. J. 48) Veras lacrumas profundunt cum gemitibus non simulatis. J. 49) In verdüſterten Hertzen. *Opacus* enim, Festo auctore, *umbrosus* est. Sunt igitur *opaca pectora* quadam quasi nebula et caligine obducta,

iustos etiam timores, admissuri. In adolescen- 37
tiam deinde productos, primamque iuuentutem,
ipse impetus sanguinis, uiresque iam se nimis co-
gnoscentes, 50) prorsus immutant, et animum
abripiunt per inconsultae fiduciae ac securitatis
aestus. 51) Tunc primum idonea deliciis 52) 38
aetas est, nec plus de uoluptatum sensu gaudet,
quam quod illas audeat impune experiri. 53) In
posterum consulere 54) ideo nesciunt, quia ad-
huc crudae uires 55) non reputant se obnoxias
esse

cta, quo minus perspici possint, adeoque *animi, in quibus recessus esse et latebras*, dixit Cicero pro M. Marcello, hämiſch, tückiſch, B. J. 50) Iam sui roboris sibi consciae, quum iam cognoscant, quantum possint et ualeant. B. 51) *Confidentes* sunt adolescentes ex conscientia uirium; *securi* sunt, quia pauca sunt experti. Inde uires sunt *inconsultae* ac temerariae, quae nulla ratione nituntur, nec regere se possunt. *Aestus* proprie sunt *impetus fluctuum maris*, wenn die Wellen des Meeres hefftig heraus ſchlagen und antreiben. B. 52) Voluptatibus. J. Sic Cicero pro Muraena: *Multarum deliciarum comes est extrema saltatio*, et pro C. Rabirio Posthumo: *Deliciarum caussa et uoluptatis.* 53) Nihil amplius sentit de uoluptatibus, quod gratum sit, quam spem, se illis perfrui impune posse. Nam misera et acerba uoluptas est, a qua degustanda metu poenae absterretur, uel, e qua degustata dolores animi, famaeque, aut ualetudinis, iacturam, poenas denique, percipit. J. 54) Sic Cicero *in posterum prospicere*, *in posterum prouidere*, pro Muraena, et contra Rullum 55) immaturae, ut *cruda studia* in Petronii Satir. quae iustam maturitatem, solidaeque perfectionis, quem requiras, gradum non sunt

esse fortunae, 56) et praeterea laetarum rerum species 57) tunc animos ita implent, ut seueriori prudentiae, 58) quae primo aspectu molesta est,
39 in iis nihil uacet. 59) Et tunc quidem, iam non uano, aut dissimulato, impetu, sua quemque natura in studia abripit, ad quae potissimum factus
40 est. Nam quos ad uilia artificia ignobilis indoles ducit, ii destinatam sibi artem, monstrantibus fatis, 60) agnoscunt, tum quibus potior militaris disciplina, 61) tum quos ingenii uigor 62) siue Musis, siue negotiis 63) dicauit, omnis denique species 64) animorum in suam tribum

assecuta. 56) Dencken nicht, daß ihnen ein Unfall begegnen könne. B. 57) Imagines, repraesentationes, ideae. B J. Cicero de Diuinat. libr. II. *Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum.* in Verrem libr. V. *Nunquam species ipsi huiuscemodi multitudinis in oculis animoque uersata est.* 58) Quae id respicit, quod utile est, ac salutare. B. 59) Nullus locus sit. *Vacare* de loco dixit Cicero ad Atticum libr. XIII. Ep. XI. *Tota domus superior uacat;* et libr. XIII. Epist. L. *Villa ita completa militibus est, ut uix triclinium, ubi coenaturus ipse Caesar esset, uacaret.* 60) Natura quasi uiam monstrante. Nam illa aptitudo, quam naturam uocamus, a fato, hoc est, a prouidentia, et destinatione diuina, omnino est nobis insita. B. 61) *Multos castra iuuant, et lituo tubae permistus sonitus, bellaque matribus detestata,* Horatius libr. I. od. I. v. 23. seq. J. 62) Acies, Schärffe des Verſtandes. J. 63) Siue liberalibus artibus, siue administrandae reipublicae. B. J. 64) Eine iede Art des Naturelles, oder der natürlichen Neigungen, iede Gemüths-Art. Sic Tacitus libr. VI. Annal. cap. XXXV. *Variae bellantium species,* libr. XIIII. cap.

bum 65) adoptatur, præeunte natura, quae, nisi
quendam impetum ac suauitatem 66) adiungeret
huic utilitati laborum, quos præscribit, certe
adolescentia iuuentusque, uix ducta ratione, 67)
nec durum aliquid in se audens, 68) paene cum
uenia erraret. 69) Verum et in ipsa incuria eo- 41
rum, qui omnino a labore ac officio recedunt,
plerumque illa uis emicat ad se uocantis indu-
striae, 70) ueluti herbarum semina per saxorum
latera, 71) quae nascentibus obstant, exili cacu-
mine

cap. XVI. *Species carminum.* 65) *Tribus* proprie partes sunt, in quas distribuebatur populus B. Columella libr. III. cap. II. ad uineas, uitiumque sationem transtulit: *Inerticula*, inquiens, *potest in secunda quasi tribu esse.* Itaque *in suam tribum adoptari*, est, diejenige Profession, und Lebens-Art ergreiffen, worzu einen ieden ſein Naturel träget. 66) Wenn die Natur einem nicht einen Trieb und Luſt zu der Profession, darzu ſie uns geſchickt gemachet, eingepflantzt hätte. J. 67) Vix expendens rei magnitudinem et utilitatem. J. Sic Cicero pro Sextio: *Officii rationem, non commodi*, dixit, *esse ducendam*; et ad Attic. libr. VIII. Epist. XV. *Duxi meam mecum rationem.* 68) Und will ſich doch nicht gerne harte angreiffen, noch ihr wehe thun. J. 69) Vaga erraret per uarias artes et scientias, nec ulli certae rei daret constanter operam. Man müſte es ihr faſt zu gute halten, wenn ſie ſich auf nichts gewiſſes legete. B. J. Ita *uagari* et *errare* dicitur *oratio*, wenn man bey keinem gewiſſen Vortrag bleibet, ſondern das hunderte ins tauſende herſchwatzet, apud Ciceronem de Orat. perf. et libr. I. de Orat. 70) Ad suam naturam animos reuocantis industriae. B. 71) Commissuras, fissuras, zwiſchen den Fugen, und an den Seiten heraus, treiben

mine enituntur, ut saltem se ostendant enecari. 72)
42 Siue enim ignauia adolescentes perdiderit, siue luxus, aut comessationum 73) insana dulcedo, quoties, suis uoluptatibus, ludisque, lassati, recedunt interdum ad aliquam laboris ac industriae speciem, 74) cui perfunctorie incubant, et tantum ad mutationem uoluptatis, 75) ad eam potissimum partem diuertunt, 76) cui diligenter excolendae idoneam mentem geniumque 77) acce-
43 perant. Adeo non potest in totum interire fatorum stimulus, 78) in certa munera unumquem-
44 que pulsantium. 79) Ut uero arbores, quae multo,

---

treiben ſie zarte Spitzen. J. 72) Suffocari. B. 73) *Comessari* proprie est *foris a coena ire*, a Graeco uocabulo κωμάζειν, *per uicos uagari animi gratia.* Id enim a coena faciebant, ut remitterent animum post negotia diurna. Vide Scaligerum libr. I. de Poët. cap. V. et Casaubonum de Satir. libr. I. cap. IIII. B. *Insana* autem nimia et immodica cupiditas est. Quicquid enim modum excedit, *insanum* dicitur apud Latinos. Vide Plautum Trinumm. Act. III. Scen. II. v. 47. et Mostell. Act. III. Scen. III. v. 5. Cicero pro Milone, *insanas moles substructionum* dixit, id est, ingentes, grandes. Hinc Varro de L. L. libr. VI. Plautus, quum *VEHEMENTER* uellet dicere, dixit: *INSANE*, quod insani omnia facerent uehementer. B. 74) Nur zum Schein, ohne rechten Vorſatz. J. 75) Nur zur Abwechſelung. J. 76) A uia sua declinant, et quasi peregrini, hospitesque, conferunt se. J. 77) Ingenium, Art und Geſchicklichkeit. J. 78) Naturae impulsus a Deo insitus B. 79) Ad certa officia quemque incitantium. B. Vt *pulsus armorum* pro *impulsu* apud Tacit. libr.

multo, ac ualido, succo in inutiles ramos exube-
rant, 80) tandem, maturescente illa luxurie, 81)
felicissimos prouentus alere possunt, ita iuuenis,
nimio aestu exultantem, liberumque animum na-
ctus, aliquando iusta, 82) et ad sapientiam suffi-
ciente, moderatione residebit. 83) Quod si 45
iam ab ipsa adolescentia maturam, sobriamque,
uim 84) sortiatur, certe languore inutili ante
primam senectutem marcebit. 85) Sed hoc ma- 46
xime est 86) ad indicium futurae uirtutis, si
ipse

libr. VI. cap. XXXV Annal. *Sic pulsare* pro *impellere*, ut in illo Plinii, Hist. Nat. libr. VIIII. cap. III. *Procellae pulsatas ex profundo belluas cum fluctibus uoluunt.* 80) Die ausſchieſſen, und allzuviele Sprößlinge treiben. J. 81) Wenn ſich nun der übrige Safft verlohren. B. 82) *Iustum* dicitur, in quo nihil excedit, nihil deficit. Sic *iusta statura*, rechte Mannes-Länge, *iusta pocula*, Trinckgeſchirre, die nicht allzu groß ſind, *iustus triumphus*, ein Sieges-Einzug, wie ihn einer billig verdienet. B. 83) Metaphora a musto, seu uino nouo, desumta. Denn gleichwie ſich der Moſt, wenn er lange genung gebrauſet hat, endlich ſetzet; alſo laſſen auch dergleichen junge hitzige Leute, wenn ſie ausgeraſet haben, endlich nach. Exemplum habemus in Themistocle, de quo Cornelius Nepos in uita eius cap. I. *Huius uitia ineuntis adolescentiae magnis postea sunt emendata uirtutibus, adeo, ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur.* Videatur et Plutarchus in uita eiusdem. Hoc uero non semper fit, sed aliquando, ut auctor dicit. B. 84) Prudentiam B. 85) Velut matura ante tempus non perueniet ad senectutem, sed deficiet in aetate uirili. B. J. Ita *marcere somno*, *uigiliis*, dixit Tacitus Annal. VI. cap. IIII. 86) Facit. J. Sic Terentius Heautont. Act.

ipse 87) inter cetera studiorum, aut affectuum, genera aliquid ualde uolet, id, quicquid est, nimio, ac ueluti praecipiti, feruore complectens. 88) Nam haec acris cupiditas saltem ostendit, illum uero, et per hoc laborioso, 89) impetu in sua studia posse ferri, sine qua indole nemo uirtu-
47 tem uere colet, aut gloriae litabit. 90) Ceterum quamuis adolescentiae interdum sint ingrata senectutis consilia, tamen ipsa conscientia sapientiae, nondum in suis annis maturae, 91) nescio quid, de iis altum 92) sentit, qui, iam ante experti

Act. I. Scen. II. v. 33. *Ea sunt tamen ad uirtutem omnia.* Subintelligit Barclaius *aptum*, *comparatum*. 87) Adolescens. J. 88) Cupidius appetens. J. Ita Cicero passim *complecti amore*, *beneuolentia*, *amicitia*, *cura*, *diligentia*, *honoribus*, *beneficiis suis*, *aliquem*. 89) Stabili, nec cito transituro. Non bene incipere, sed bene desinere, uirtutis est. Man ſiehet, daß ihn ein natürlicher Trieb ernſtlich darzu bewege. B. J. 90) *Litare* olim dicebantur Diis, qui eos ita colebant, ut certi essent, se exauditos esse, et iam beneuolentiam et gratiam eorum impetrasse. B. Vnde *litare gloriae* est *cupere ac quaerere gloriam cum successu*, uel *consequi gloriam*. J. Nonius Marcellus cap. V. *Inter sacrificare et litare hoc interest: Sacrificare est, ueniam petere, litare est, propitiare, ac uotum impetrare.* Macrobius Saturn. libr. III. cap. V. *Litare significat, sacrificio facto placare numen.* 91) Quia sciunt, senes praestare sapientia magna, cuius adolescentia capax non est. Weil ihnen ihr Hertze ſaget, es ſey bey denen Alten, wegen vieler und langer Erfahrung, ſolche Weisheit, dergleichen bey jungen Leuten nicht zu finden. 92) Magnum, gloriosum. J. Sic explicat Nonius Marcellus de Verb. Signif. cap.

experti iuuentutem, 93) per eam commeantibus iter ostendunt. Animus autem in hoc aetatis 48
flore prima cupidine laudis ardet, impatiens contumeliarum, non diu eadem consilia probare, aut exequi facilis, 94) etiam plurimum sibi placet, 95) nec satis 96) amicitias potest eligere, nec postea aduersus succrescens fastidium tueri. 97) Quicquid autem subito mentis acumine in- 49
ueniri, aut perfici, potest, non aptiores in mortalibus habes, quam in illo flexu, 98) annos. Ut uideatur pueritiae esse, 99) facta maiorum, uel dicta, indefessa memoria adipisci, 200) iuuentutis autem, et facere noua, et loqui, sequentis deinde

cap. IIII. Cicero in Laelio: *Nihil altum, nihil magnificum ac diuinum suscipere possunt.* 93) Die auch jung geweſen ſind. B. 94) Sic Tacitus Histor. libr. IIII. cap. XXXVIIII. *Facilis corrumpi.* Statius Silu. libr. I. Silu. I. *Facilis saeuiſe.* Adolescentes mutabiles sunt in horas. Sie ſind nicht leichtlich darzu zu bringen, daß ſie lange bey einem Vorſatz beharreten, oder denſelben ins Werck vollkömmlich richteten. 95) Haec illa est adolescentum praua Φιλαυτία, et δοκησισοφία, falsa persuasio sapientiae. 96) Satis caute, satis circumspecte, satis prudenter. J. 97) Facile fastidiunt amicos adolescentes, siue praua aemulatione incensi, siue moris dissimilis pertaesi. 98) Cicero libr. I. de Orat. et pro Coelio *flexum aetatis* dixit. Est autem ille *aetatis flexus*, quum se pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad uirilem aetatem, uirilis aetas ad senectutem, inflectit. 99) Nota propria, signum, character. J. 200) *Memoria adipisci* dixit Barclaius, ad imitationem Ciceroniani illius libr. I. off. *Insidiis et malitia laudem adipisci*, et ad

50 inde aetatis se ex utrisque moderari. 1) Excipit iuuentutem stata aetas, 2) ac uirilis, media inter adolescentiae praecipitia, 3) pondusque senectu-
51 tis. 4) In hac 5) adeo cum animo corpus uiget, 6) ut tunc demum uere hominem esse credideris, datumque in illorum annorum gratiam, 7) quantacunque

---

ad Qu. Fratr. libr. I. Ep. I. *His studiis et artibus adepti sumus ea, quae consecuti sumus.* Sic Plautus in Trinummo Act. II. Scen. II. v. 88. *Ingenio adipisci sapientiam.* 1) Sic Cicero pro L. Corn. Balbo: *Sententiam aliquam ex reipublicae tempestate moderari.* Virilis igitur aetatis est, se ex dictis factisque maiorum moderari, hoc est, ita uitam instituere, ut praeclare a maioribus dicta et praecepta reuocemus ad animum, praeclare autem facta imitatione exprimere studeamus. 2) *Stata aetas lubricae* opponitur, et *incertae instabilique*, qualis *iuuentus et pueritia* est. Est enim *statum certo constitutum, firmum, consistens perpetuo certoque modo.* Sic Plinius libr. IIII. Epist. XXX. *Ter in die fons statis auctibus ac diminutionibus crescit decrescitque.* Dicitur autem *aetas uirilis stata*, quod ibi quasi consistant uires, nec crescant amplius. **Das ſtehende Alter.** Virgilius Eclog. IIII. v. 37. *Firmatam aetatem* dixit, quod tum confirmatum sit corpus ac robur. B. J. 3) Praecipitantiam et uehementiam. Iuuenes enim, quia calidi sunt, uere sunt praecipites. Nam calor incitat mentem impellitque. B. 4) Tarditatem, grauitatem, lentorem. B. 5) Aetate uirili. J. 6) Robur corporis confirmatum est, iudicium maturuit, et experientia confirmatum est, nec affectuum uehementia turbatur, ut in iuuenili aetate. B. J. 7) Vt uideatur uita in gratiam aetatis uirilis data, quantacunque ea fuerit. Tum enim fere agit homo se digna, utilisque fit eius uita publice. **Es mag nun einer ſo lange leben, als er will, lebt**

cunque est mortalibus uita. Hic ingens corpo- 52
rum, et animorum, mutatio. Vt ciborum ple-
rumque ac uoluptatum alius tunc delectus, ita
mores alii, et in nouum efformatae 8) cupidita-
tes. Robustus 9) animus, et ueluti ab adolescen- 53
tiae caligine emissus, 10) primum solet de ante-
actis erroribus atroci censura iudicare, 11) mirari-
que, se tam improuide potuisse peccare. Illinc 54
statim utilis poenitentiae, et ruinas, quas iuuen-
tus fecerat, 12) emendantis, sedulitas. 13) Opum, 55
honorumque, praecipuus amor est, et, quasi
nun-

lebet er doch nur eigentlich recht im männlichen Alter, da der Menſch zu ſeiner eigentlichen Reiffe kömmet, gut und nůtze wird. B. J. 8) Cicero libr. II. in Verr. *Himera in muliebrem figuram habitumque formata.* At uocem *efformare*, nullius quippe probati auctoris testimonio commendatam, castae Latinitatis ciuitate exturbarunt Vossius de Vit. Lat. Ling. et Cellarius in Anti-Barb. 9) Maxime uigens. B. 10) Ignorantia, quae instar tenebrarum est, quibus mens obfuscatur. B. Ita Cicero post redit. in Senat. *Ex superioris anni caligine et tenebris lucem in republica respicere coepistis;* et pro Cn. Plancio: *Vide nunc caliginem temporum illorum.* Est ergo *emitti ab adolescentiae caligine*, aus den unverſtändigen Jahren heraus kommen. Sic Tacitus Hist. libr. III. cap. XXIIII. dixit *emissas a Magontiaco cohortes.* 11) Da pfleget man ſcharff zu examiniren, was man in der Jugend begangen. B. 12) Damna, quae is, qui iam uir est, fecit in senectute. B. *Ruina pro damno, iactura, calamitate* apud Tacitum Hist. libr. IIII. cap. XLII. libr. V. cap. XXV. *Facere ruinam* dixit Horatius libr. II. Satir. VIII. v. 54. seq. Cicero *ruinas edere* libr. I. de Leg. 13) Existit, sequitur. B.

nunquam de uita decessuri, ita auide ad illam
56 subsidium, et ornamenta, quaerunt. 14) Simulare amicitias, 15) suisque desideriis imperare, 16)
57 non alii magis sciunt. Veram quoque fortitudinem 17) habent, castigato 18) impetu, neque extincto, 19) quo ad iram, uindictamque, adolescentia
58 feruebat 20) Tunc demum uis integra, 21) solersque, 22) iudicii, in incitato torrente iuuentutis, non fessi corporis aegritudine laborans. 23) Cauta

14) *Subsidium* sunt opes et diuitiae, ornamenta, honores, tituli. B. J. 15) Sie ſuchen ihnen Freunde, durch welche ſie können befördert werden. B. 16) Sciunt reprimere cupiditates suas, seu refraenare affectus, atque dissimulare, ne ultra modum agant. B. 17) Vera fortitudo inter audaciam ac timorem posita est. Non committit omnia fortunae, nec fertur impetu, sed timet, quantum licet sapienti, non tamen mortem, quum prodest ea pluribus. B. 18) Temperato. B. Sic Cicero libr. II. Tusc. Quaest. *Non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor.* Et libr. V. *In hoc me ipse castigo*, i. e. *refraeno*, *contineo*. 19) Sic Cicero de Orat. libr. I. *Animorum motus inflammare*, *uel extinguere*, et *furorem extinguere*, Philipp. VI. 20) Cicero de Prouinc. Cons. dixit *Mithridaticos impetus, totumque Pontum, armatum, efferuescentem in Asiam, atque irrumpentem, aegre repulsum.* Virgilius Georg. libr. I. v. 471. *Aetnam* dixit *Cyclopum efferuere in agros.* Ita impetus iuuenilis feruet, seu efferuescit, in, uel ad iram et uindictam, die Jugend-Hitze treibet zu Zorn und Rachgier an. 21) Incorrupta, et sibi recte constans. B. 22) Acuta et subtilis. B. 23) Vis iudicii, quae, quod, licet corpus delassatum non esset, tamen impetu affectuum, uelut uehementis torrentis, abripiebatur in iu-

Cauta illis uitia, 24) ac plerumque nec uirtutem 59
sine praemio colunt. 25) Sed hanc denique pul- 60
cherrimam uitae partem senectus, uelut aliquo aestu, 26) sensim inundans, sanguini primum, et mox ingenio, suum frigus insinuat. 27) Haec, 61
diuersa 28) habitu, affectibus, moribusque, priorum annorum uirtutes partim auget, partim auertit in uitia. 28] Timiditas maxime insidet, 29) 62
et aptam alioqui prudentiae sedem infestat. 30) Quip-

iuuentute, laborabat quasi aegritudine. J. *Torrens impetus* est Senecae Epist. XXIII. ad Lucil. et Quintiliano, libr. X. cap. VII. *Qui, se inani uerborum torrenti dare*, dixit. 24) Sciunt enim ea caute tegere, ac dissimulare. B. 25) Utilitatis quippe studiosi, ita, ut uelint uirtutem suam ornari praemiis. B. J. 26) **Einem ſtarck anlauffenden Waſſer gleich.** J. **Wie wenn die Fluth kömmet.** Est enim *aestus maris allabens*, **die Fluth**, *aestus dilabens* uel *relabens*, **die Ebbe**, Tacito Annal. libr. I. cap. LXX. libr. II. cap. XXIIII. et libr. XIIII. cap. XXXII. quem Cicero uocat *aestum accedentem* et *recedentem*, libr. II. de Nat. Deor. Idem *aestum consuetudinis*, *aestum gloriae adolescentibus insolitae*, *aestum ingenii* dixit, de Leg. libr. II. in Bruto, et de orator. libr. III. 27) *Insinuare* cum casu tertio est Plinii Panegyr. cap. LXII. Ciceroni et aliis familiarius est *insinuare in caussam*, uel *ad caussam*. 28) Ab aetate uirili diuersa est habitu, (hoc est, figura oris ac corporis, qui significatus uocis est apud Ciceronem pro Coelio et in Bruto) affectibus, et moribus. J. 28] Quae fuerant uirtutes in uiris, in senibus fiunt uitia. Ita parsimonia degenerat in auaritiam, fortitudo in timiditatem. J. 29) Senes maxime sunt timidi. Vt enim audacia et praestantia animi est a calore, ita timiditas a frigore. Senes uero omnes frigidi sunt. B. 30) Prudentiam,

 quae

Quippe senes, hoc pectoris igne defecti, qui fortitudinem inspirat, 31) nec aliter, quam per sua, aliorumque, pericula in tantum aetatis prouecti, omnia solent nimis anxia cogitatione uersare, 32) tam quae ipsi effugêre, quam quae alios perdide-
63 runt. Hinc illa uis consilii, atque prudentiae, quae maximam senectutis dotem facit, 33) saepissime nimio pauore corrumpitur, dum omnia, etiam tuta, circumspicit, mauultque interdum malo otio 34) uulnera tegi, 35) quam in periculum

uenire

quae maxime in senibus, longo rerum usu et experientia edoctis, locum habet, corrumpit plerumque timor. B. 31) *Calore*, qui accendit mentem, ut ira nascatur, quae stimulus est ad fortitudinem. B. 32) Hinc et inde considerare ac perpendere, **hin und her bedencken.** Metaphora desumta a cibis, qui in culina uertuntur saepius. Plautus in Asinar. Act. I. Scen. III. v. 78. Horatius libr. II. Satir. V. v. 71. Sic Cicero libro de Orat. ad Brut. dixit: *Versare saepe multis modis eandem rem.* 33) Efficit proprium quasi senectutis bonum, et characterem. **Die Klugheit, welche des Alters grôſte Zierde und Vorzug ausmachet.** J. Sic Celsus Praef. libr. I. *Quid secundam, quid aduersam ualetudinem faciat.* 34) Inutili et noxio, **wenn man in Unglück kommen iſt, und ſtille ſitzet, und ſich nicht viel bekümmert, oder bemühet, wieder daraus zu kommen.** B. *Malum otium dulci et honesto*, quod Plinius libr. I. Ep. VIIII. cauit, opponitur, idemque, quod *turpe, illiberale, inhonestum, inglorium*, adeoque perniciosum est. Sic Tacitus Annal. libr. IIII. cap. LXVII. *in luxum et malum otium resolutus.* 35) Calamitates et mala, quae incidunt. B. Sic Cicero pro C. Rabino *domestica uulnera*, et Philipp. II. *Reipublicae uulnera. Tegere* autem *uulnera*

*malo*

uenire medicinae. 36) Felix ille cunctator, 37) 64
qui furentem 38) Hannibalem uallo castrorum, uelut clypeo, a pernicie Italiae submouerat, 39) ille Fabius, paene imperii, urbisque, assertor, 40) quid abfuit, quin religiosa supra modum, timidaque, sententia redeuntem felicitatem a Romanis liminibus arceret? 41) Scipio traiiciendi in 65
Africam consilium, impetumque, sumserat. 42) Ita

*malo otio* est, **den Schaden hinhängen laſſen, verhölen.** Ita Cicero pro Quinctio: *Mendacio tegere admissa.* 36) Quam tentare uelle medicinam et curationem illorum malorum. J. *Venire in periculum* dixit Cicero pro L. Muraena, id quod, *adduci in periculum*, est Plinio libr. VIII. Epist. X. 37) J. Q. Fabius Maximus, Romani exercitus dux, aduersus Hannibalem, Carthaginensium ducem, de quo Ennius apud Ciceronem de off. libr. I. *Unus homo nobis cunctando restituit rem*. B. 38) Successibus laetis armorum elatum, et cum impetu ruentem B. Ita P. Clodium Cicero de Arusp. Resp. dixit: *Hominem furentem ac exultantem.* 39) Ita Plinius libr. II. Ep. XII. *Submouere a proconsulatu*, et Velleius libr. II. cap. LXVIII. *Submouere a republica.* Ceterum fere sine Praepositione, ut Plinii Panegyr. cap LXXXI. *Submota campis irruptio ferarum*, et Cicero pro Sext. Roscio Amerino: *Magnitudine poenae maleficio submouere.* 40) Vindex, liberator, defensor, instaurator. Dicitur autem *paene assertor*, quia Hannibalem non expulerat Italia, sed successus eius impedierat, ipsumque redegerat in angustias. B. J. 41) Parum abfuit, quin felicitatem a Romanis adhuc desideratam, tum uero redire uisam, animo ad superstitionem usque religioso ac timido ab urbis Romae portis abigeret. J. 42) *Petendae pacis consilia sumere* dixit

 Tacitus

Ita extorquendus 43) erat Hannibal, et ad patriae 44) clades de uisceribus Italiae 45) reuocandus. Tam salubrem optimi ducis mentem, simulque incolumitatem imperii, paene ille Fabius interuertit, 46) omnia tantae expeditionis pericula anxie reputans, cum ad naturam sua
66 sponte cunctantem senectus accessisset. Sed hunc in senibus naeuum 47) facile suae uirtutes excusant, maximeque coniiciendi futuri sagacitas, quae in illis, edocta per praeteriti temporis memoriam, quo minus corporis uinculis 48) obligatur, eo purius omnia, et quasi communicato cum sideribus 49) consilio, prospe-
67 ctat. 50) Quot urbibus, quotque imperiis haec sapientia saluti fuerit, quanta etiam priuatis hominibus utilitas, 51) qui se senum consiliis permiserunt,

---

Tacitus Annal. libr. II. cap. XXVI. 43) Scilicet Italiae, hoc est, per uim expellendus erat. J. Sic Cicero de Senectute: *Nec hunc errorem, dum uiuo, mihi extorqueri uolo.* 44) Carthaginis. J. 45) Ex media Italia. B. Sic Cicero pro Dom. dixit: *Viscera aerarii*, de Orat. libr. II. *Viscera causae.* Philipp. I. *medullas et uiscera populi Romani.* 46) Irritam, frustraneam fecit. J. 47) Timiditatis uitium. B. 48) Sensibus, qui corpus quasi captiuum tenent, et, quo magis ualent, hoc fortius afficiunt. B. 49) Cum coelestibus mentibus, cum Geniis. B. 50) Cicero in Verrem Act. V. *prospectare exilium.* Sich nach der Flucht umſehen. Tacito autem *prospectare* passim est Ausſicht haben, Hist. libr. V. cap. VI. Annal. libr. IV. cap. LXVII. et XIIII. cap. VIIII. heraus und zuſehen, Hist. libr I. cap. XXXIII. et libr. III. cap. LXVIII. 51) Inde sit enata. J.

52) Ita

serunt, 52) plena sunt vetustatis monumenta, 53) et quotidiano usu unusquisque perdiscimus. Et 68
fortasse hinc senibus illa ingens, et plerumque indefessa, loquendi cupiditas, quasi datus a natura stimulus, ne illi docere grauarentur, qui omnium optime possent. Sed plerique eorum non 69
satis in hac parte modum tenent. Vt quisque se iuuenum illis applicuerit, 54) per suorum annorum, rerumque gestarum 55) seriem infinita oratione 56) euntes, ac, quod molestissimum putes, ne una quidem, et simplici, uexatione contenti, quotiescunque in eundem inciderint 57) rursus, pari sermoni aut inuenient causam, aut facient. 58)
Etiam, quo patientior, 59) aut uerecundior, 60) 70
erit, quem ad illud audiendi supplicium rapuerint, hoc miserius eum plectent. 61) Nec audiri 71
tantum amant, sed, ubi consuluntur, aut etiam sponte monent, sibi fidem haberi, componique omnia, in quem modum praescripserint, nimis interdum pro imperio uolunt, urgentque nolentes, rati,

52) Ita Tacitus Hist. libr. IV. cap. XLVIIII. *Se studiis uulgi permittere*; et Annal. libr. XIII. cap. XLIIII. *Salutem arbitrio alicuius permittere.* 53) Veteres historiae. B. 54) Vt primum iuuenis aures illis accommodauerit ad audiendum. J. 55) Siue a se, siue ab aliis. J. 56) Ohne Aufhören. J. 57) Wenn ihnen eben derſelbe junge Menſch wieder aufſtöſſet, fangen ſie eben die vorige Erzehlung von neuen an. B. 58) Occasionem narrationis. Sie nehmen entweder Gelegenheit aus dem Discurse, oder fangen von freyen Stücken davon an. B. J. 59) In audiendo. 60) In interpellando. 61) Tanto eum diutius de-

72 rati, ab iis se contemtos, qui abnuunt regi. 62) Iuuenum, uirorumque, consilia peruicaci fastidio,
73 et ueluti de altiori scena, despiciunt. 63) Tu, si dignus es, quem aliquando in senectute peccantem iuuentus, quae uentura est, excuset, iam mulcebis 64) animos, innoxio 65) gaudio exultantes, facilisque dicentibus, 66) fronte saltem ac luminum nutu, quicquid dixerint, laetus accipies.
74 Nam quae minor reuerentia prouectis his annis, 67) et patrium cultum 68) merentibus, potest haberi, quam ut saltem simulemus probari a nobis, quae edicunt, 69) facilique, et nihil auferente, officio tantae uenerationis aetatem suo
75 gaudio perfundamus. 70) Eadem autem rerum humanarum experientia, quae illos per reliquas aetates 71) ad senectutem deduxit, simulque eorum

tinebunt molesta sua garrulitate. B. 62) Qui nolunt illorum consiliis gubernari. B. 63) Tanquam sublimiores ceteris, gleich als hätten ſie mehr Weisheit, als andere. B. 64) Ita te applicabis senibus, ne qua re offendas eos. *Mulcere* proprie est, ein Pferd liebkoſen, und mit der Hand ſtreichlen. B. 65) Quod nec senibus nocet narrantibus, nec iuuenibus auscultantibus. B. 66) Nec praebebis te difficilem, aut morosum, quando senes aliquid narrant, sed blando saltim uultu iis placere studeas. J. 67) Senilibus, et decrepitae aetati proximis. B. 68) Eundem honorem merentibus, qui debetur parentibus. B. 69) Loquuntur, quasi pro imperio. J. 70) Et sinamus senes perfrui gaudio, quod nobis effectu facile est, nec quicquam aufert uenerationi, quam debemus senibus. J. 71) Puerilem, iu-

rum exempla, quos uiderint in egeſtatem labi, 72)
agere 73) solent ad nimiam domesticae rei cu-
ram. Quis ferat hoc mortalitatis ludibrium, 74) 76
tunc fortunas auidissime expeti, cum nec diu ma-
nere, nec iam solicitare 75) precioſis deliciis effoe-
tum 76) corpus possint? Viget hoc tamen in sic- 77
cis 77) pectoribus malum, 78) labensque 79) na-
tura timet ſcilicet ad inopiam peruenire, a qua
non possit, iam lassis uiribus, in dies morientibus,
uindicari. Illis vero, qui in senectute haec ui- 78
tia, uelut syrtes, 80) effugiunt, nihil est ad omne
consortium 81) commodius. Res publicas, atque 79
priuatas, felicissime regere, despicere malos im-
petus, ac uincere, qui animos noſtros inconsulte
diripiunt, et consulere iuuentuti, et parcere, quid
ipsi fuerint, quid tunc senserint, nondum imme-
mores,

iuuenilem, uirilem. J. 72) Ita Tacitus Annal. libr. IV. cap. VI. *in adulationem labi*, et Hist. libr. V. cap. XXII. *in somnum labi.* Cicero Tusc. Quaest. libr. IIII. *labi in procliue.* Alias frequentius *labi ad opinionem, labi ad mollitiem*, libr. IIII. Quaest. Acad. et libr. II. de Leg. 73) Impellere. J. 74) Hoc opprobrium mortalium hominum. B. 75) Excitare ad uoluptates. J. 76) Iam quasi emortuum, et ad perfruendas uoluptates inhabile. J. 77) Exsanguibus senum animis. B. 78) Vitium auaritiae. B. 79) Decrescens sensim paulatimque. B. Ita *labentem, ac prope cadenteem rempublicam*, dixit Cicero Philipp. II. 80) Periculosa in mari loca, Sand⸗Bäncke, da es ſeichte iſt. B. 81) Publi-

mores, digni denique, qui longa senectute sua sapientia fruantur, orbemque illa ueluti expertae Philosophiae 82) disciplina componant.

CAPVT

cum aeque, priuatumque. 82) Prudentiae, quae nititur usu rerum et experientia, ac ratione. B. Sic *expertam uirtutem*, *expertum ingenium*, *expertas artes*, dixit Tacitus Annal. libr. III. cap. LXXIIII. Hist. libr. IV. cap. XLII. Annal. libr. III. cap. XVII.

# CAPVT II.

*Secula paene singula suum genium habere, diuersumque a ceteris. Esse praeterea cuilibet regioni proprium spiritum, qui animos in certa studia et mores quodammodo adigat. Hos spiritus inuestigari operae pretium esse.*

GRenouicum peruetuſta regum Britannicorum 1
domus 1) est, milliaria IIII. sub Londino, 2) ad Tameſis ripas. Mons imminet regiae, 3) modico supercilio 4) subiectum oppidum, fluuiumque, 5) despiciens. Breuibus 6) tumulis in illum ascenditur, uerticemque deinde ingenti ambitu planicies extendit. Forte in eum bene ma- 2
ne

1) *Domus principum* dicti olim principum secessus et palatia, Tacitus Annal. libr. XV. cap. XXXVIIII. et XLII. Hist. libr. I. cap. XXVII. Talis fuit olim domus Britannicorum regum, *Grenouicum.* confer. Benthemii Engeländiſcher Kirchen- und Schulen-Staat, cap. IV. v. 13. 2) Meridiem uersus sita. 3) Arci Grenouicensi. J. 4) Non nimis alto cacumine. B. *Supercilium*, Seruio ad Virgilii Georg. libr. I. v. 108. interprete, *altitudo* est, et *summitas terrarum.* Hinc Liuius libr. XXVII. cap. XX. *infimum montis supercilium* dixit, et Hirtius de Bell. African. cap. LVIII. *Supercilium excelsum.* Ammianus autem Marcellinus celsiores ripas *supercilia fluminum* appellauit libr. XIV. cap. XXXII. et libr. XVII. cap. XVIII. *A colle ac monte* quomodo distinctum fuerit ab agrimensoribus supercilium, docet Vrbicus in Frontinum p. 52. 5) Thamesin ex altiori loco quasi intuens. J. 6) Per paruos colliculos

ne 7) conſcenderam, et solitudo circum erat, ut
nemo interpellare posset cogitationum ludum, 8)
3 dulcissima libertate errantium. Sed memorabi-
lis amoenitas paene citius animum, quam oculos,
diffudit 9) aspectu non Britannia tantum, sed for-
4 tasse tota Europa pulcherrimo. Ingens planicies,
aliquot suspensa 10) colliculis, rursus montes in
orbem 11) effusi, neque cito castigabant 12) ocu-
los, neque illos per immensum coelum sparge-
5 bant. Tameſis laetissima ubertate in uiciniam
exsudat, 13) et ad radices montis, redeuntibus in
gyrum

culos. B. *Breuis tumulus* est ualde exiguus. Nam *breuis* opponitur *profundo* apud Tacitum Annal. libr. I. cap. LXX. Ita *breuia litorum* l. c. libr. VI. cap. XXXIII. sunt *litora maxime desidentia et parua.* 7) Primo mane, bey anbrechenden Morgen. B. J. Cicero ad Att. libr. XIII. Ep. XXI. *Bene mane* dixit. 8) Rem nec difficilem, et iucundam, ludum dixit Cicero libr. II. de Orator. *Omnium*, inquiens, *ceterarum rerum oratio ludus est homini*, et libr. I. de Finib. *illa perdiscere ludus esset.* Sic *ludus cogitationum dulcissima libertate errantium* est, das Vergnügen der ausſchweiſſenden Gedancken. 9) Hinc et inde distraxit. B. *Diffundere animum*, den Gedancken freyen Lauff laſſen. *Diffundere oculos*, die Augen hin und her ſchieſſen laſſen. 10) Leniter eleuata, ut dubium sit, planities, an accliuitas, dici mereatur. B. 11) In circulum. J. 12) Impediebant, cohibebant. B. *Castigare dolorem animi* idem, quod *minuere*, *cohibere*, *mitigare*, Ciceroni est libr. II. Tusc. Quaest. 13) Effundit aquam per canales, meatusque subterraneos, qui erumpunt postea in fontes. J. *Exsudare acidum liquorem* de caseo dixit Columella libr. VII. cap. VIII. *exsudare gummi* de arbore

gyrum fluctibus, insulam paene molitur. 14)
Passim toto alueo naues, 15) et omnis generis 6
onerariae, 16) ut proximas quidem totas aspice-
rem, ceterum longius stantes, aut sub altiori ripa,
ex malis, antennisque, tanquam nudam et bruma-
lem siluam, 17) cognoscerem. Nihil illa plaga 7
uiridius. Pascuorum utilitas eam frugibus abstu-
lit, 18) et uix alibi felicior in gramina terrarum
luxuries. 19) Priuatorum quoque fundos de mo- 8
re patrio perpetuae 20) fossae, et pleraeque in
marginibus arbores, sepiunt. Maxime uias pu- 9
blicas altissimae populi a lateribus tuentur, ut de
monte despicienti 21) perpetua facies hortorum
uideatur, saltuumue, factorum ad ambulationis
uolu-

---

bore Plinius Histor. Nat. libr. XXIV. cap. IX. *casu quarto.* Barclaius hic *sexto casu*, *exsudare Tamesin laetissima ubertate in uiciniam*, hoc est, uicinos agros uberes reddere aquis suis, dixit, nullo, quod sciam equidem, auctore. 14) Videtur facere, nec efficit tamen. B. 15) Der gantze Strohm war mit Schiffen gleichſam bedecket. J. 16) Kauffarthey-Schiffe. J. 17) Tanquam arbores fronde foliisque nudatas, quales hieme solent esse. J. 18) Quoniam pascua ibi pinguissima sunt, nec arari solet, nec conseri solum, ne, quantum frugum ferat hominibus, tantum pabuli deroget pecori. J. 19) *Luxuriem* esse *in herba* dixit Cicero libr. de Orat. Alibi *luxuriem in flagitiis, in ubertate.* Proinde *luxuries terrarum felicior in gramina* uidetur mihi dicta ad imitationem illius Ciceroniani Orat. pro M. Fonteio: *Vir ad casum fortunamque felix;* ut *in gramina* pendeat potius a uoce *felicior*, quam a uoce *luxuries.* 20) Continuae, non interruptae. B. 21) Wer von der Höhe hinab

10 uoluptatem. Praecipua est tam uaria uiriditas, paene in diuersos colores diſtributa. Nam, quae longius absunt, uelut caerula incumbentis coeli facies opacat, propiora densiore fronde in arboribus nigra sunt, uel humi tenui herbarum uirore
11 nitentia. Sed pulcherrimum spectaculum praebebat ipsa urbs, inter eximias Europae celebrata, Londinum, innumeris domibus, 22) uix tamen populi sui capax, quippe ad alteram Tamesis ripam late effusum est, uicinisque annexum oppidis, 23) et paene continua aedificia per quatuor
12 millia 24) portendens. Per hoc spatium non priuatae tantum domus, sed et fana crebro fastigio 25) eminent, et media ciuitas, tanquam umbone,

---

hinab ſiehet. J. Sic Cicero de Harusp. resp. *Tollam altius tectum, non ut ego despiciam.* 22) Quarum quippe ultra centum millia numerari, testes nobis sunt nouissmi rerum Britannicarum commentatores. 23) Southwark, quod ponte, quo Thamesis sternitur, coniunctum est. *Westmunster*, quod ab occasu solis Londino adhaeret, cetera. conf. Benthemii Engelåndiſcher Kirchen- und Schulen-Staat. cap. IV. §. 4. 9. 11. 24) Passuum. J. 25) Multis turribus. J. Cicero ad Qu. Fratr. libr. III. Epist. I. *Tectum multorum fastigiorum* dixit. Sed *fastigia aedium*, Romae in solis principum palatiis conspicua, non turres erant, sed pinnae, seu prominentiae tectorum, ad aquilarum fere similitudinem effictae, ornatus caussa. Quapropter malim ego *fastigium* hic pro *tecto*, tectique proiecturis et ornamentis, podiis, menenianis, protectis, pinnaculis, accipi.

bone, 26) ita præcipui templi 27) mole, distincta est. Cum his ego, nec prouisa uoluptate, didu- 13
cerer, 28) tandem reuocare animum coepi, et sic mecum reputare: Quid esset, quod incogitantem rapuisset? 29) unde ille aspectus 30) sic placeret? quae occulta uis, quae ratio, meam mentem tetigisset? Num ipsa urbs? num fluminis cursus? montesne? an campi? an imago siluarum? Horum omnium nihil unum, 31) sed tantarum uarietas rerum, et ueluti naturæ, suas opes explicantis, 32) industria. Subiit inde cogitatio, 14
nihil

accipi. 26) *Vmbo* media et elatior pars clypei dicitur. B. Sic Isidorus libr. XI. cap. I. *Vmbo appellatur locus in medio clypei, a quo pendet*, et libr. XVIII. cap. XII. *Vmbo scuti pars media est*, quasi umbilicus. 27) *Pauls Kurch*, quod templum inter CXXX. alia praecipuum est, teste Benthemio l. c. cap. IV. §.6. 28) Quum meae cogitationes distraherentur hoc spectaculo, cuius tanta uoluptas erat, quantam non praeuideram. J. Sic Tacitus *diductos in studia spectatores*, Hist. libr. II. cap. LXVIII. *diductam ciuitatem* Annal. libr. IV. cap. XVII. dixit. 29) In admirationem. J. *Rapere incogitantem* est *occupare inopinantem, occupatumque auertere festinantius.* Ita Tacitus Annal. libr. I. cap. LVI. *expeditum exercitum in Cattos rapit.* Cicero in Catil. Orat. *Ibis, quo te iam pridem tua ista cupiditas effrenata et furiosa rapiebat.* 30) Arborum, nauium, pascuorum, urbis arcium. J. 31) Tetigit mentem meam. J. 32) *Explicare* saepe idem ac *ostendere, ostentare.* Tacitus Annal. libr. XIII. cap. XXXVIII. *explicare equitum turmas.* Catullus Vrbicarius in Peruigil. Ven. v. 80. *Ecce iam super genistas explicant agni latus.*

33) Per

nihil esse in mortalium rebus ad suam pulchritudinem sic exactum, quod tandem non fatiget contemplantem, nisi ad hunc, quem intuebar, modum, diuersarum dotium beneficio, 33) in aliam, aliamque, uenustatem mutetur, semperque lassatos

15 improuisa nouitate reficiat. Et quoniam ad omnis decoris fastidium 34) perducendus orbis 35) erat, nequaquam tantae artis oblita natura est, regiones aliquas montibus sustulit, 36) alias in planiciem deduxit, has aestu torruit, 37) has damnauit ad brumas, 38) reliqvas, nec aequali quidem ingenio, temperauit. 39)

16 Foecunditatem, aut squalorem, 40) non modo non ubique, sed nec in perpetuum, imposuit, olimque felices prouentibus terrae 41) nunc sterilibus arenis informes ac uastae sunt, et, quae quondam crudo aëre horrebant,

33) Per multas bonorum a natura datorum uarietates. J. 34) Ad summum decus, ad perfectissimam pulchritudinem. J. 35) Terrarum, mundus. J. 36) Euexit, exaltauit, extulit. B. 37) in Zona Torrida collocauit. J. 38) In Zona Frigida posuit. J. 39) In Zona Temperata, nec tamen aequali modo, posuit J. *Ingenium loci coelique*, dixit Tacitus Hist. libr. I. cap. LI. Idem Hist. libr. V. cap. XIV. *Campos suopte ingenio humentes*; et Annal. libr. XVI. cap. XX. *Ingenia noctium Neronis* dixit. 40) Sterilitatem. J. Squalens litus dixit Tacitus Annal. libr. XV. cap. XLII. aquarum egenum, *Squalidus ager* incultus est ac sterilis auctori ueteri de Limitibus. Nonius Marcellus cap. III. e Var. Manio: *Ager derelinqueretur, ac periret squale, scabre, illuuie, et uastitudine.* 41) Babyloniorum regio, ipsaque Palaestina,

bant,42) non tantum iam in fruges, sed in uolupta-
tum instrumenta,43) luxuriant.44) Adeo est ex 17
totius orbis pulchritudine 45) illius partes in mul-
tiplices habitus, uultusque, transire. 46) Neque 18
astra, licet certis itineribus semper cursum tenen-
tia, aëri motus eosdem, et effectus, solent infun-
dere. 47) Ideoque, quamuis iisdem spatiis omnes
anni

---

na, Sodomorum ac Gommorrhaeorum tractus. J. 42) Quae quondam propter immane frigus steriles erant. J. 43) Abundantissime proferunt delicias, quibus uoluptas alitur. J. Sic Tacitus Hist. libr. IV. cap. VII. *Nullum maius esse boni imperii instrumentum, quam bonos amicos*, dixit, et libr. I. cap. XXII. *pessimum matrimonii principalis instrumentum Mathematicos* Poppaeam *habuisse.* Idem ueneficam *Locustam* ab Agrippina *inter instrumenta regni diu habitam fuisse*, ait Annal. libr XII. cap. LXVI. et *reges instrumenta seruitutis* appellauit in Agricol. cap. XIV. Est igitur *instrumentum uoluptatis*, was den Menſchen wollüſtig zu machen dienet. 44) Quo auctore Barclaius dicat *luxuriare in fruges, in uoluptatum instrumenta*, me adhuc ignorare fateor ingenue. Conf. supra Not. 19. 45) Pertinet ad efficiendam totius orbis pulchritudinem. B. Sic Cicero libr. I. de Offic. *Haec res non solum est ex domestica ratione.* 46) Variis figuris, diuersisque coloribus distingui. J. Cicero libr. V. Tusc. Quaest. *In disparis animantis uitam transire bestia non potest.* 47) Cicero Philipp. XIIII. *Hic nuper sororis filio infudit uenenum.* Alias fere, *infundere in uas, in ciuitatem uitia, in aures orationem, peregrinitatem in urbem, in eundem nominis genus alienum*, libr. I. Tusc. Quaest. libr. III. de Leg. libr. II. de Orat. libr. IX.

anni in orbem 48) excurrant, nullus tamen in totum aut eum imitatur, qui praecessit, aut exem-
19 plum est sequuturo. Sed ille, cuius gratia 49) ceterarum rerum ornatus institutus est, ille ad diuinitatis memoriam, specimenque, 50) homo compositus, praecipue nascitur in huius uarietatis
20 uenustatem. 51) Nam non modo diuersos in corporibus habitus 52) sortiti mortales sunt, sed et animos adeo multis simul rebus idoneos, ut nulla pictura pluribus coloribus possit, aut lineis, delectare intuentes, quam quas in hominibus fata 53)
21 duxerunt. Quae uirtutum, aut uitiorum, series, quae artium sublimitas, quodue calliditatis ingenium, non est in hoc sapientiae penetrali 54) a na-
22 tura reconditum? Nulla tamen, quam magis admirere, diuerſitas, quam in libertatem homines nasci, [qui enim aliter se regere 55) possent, laudemque

Epist. XV. et in Bruto. 48) In circulum redeant, et finiantur, seu absoluantur, iisdem spatiis. J. Tacitus Annal. libr. III. cap. LV. *Rebus cunctis inest quidam uelut orbis.* 49) Welchen zu Gefallen, Liebe, Nutz, Gute. J. 50) *Specimen*, exemplum, species, imago, ut in illo Taciti Annal. libr. III. cap IV. *Vnicum antiquitatis specimen Agrippina* dicitur. Sic Cicero in Pisonem: *Quod specimen habuit haec ciuitas innocentiae.* 51) Vt uenustatem huius uarietatis exprimat et ostendat. *IN* hic caussam notat, quam finalem uocant Philosophi, ut in illo Ciceronis pro A. Cluentio: *In familiae luctum, atque in priuignorum funus, nupsit.* B. 52) Anſehen, Geſtalt. B. 53) Diuina prouidentia et uoluntas. B. 54) In animo hominis. B. 55) Affectus suos reprimere. B. 56) Fa-

demque, uel cum poena infamiam, ex susceptis studiis 56) mereri? ] simulque seruire, ad quosdam scilicet affectus, ac uiuendi paene normam, sua indole, uel temporum sorte, adactos. 57) Nam 23
omnia saecula genium habent, 58) qui mortalium animos in certa studia solet inflectere. 59)
Quaedam aetates praecipue armis exercitae, 60) 24
mox omnia in quietem composita, tum regnorum, tum rerumpublicarum in populis amor, 61) nunc

56) Factis et operibus suis. J. 57) Seruiunt homines uel suis cupiditatibus, uel consuetudini saeculi. In illam seruitutem sua quemque indoles, in hanc sors temporum, geniusque saeculi, rapit. Die Menſchen ſind entweder Sclaven ihrer eigenen Begierden, oder laſſen ſich von dem Strohm böſer Beyſpiele hinreiſſen, und machen mit. J. 58) Antiquorum uerborum, optimae tamen cuiusque sententiae, consectator, Barclaius ad ἐγχωρίους Graecorum Θεοὺς, et δαίμονας, de quibus multa CL. Meursius ad Lycophr. p. 352. seqq. respicit, quorum numinum plenam esse regionem, Petronius in Satyr. dixit. Per *genios* autem idem, quod Plinius libr. VI. Epist. XXI. per *ingenia suorum temporum*, intelligit, uel, si mauis, rationem sentiendi. uiuendique, ac iudicium de moribus, uitaeque instituendae ratione publicum. Quod qui neget, uicesimo fere quoque anno mutari, nae ille, parum se ad rerum aetatumque uicissitudines attendisse, prodiderit. Non est igitur, quod hunc locum sugillent aliqui. Conf. quae superius dicta sunt ad Praef. num. 21. 59) Columella libr. V. cap. VI. dixit: *Radices in nodum, uel in orbem, inflecti.* Cicero fere *inflectere* ad. 60) Zu gewiſſen Zeiten hat man ſonderlich Luſt zum Krieg gehabt. J. 61) Interdum reges, interdum,

nunc ueluti in barbariem 62) homines nasci, deinde facilioribus animis mansuescere, 63) et post saecula aliquot ad stipatum prima caligine inge-
25 nium redire. 64. Ita saepius orbis cultis hominum moribus enituit, 65) subsidensque 66) deinde induſtria, uelut quadam nube, subducta est.
26 Florentibus Graeciae rebus, quid ad humanitatem, 67) aut astum, 68) illis gentibus defuisse
27 existimes? Artificiorum tanta uis, 69) ut in auro, uel saxis, siue hominum, siue pecudum, for-
28 mas paene etiam animarent. 70) Ea eloquentia, ac in poëtis suauitas, ut illam sibi sumeret Romana ambitio, 71) quam imitaretur, non uin-
29 ceret. Inde, in alias terras concedente fortuna, nulli ipsis Graecis dolentius ad maiorum memoriam suspirabant, a quorum ingeniis exciderant. 72) Sed

eiectis regibus, liberam rempublicam exoptarunt populi. J. 62) Ignorantiam. J. 63) Capaces disciplinae ac eruditionis fieri. B. 64) Homines redire solent ad ignorantiam, quae prioribus saeculis fuit. B. 65) Excelluit omni laude elegantiae. B. 66) Remissa, negligentior facta, non bene exercitata. J. *Subsidens industria* ad imitationem Quintiliani libr. III. cap. VIII. dicta est, ubi *impetus dicendi subsidere prooemio* dicitur. 67) Omnem elegantiorem eruditionem. B. 68) Calliditatem, geſchwinde Räncke, Staats-Streiche, Intrigues. B. 69) Tanta copia et multitudo. B. 70) Tam artificiose exprimerent, ut spirare, et anima praedita esse uiderentur, als wenn es lachte und lebete. B. 71) Aemulandi studium. J. 72) Dolebant acriter uicem suam, quum praeclara se maiorum ingenia non exaequare

Sed Romani imperii uices, 73) et quae inde pro- 30
pius ad nos aetates sunt, 74) multo certius illos
mutabiles seculorum genios prodent. 75) Sub 31
Augusto composita 76) Roma omnis humanita-
tis cultu suam magnitudinem 77) ornauit, ac in-
ter cetera uelut ad fastigium Latinae uenustatis
prouecta est. Nihil uetat ab exiguis quoque re- 32
bus magna colligere. 78) Vnde tunc poëtarum 33
examen, 79) felicissimis numeris ludentium, nisi
a quodam spiritu tum mentes agente, 80) qui
aeque labores poëtarum in Italia afflauerat, paulo
post in idem studium incumbentes destituit? A 34
Nerone in Traianum 81) pauci anni multos quo-
que poëtas habuerunt, ingensque tunc numerus
in Rhetorum arena sudantium, 82) in quibus
iam labentis linguae 83) indicia, et pro natiui
decoris, 84) quod perierat, pompa tumor obscu-
rus,

aequare persentiscerent. J. 73) Vicissitudines, mutationes J. 74) Tempora imperii Romani nostris temporibus propiora. J. 75) Ostendent, demonstrabunt. B. 76) In ordinem redacta, constituta. J. 77) Maximum imperium, quod in omnes terrarum partes habuit. B. 78) Concludere, argumentari a paruis ad magna. B. 79) Multitudo. Sub Augusto enim Virgilius, Horatius, Ouidius, alii praeclarissimi poëtae floruerunt. B. 80) Quem paulo ante *Genium saeculi* dixit. Est autem spiritus ille impetus peculiaris, quem *saeculi* mos et applausus concitat. 81) A Neronis temporibus, usque ad tempora Traiani. J. 82) In scholis Rhetorum se dicendo exercentium. J. 83) Elegantiae latini sermonis corruptae. J. 84) Proprietatis

rus, et ad sapientiae speciem subornatae senten-
35 tiae. 85) Eadem tempestate sub Nerone excussa pax, qua orbis Romanorum in quietem componebatur, et mox turbo 86) ubique, et in omnium animis bellum, a Gallia, 87) Germaniaque, 88) ad ultima Orientis 89) sensim infusum, 90) quid erat, nisi arcana uis, quod propemodum fatum appellem, ad certas, et destinatas, uices 91) cor-
36 da mortalium propellens? Quae secuta est aetas, iam quidem plurimum exciderat de antiqua uenustate 92) dicendi, et, quod milites omnia possent, 93) mores quoque ad feritatem 94) rece-

uerborum et perspicuitatis loco. J. 85) Quae sapientiam affectasse, non consecutae, uidentur. 86) Bellum instar uenti turbulenti exortum. B. 87) Vbi Julius Vindex contra Neronem arma coepit. Conf. Dio Cassius libr. LXII. B. 88) Vbi Virginius Rufus bellum mouit, detulitque imperium ad Galbam, et simul ex Germania Vitellius profectus est aduersus Ottonem. Conf. Tacitus Hist. libr. I. cap. LII. seq. B. 89) Ad bella Vespasiani, Titi, Traiani, in Oriente gesta potissimum respicit, de quibus Hist. Aug. Scriptores. B. 90) Vsque ad extremas Orientis plagas infusum. *Ad* notat hic terminum. Alias *infundere in* ueterum auctoritate dicitur. Vide paulo ante num. 47. 91) Vicissitudines, rerum studiorumque mutationes J. 92) Latini sermonis. J. 93) Quoniam summa potestas non penes senatum, sed milites, erat, et studia literarum fere penitus negligebantur. J. Notat uero tempora ab *Heluio Pertinace* usque ad *Tacitum*, quem Senatus, reddita a militibus potestate, nuncupauit Imperatorem. B. 94) Feri et inhumani facti

recedebant. Tamen humanitas 95) cum illis 37
malis 96) luctata est, donec externae gentes 97) in imperium 98) inuaserunt, et, quod luctuosissimum fuit, extincta scientia 99) uix sui memoriam reliquit. 100) Nati sub haec tempora ho- 38
mines, uelut ad barbariem facti, non illam quidem feram, 1) sed quae obtusa ingenia tristi nocte spissabat. 2) Ac tunc plerique maiorum, 3) 39
quorum scriptis uel praecepta uetustatis, 4) uel gesta, 5) inerant, omissis per incuriam libris, secunda, 6) et peiore, morte oppressi sunt. Ar- 40
tificio-

facti sunt sensim. J. Vt *recedere ad montes* dicitur exercitus, **indem er sich nach dem Gebürge zuziehet,** ita *mores ad feritatem recedunt*, **wenn die Leute nach und nach wieder verwildern.** 95) Elegantior eruditio, culta quippe illo tempore adhuc a *Sidonio Apollinari*, *Symmacho*, et paucis quibusdam aliis, qui plurimum quidem facundiae prae se ferebant, nec tam exactae tamen, qualis olim fuerat. B. 96) Calamitatibus publicis ac bellis. J. 97) *Gothi, Vandali, Longobardi, Rugii*, alii. B. 98) Romanum. J. 99) Humaniorum literarum. J. 100) Adeo deleta fuit, ut uix, ac ne uix quidem, nomen superfuerit. B. 1) Plane efferatam, immanem, ac saeuam, qualis Tartarorum est. B. 2) Quae hebetia hominum ingenia liberalium artium ignorantia obscurabat. B. J. 3) Antiquorum scriptorum. J. 4) Philosophorum, Rhetorumque praecepta, qualia Ciceronis sunt. B. J. 5) Historicorum ueterum libros notat, qui res gestas gentium literis consignarunt J. 6) *Secundam mortem* uocat auctor *classicorum scriptorum ex neglectu interitum.* Illorum enim auctores, etsi iam mortui, uiuebant tamen in scriptis suis. Sed, his ex incuria perditis, uelut iterum morie-

tificiorum quoque alia rudioribus praeceptis pro-
41 curata sunt, 7) alia in totum perierunt. 8) Nec multo poſt rurſus hominibus ſcientiae amor increuit, ſed, in illorum ſaeculorum infelicitatem damnati, non quam optare, tam inuenire, ſcientiam poterant, ſi ſcientiam appellamus antiquarum notitiam rerum, et acumen, non in ſcholarum modo argutiis, 9) ſed altius, ac nobilius, 10) ſpirans, denique eruditionem eiuſmodi, qualem
42 ueteres in ſui ſaeculi litteratis coluerant. Erat tamen ſcientiae quoddam genus, animis et temporibus illis aptum, Philoſophiam, reſque diuinas, 11) immenſo diſputandi ſtudio aut euoluere, 12) aut miſerius impedire, 13) tum in iure reſponſa prudentum, 14) imperatorumque reſcripta, 15) uel quae pontificibus 16) placuerunt, inſanis

moriebantur, quae mors priore peior erat. B. 7) Man hat noch ſchlechte Handgriffe in einigen Künſten gehabt. *Procurare artificia*, ſicut *procurare ſacra*, id eſt, *facere*, dicitur. 8) e. g Hydraulica organa, die alſo zugerichtet waren, daß das Waſſer ſie triebe, Waſſer-Orgeln, et alia plura, quorum recenſum inſtituit Guido Pancirollus peculiari libro de rebus deperditis. B. 9) Subtilitatibus ineptis. J. Quales ſunt λογομαχίαι, et uanae de rebus nihili, acerrimae tamen, Scholaſticorum, ac imaginariorum Criticorum, contentiones. 10) Quod ad uſus uitae, ac reipublicae ſpectet. 11) Theologiam Scholaſticorum notat, quae inde a ſaeculo XII. inualuit, auctore *Petro Lombardo*. B. 12) Explicare. B. 13) Difficiliorem intellectu reddere. J. 14) Juris-Conſultorum. J. 15) Quae ſingula extant in corpore iuris ciuilis. J. 16) E quorum placitis

inſanis et inconditis uoluminibus 17) ad aeternos discentium labores augere. Pluribus uero haec 43
ratio tunc ſcribendi, 18) ut, quodcunque argumentum ſibi ſumerent, priorum auctorum de eadem re uerba atque ſententias, tanquam ſua, lectoribus darent. Sic unius ſaepe error ceteris 44
lubricum 19) fuit, quo temere laberentur, uicisſimque de unius recta ſententia mutuam 20) ſapientiam multi ſumebant. Etiam quoscunque 45
titulos libris ſuis facerent, ad uniuerſa 21) digredi tunc decorum. 22) Quae illa tempeſtate hi- 46
ſtoriae a condito orbe non exorſae. 23) Quae pars

placitis collectum eſt *Jus Canonicum*, auſpicio *Eugenii III.* P. M. per *Gratianum*, Bononienſem Monachum, A. C. cIↄ cLI. J. 17) Nimium uaſtis, grandibus, et ineptis. Intelligit auctor hic libros, quos ſcripſit *Bartolus*, *Baldus*, *Jason*, alii. B. 18) Erat. J. 19) Ceteris errandi, uel labendi, occaſionem dedit. *Lubricum* enim eſt, ubi quis facile cadit. *Cadere* autem pro *errare* paſſim uſurpatur per Metaphoram. B. 20) Sie borgten es gleichſam einander ab. B. 21) Ad integram diſciplinam, ita, ut, ſi quis de argumento ſingulari commentari uellet aliqua, ad generalia tamen in ipſa tractatione digrederetur, et de multis rebus diſſereret, quae ad argumentum propoſitum plane non pertinebant. Sic legimus, Thomam Haſelbachium, Profeſſorem olim Viennenſem, praelegiſſe per XXI. annorum ſpatium primum caput Prophetae Jeſaiae, nec id abſoluiſſe tamen, quoniam occaſione huius, uel illius, uocis integras Diſciplinas, prorſus extra ſcopum et propoſitum, traderet. J. 22) Putabatur J. 23) Quae tum ſcribebantur hiſtoriae, inde ab exordio

pars rerum humanarum 24) a rudibus ingeniis, quotiescunque scriberent, uelut in chaos 25) non
47 coacta? Ac, ut scias, illos homines non defuisse naturae, sed illam tunc angustam, et propemodum aegram, 26) certe non parcebant laboribus, 27) nec deerant in illis indicia sincerae prudentiae, 28) ubi eas scientiarum partes obibant, 29) quas tunc solas illi saeculo fortuna in-
48 dulserat. Hoc erat, in Philosophis quaedam arguta disputandi ratio, in Iurisperitis autem, quid legibus caueretur, 30) potius nosse, quam formularum uim, 31) caussasque factionum, 32) aut
49 aetates, 33) distinguere. Isto 34) denique saeculo haec ex hominum animis caligo 35) euanuit, iam ad omnis generis astum lucemque compositis.

ordio mundi, prorsus inepte interdum, incipiebantur. J. 24) Rerum inter homines gestarum. J. 25) Confuse, ac sine iusto ordine, compilata fuit? J. 26) Homines quidem pro uirili fecisse, et naturae uiribus usos esse, naturam autem tum, uelut debilem, uegeta non dedisse hominibus ingenia. J. 27) Sie waren fleißig genung. B. 28) Incorrupti iudicii argumenta. B. 29) Tractabant. J. 30) Constitueretur, ordinaretur. J. 31) Veram significationem et impressionem dictionum, den rechten Verſtand und Nachdruck der Redens-Arten, ingleichen die rechte Proceß-mäßige Einrichtung ihrer gerichtlichen Concepte. J. 32) Diuersarum inter Iureconsultos sententiarum. 33) Tempora et occasiones, quibus hae factiones sunt exortae. 34) Hoc nostro uidelicet, quo auctor librum scripsit. 35) Imperitia, ignorantia, quae, instar caliginis, obfuscat animum. *Lux* contra ponitur pro *scientia* uel

tis. Nec tantae mutationis indicium in litteris 50
tantum et scholis existit. Regnorum et rerum-
publicarum momenta 36) multo callidius procu-
rata, bella ingeniosius 37) aut illata, aut repulsa,
et in multorum artificiorum culturam tanta feli-
citas, 38) ut, quicquid inuenustum ac rude est, id
uel dignum esse, uel, natum incultis maiorum
moribus, 39) cum fastu iactemus. Nec aliunde 51
tanta mutatio, 40) quam ueluti ab istius aetatis
indole, 41) cuius praestantia, ubi post definita
tempora 42) expirarit, tradet orbem alteri, ac,
quod timeri potest, rudiori genio, 43) fortasse et
ipsa post aliquot deinde annorum spatium 44)
reditura. Ita saeculorum, aetatumque, discri- 52
mina non melius ex siderum motu, quam ex hu-
mani generis in uaria ingenia ac studia deflexio-
ne, 45) distinxeris. Sed alius praeterea impetus 53
animos rapere solet, certisque affectibus addice-
re, 46) ille nimirum spiritus, qui, singulis regio-
nibus

---

uel *intelligentia.* 36) Augmenta, incrementa, potentia. J. 37) Maiori et arte, et dolo. J. 38) Illata fuit. J. 39) Von demſelben ſaget man ietzo, wenn es vor Alters alſo wäre gemachet worden, hätte es wohl mögen für etwas ſonderliches gehalten werden, ietzt aber gelte es nicht mehr. B. 40) Orta est. J. 41) Quam saeculi Genium antea dixit J. 42) Postquam abierint anni a Deo destinati. J. 43) Indoli hominum stupidiori, ita quidem, ut homines ad ueterem ignorantiam et ruditatem recidant. J. 44) Rudi rursus saeculo elapso. J. 45) Id est, quod *Genium saeculi* antea dixit. 46) Verbum praetorium, quod h. l. idem est, ac *tradere in seruitutem,* aut

nibus proprius, nascentibus hominibus patriae habitum, 47) et cupiditates, statim ingenerat.
54 Nam, ut iidem cibi, pro condientium arte, 48) saporem quidem mutant, ceterum interna uis alendi, aut nocendi, nullis blandimentis 49) in totum corrumpitur, ita in omni gente per aestus 50) succedentium seculorum, mores, animosque, mutantium, haeret quaedam uis inconcussa, 51) quam hominibus pro conditione terrarum, in quibus
55 nasci contigerit, sua fata diuiserunt. Hinc illa ab antiquo uitia, et patriae sorte 52) durantia, quae totas in historiis gentes aut commendant, aut notant, 53) ut istic naturalis leuitas populos agat, turbidisque 54) incerta consiliis, illic pingues, grauesque, animi tristi superbia, tanquam specie arcanae sapientiae, ferociant, 55) illi sitim non tolerent, 56) alii in mutationem, nec prouisa con-

aut *captiuitatem*. B. 47) *Habitus* dicuntur et uitia, et uirtutes. Quaelibet uero gens, uel certis uitiis, uel uirtutibus, apta est et addicta prae aliis gentibus. e. g. Gallorum propria est leuitas, Afrorum astutia. B. 48) Nachdem ſie der Koch abgewürzet hat. B. 49) Condimentis suauioribus. J. 50) Per uices, quales sunt in aquarum aestu, et aestuariis. 51) Immutabilis. Nam naturam plane emendare uelle uere difficile est, secundum illud Horatii: *Naturam expellas furca, tamen usque recurret.* B. 52) Peculiari uelut quodam fato, et natura regionis, in qua quis nascitur. J. 53) Commendant a uirtutibus, notant a uitiis. J. 54) Mobilibus, turbulentis, seditiosis. Notare uidetur Gallos. B. 55) Hispanos natura tardos et cunctabundos, plurimumque sibi tribuentes, notat. B. 56) Germa-
nos

consilia, temporariis ingeniis 57) incumbant, apud ceteros placari non possit ultionis ingenium. 58) Rursus 59) uirtutum aeternitas, uelut haereditatis iure, sancita, 60) in quibusdam simplex fides, in aliis acumen animorum, in pluribus fortitudo. Et, quoniam nihil utilius, quam 56
ex genio 61) uariarum gentium sic animum instruere, ut diuersus sit cum diuersis, 62) cognoscatque, quid a quaque expectandum, aut timendum, operae pretium erit, aliquot populorum praecipuos mores in conspectum ita dare, ut ex communi multorum hominum indole priuatam in singulis deprehendas. 63) Nec inuenietur, 57
opinor, tam superstitiosus amator sui ortus, 64) cui graue sit in recensione patriae suae etiam uitia nominari. Si enim neminem natura morta- 58
lium tam conditis 65) moribus finxit, in quo non aliquid

nos carpit. B. 57) Die Wetterwendiſch ſind, den Mantel nach den Wind hängen, sese accommodant temporum conditioni, et nunc hanc, nunc illam, partem sequuntur, prout fortuna cuique adspirat. Sic Graecorum *ingenia temporaria* dixit Curtius libr. IV. cap. V. et *Amyntam* ait, *ex mutatione temporum pependisse*, libr. IV. cap. I. Videtur autem Polonos, et Hungaros, notare uelle. B. 58) Qualia creduntur ingenia Italorum esse. B. 59) E contrario, contra ea. J. 60) Propria uelut, ac aeterna. B. 61) Ingenio ac moribus. J. 62) Vt diuerso modo agere possit cum diuersis populis. 63) Daß man, nachdem man gantzer Völcker Gemüths-Art erkennen gelernet, auch wiſſe mit ieden beſonders gefällig umzugehen. J. 64) Suae patriae. B. 65) Tam bene com-

aliquid desideres, 66) uelut ultimam artificis manum, cuius supercilii 67) esset, totas prouincias publico fato 68) uelle eripere, et indignari, se, ubi peccatur, id est, inter homines, natum
59 esse? Facessat in omnibus suae gentis praeceps 69) fauor, simulque ceterarum 70) auersatrix inuidia. Et nostra uitia fideliter agnosca-
60 mus, et uirtutes in aliis nos delectent. Igitur, sequestro 71) animo iniecturi contemplationem in indolem populorum, primum 72) orbem, uelut e specula, despiciamus, 73) et quales siue incolas, siue dominos, hac tempestate sortitus sit. Asiae, Africaeque, sub barbaris imperiis casus, 74) et Graecorum, Thracumque, calamitas, praecipua humanitatis commercia 75) in ultimam Europam coëgit, ut, tot cladibus a barbaris domiti, et, ueluti feliciori parte execti, 76) nostras uires posse-

compositis, ordinatis. B. 66) In quo non desit aliquid ad perfectionem. B. 67) Quam superbus et fastuosus foret ille, qui uellet totas prouincias, uniuersam aliquam nationem, uitio omni liberam pronunciare? B. J. 68) Communi omnium hominum conditioni. B. 69) Inconsideratus, nimius. B. 70) Gentium. Procul absit inuidia, quae solet reliquas gentes nihili pendere, et auersari. J. 71) Extra omnes partes posito, nulli parti addicto. *Sequester* enim est, qui medius inter litigantes ita ponitur, ut neutri plus tribuat aequo ac iusto. B. 72) Initio, erſtlich, anfänglich. J. 73) Quasi ex alto intueamur. J. 74) Verfall, miseria. J. 75) Mansuetiorem, cultiorem, elegantiorem, uiuendi rationem. J. 76) Asia, quae felicior

possemus recognoscere, aut timere alienas. 77) Nos uero, ad malorum omnium sensus 78) pesti- 61
fero sopore 79) torpentes, nec diuinam uim horruimus, ac ne in barbararum quidem gentium minas tot prouinciarum, quae restabant, ualiturum 80) citauimus robur. 81) Etiam omni di- 62
scordiarum genere 82) lacerauimus nostras opes, indigno prorsus facinore, ut, quod uno corpore uix sat erat, 83) bellis, odiisque, in diuersa discederet. 84) Tandem siue expirantibus tot 63
motuum flammis, siue per malam requiem 85) peiora concipientibus, 86) posita paene ubique arma

licior pars orbis, est a Turcis erepta nobis. B. J. 77) Turcarum et barbarorum. B. 78) Bey ſchmertzlicher Empfindung alles ſolchen Unglückes. B. 79) Valde noxia ignauia. B. 80) *Valiturum in minas* idem, ac *aduersus minas*. Sic *ualida* Augusto *in Rempublicam fortuna* fuisse dicitur Tacito Annal. libr. III. cap. XXIV. Cicero pro L. Muraena: *Iudicium accusatoris in reum ualet.* Alias *contra*, *aduersus*. 81) Der Kern derer noch übrigen Länder, der noch wohl hätte vermögend ſeyn können, den Türcken das Schnauben und Drohen zu verbieten. Sic *robur Italiae, Batauorum legionum, peditum, equitum*, passim apud Tacitum. Videtur auctor ad abruptum bellum, quod Godofredus Bullionius Saracenis intulit, quum occuparet Hierosolyma, saeculo post natum Christum XI. uergente, respicere. B. 82) Per uaria bella ciuilia et externa. B. 83) Quod coniunctis uiribus uix par erat potentiae barbarorum. J. 84) In uarias partes minutas diuisum fieret imbecillius. B. 85) Per pacem malefidam, inducias fallaces. J. 86) Grauiora bella parientibus, da man nur Friede machet, daß man auf einen grőſſern

arma miscent hodie 87) mutuis consortiis po-
pulos, qui, ut ingeniis, linguisque, diuersi, ita
64 nec una arte possunt esse tractabiles. Hi sunt 88)
Galli, Britannique, Itali, et Hispani, et quos iam
immensa Germania suo nomine occupauit, Pan-
nonum quoque reliquiae, et quod de Illyrico, et
Dalmatia 89) nobis superest, tum illi 90) Sar-
matae, atque Scythae, quos Polonos, Moscos-
que, appellamus, Cimbri 91) etiam, et quicquid
sub Danico, aut Suecico, sceptro componitur. 92)
Nec adeo, proh dolor! a Turcis recessimus, ut
pigeat mores illorum, uiuendique consuetudi-
65 nem, cognoscere. In istorum populorum mo-
ribus licet utilissima contemplatione uersari, et
naturae diuitias numerare, quae tot habitus, 93)
mentiumque uariarum impetus, 94) una mem-
66 brorum similitudine obtexit. Ceteras uero pla-
gas 95) eadem diligentia scrutari minus fuerit ad
consortii usum, quam ad curiosam uoluptatem.
67 Nam Africam qui hodie, praeter mercatores,
adeunt, in ipsis littoribus, aut, si forte nonnihil
ulterius

gröſſern Krieg ſich anſchicken könne. B. 87) Ea aetate, qua scripsit auctor, qua in Belgio adhuc feruebat bellum, in Gallia uero, Hungaria, et aliis regionibus, pax erat. B. 88) Quorum scilicet ingenia et mores nosse, nobis maxime prodest, quia cum illis habemus consortium. B. 89) Prouinciis quippe Hungariae confinibus. J. 90) Europaei uidelicet. Scythae enim Asiatici Persae sunt. B. 91) Holsati. J. 92) Regitur, pacatur, in ordinem redigitur. J. 93) Mores. J. 94) Affectus. J. 95) Partes mundi praeter Europam. J. 96) Re-

ulterius a fluminum ostiis in regionem inuehun-
tur, cum incolis subita, nec ad amicitiam ualida,
pacta iungentes. Persas autem a nobis non su- 68
perstitionis 96) magis impietas, quam ingens ter-
rarum coelique diuortium 97) discreuit. India 69
pari modo a mercatoribus tantum, nautisque, lu-
strata, si Lusitanos 98) excipias, ibi pertinacius
inhaerentes. Chinenses autem cum exteris con- 70
sortium ultro refugiunt. Nec ullus ex homini- 71
bus nostris curat cum Tartarorum foeda, 99) et
ut plurimum misera, 200) gente misceri. Ame- 72
ricam, qua cultum animorum passa est, 1) Hi-
spani sic tenent, ne ullis extra hos unos, impune
liceat

96) Religionis superstitiosae, ex Judaismo et Muhammedismo conflatae. B. 97) Sic Tacitus Annal. libr. XII. cap. LXIII. *Byzantium*, ait, *positum arctissimo inter Europam Asiamque diuortio*, i. e. ad Bosphorum Thracium. Cicero ad Att. libr. V. Epist. XX. *Amanus Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit*. Et Epist. X. libr. II. Famil. *Mons diuisus aquarum diuortiis*. 98) Portugalli inde ab A. C. cIↃ cccc xcvii, auspicio regis *Immanuelis*, duce *Vascone de Gama*, sibi uiam in Indiam aperuerunt, et Goam cIↃ IↃ viii. duce *Alphonso Albuquerquio*, uicinaque loca, *Dio*, *Bassia*, *Damaon*, *Caul*, omnemque illam oram maritimam, occuparunt, ac tenuerunt, donec, Britannorum, Batauorumque, inuidia et obtrectationibus oppressi, amisêre, praeter Goam, omnia. 99) Illuuie corporis, ac uictu, cruda quippe carne, et equino sanguine, uictitare, quod aiunt, solita. B. 200) Paupere et inculta. B. 1) Quae Christiana sacra et literas ex Hispanorum com-


mercio

liceat commeare. 2) Ita solis et licet, et est commodum, illarum gentium indolem pernoscere.
73 Qua uero in eadem parte terrarum nuda barbaries, et generi humano pudenda, efferauit animos incolarum, nullis legibus, nulla industria, 3) temperatos, diligenter annotarunt, 4) quos illuc opum spes a regionibus nostris trahit, 5) inconditi populi 6) ingenium nostros cultus non capere, ad se aduectos plerumque, tanquam insidiatores libertatis, pro hostibus ducere, nec deesse tam rudibus animis in flagitia calliditatem, crudelitatem atque perfidiam his non raro pru-
74 dentiae et fortitudinis loco esse. Horum ulterius 7) mores tradi quid iuuet, qui fero impetu naturam 8) uidentur exuisse, praesertim cum suis littoribus terrisque contenti sint, neque ad se commeantes, nisi subacti, aut in solum subitae 9)
75 mercaturae usum excipiant. Sed ut a gentibus abeamus, uel ignotis, uel nimio terrarum, mariumque, discrimine a nostra familiaritate subductis, de nostri orbis 10) incolis genioque, quae-

mercio suscepit. 2) Proficisci, nauigare in Americam. J. 3) Nullis artibus. J. 4) In suis Itinerariis, seu commentariis itinerum. J. 5) Mercatores. J. 6) Nullis legibus, nullis artibus, constituti, rudis, barbari. B. 7) Ampliori sermone, pluribus uerbis, fusius. J. 8) Omnem humanitatem. B. 9) Non perpetuae, sed quasi in praeternauigatione exercitae. J. 10) Europae. B. 11) Bene

quaerentibus ne superuacua quidem disceptatio erit de regionum cultu, de conditione terrarum, coeloque propitio, 11) uel alterutra intemperie 12) graui.

CAPVT

11) Bene temperato aëre. B. 12) De nimio aestu, et nimio frigore, quae hinc illinc regioni noxia sunt, aut grauia.

## CAPVT III.

### *Galliae dotes et ingenium incolarum.*

1 GAllia paene prouinciarum in Europa amplissima, si eam intra ueteres terminos 1) aestimes, Romanorum quondam terror, 2) Graeciae, Asiaeque, uictoriis clara, 3) iam in uaria
2 imperia, moresque, distincta est. Quicquid Rheno, Oceano, 4) Pyrenaeis, 5) Alpibusque, 6)
3 clauditur, Gallia erat. Ab alio deinde Alpium latere 7) ad Rubiconem 8) pertinebat, Roma-
4 norum ceruicibus grauis. 9) Quippe fortissimi homi-

1) Quum et magnam partem Italiae, *Galliam Cis-Alpinam*, et omnem tractum terrarum, Rheno amne, Alpibus, Varo flumine, Pyrenaeis montibus, Mari Interno, Oceano Gallico, et Britannico, terminatam, et *Trans-Alpinam Galliam* dictam, complecteretur. 2) Quum ipsam Romam occuparent Galli. Conf. Liuius libr. V. cap. XXXIII. seq. B. 3) Quum, duce Brenno, in Asiam contenderent, ibique regnum, Gallo-Graeciam, seu Galatiam, conderent. Conf. Justinus libr. XXIV. cap. IV. seqq. B. 4) Atlantico et Mediterraneo. B. 5) Montibus, qui Galliam ab Italia separant. J. 6) Qui Galliam ab Heluetia partim, partim ab Italia, disterminant. J. 7) Ab illo, quod Italiam spectat, in qua est *Gallia Cis-Alpina*, seu *Italica*, quae et *Togata* dicta est, ut a *Trans-Alpina*, *Braccata* partim, partim *Comata*, distingueretur. Confer. Cellarii Geogr. Antiqu. B. J. 8) Italiae fluuium paruum, qui Galliam Cis-Alpinam a uera Italia disiungit. Confer. Lucanus libr. I. v. 213. seqq. 9) Propter uiciniam. J.

10) De

hominum Galli, cum in Italiam penetrassent, capta, incensaque, Roma, 10) tantum terroris attulêre, ut deinde caueretur, 11) ne, quoties Galli tumultum 12) intulissent, sacerdotibus senibusque ab armis uacatio esset. 13) Et domita 5
quidem a Romanis uicissim Gallia est, 14) sed per partes, 15) et inter se domestica aemulatione commissa. 16) Neque integra aut agnouit suas uires, aut in 17) Italiam experta est. Posthaec 6
Franci 18) e media prorupêre Germania, et uidebantur ad secundam seruitutem 19) Gallias uocaturi. Sed mox uictores miscuêre se uictae genti

10) De qua expugnatione urbis Romae conf. Liuius libr. V. cap. XXXIX. seqq. Florus libr. I. cap. XIII. 11) Lex promulgaretur. B. 12) *Tumultus* est bellum subitum, plus trepidationis fere, quam periculi ac cladis, habens, ortum uel in ipsis ciuitatis uisceribus, uel in uicinia. 13) Sacerdotes enim uenia muneris, senes aetatis uenia, immunitatem ab armis habebant. B. 14) Per Julium Caesarem. B. 15) Non tota, sed eius aliquot partes. J. 16) Praua aemulatio erat ac dissensio inter Gallorum ciuitates, de qua Caesar libr. I. de B. G. 17) Contra. J. 18) Franci Germaniae populus, olim late diffusus, cuius pars saeculo post Christum natum quinto, dum alias sibi sedes quaerit, pulsis a Rheno, et ex prouinciis prope illum sitis, Romanis, tandem in Galliam usque penetrauit, effecitque, ut *Francia Occidentalis* appellaretur, quae olim Gallia dicta fuerat. Quam autem habitarant ipsi partem Germaniae, ea posthac *Francia Orientalis* et *Franconia* dici coepit. J. 19) Primam seruitutem Romani Gallis imposuerant. J.

genti, 20) ne tam Gallias, quam Romanos 21)
7 in Galliis, uicisse uiderentur. Iam uero, diuisis in 22) plerosque principes terris, paene in tantum Galliarum nomen obtinet, 23) quod in iis occupant Franci, gens uirtutibus, factisque, eximia, et quae meruit, ut communis fabulae 24) uanitatem ad suae stirpis praeconium scriptores usurpent, dicanturque Troianorum reliquiae esse.
8 Haec igitur omnium regionum, quae ad Occidentem recesserunt, felicissima soli bonitate 25)
9 cum genio et indole incolarum certauit. Ager uini et frumenti passim ferax, olea quoque insignis, et omnibus pomis, quae crudum 26) aërem non ferunt, qua ad Alpes, et Ligusticum mare, 27) porrigitur, aut uiciniore Occidente in-
10 tepuit. 28) Nec ulla prouincia in orbe terrarum pro suis finibus tot incolis diuitias indulsit, adeo omnis generis opibus clara, ut exterorum mercatorum commercia paene ad solam uolupta-
11 tem 29) exceperit. Nam et luxus Transalpino serico 30) pretium fecit, et artificia Germanica opu-

20) Franci Gallis. J. 21) Qui tum tenebant Galliam. J. 22) Inter. J. 23) Eo usque Galliae nomen habet, quousque Franci habitant. J. 24) Fabula est, quosdam Troianos, patria sua a Graecis capta, et incensa, uenisse, duce Francione, ad paludem Moeotidem, et deinde in Galliam se contulisse. Conf. Isaacus Pontanus in Orig. Gall. 25) Quam praedicat Thomas Lansius in Orat. pro Gall. B. 26) Durum, frigidum. J. 27) Italiam uersus. J. 28) Aura tepidiore utitur. B. 29) Non ad necessitatem. J. 30) Der Seyde, die aus Italien gebracht

opulentum populum ad peregrinas delicias ad-
uerterunt. 31) Britannicae tamen merces, si 12
non necessariis, utilitatis 32) certe plenissimis,
nauigiis subuehuntur, quae plumbo, atque stan-
no, uberi etiam croco, tam quotidianis usibus,
quam altiori elegantiae, 33) ministrant. 34) At 13
Gallia praeter messes, 35) quibus solitudinem
Hispaniae leuat, 36) uina etiam in frigidiorem
uiciniam 37) dispensata, multa carbaso et canna-
bi diues, 38) necessaria plerisque gentibus uela,
rudentesque, et cetera ex funibus in classium ar-
mamentis 39) idonea, subministrat. His, et aliis, 14
dotibus aurum, quod in uenis 40) suis uix ha-
bet, largissimo prouentu excipit, 41) ut, qui illud
anxia et crudeli 42) diligentia effodiunt, qui ab
extremo

bracht wird. J. 31) Cum admiratione nimirum ac delectatione. Sic Plinius libr. I. Ep. X. *Multa in Europa sic eminent et elucent, ut mediocriter quoque doctos aduertant.* B. 32) Lucri, quod inde captant nauigatores. J. 33) Cultui ornatuique corporis exquisitiori. B. 34) Seruiunt, conducunt, utiles sunt. J. Sic Tacitus Histor. libr. I. cap. XLVIII. *Vinio fictilibus ministrari iussit,* ut h. l. *plumbo, stanno, croco, ministrare usibus quotidianis* etc. 35) Copiam frumenti uarii. B. 36) Inopiam, pauperiem Hispaniae, ut quae uasta magnam partem, ac sterilis est, subleuat. B. 37) In uicinas regiones, in quibus ob aërem nimis frigidum uinum non crescit. J. 38) Bauet viel Hanff und Flachs zu Seegel-Tüchern, Schiff- und Ancker-Seulen. J. 39) Ad armandas ornandasque naues. J. 40) Metallicis, in ſeinen Berg-wercken. J. 41) Pro suis mercibus accipit ab aliis ingenti cum lucro. J. 42) Crudelem uocat auctor in-

extremo deuehunt sole, 43) plerumque uidean-
15 tur Gallicae felicitati famulari. 44) Tam diffu-
sa regione, tot prouinciarum uario nexu compo-
sita, uix sterilis, aut inculti soli glebam indulgen-
16 tia naturae omisit. 45) Nam et uasta aliquot
in Aquitania 46) loca ne incolis quidem sunt
uacua, uel ingrata, pinetis 47) frequentibus, et
succo, fructibusque, pretiosis, auibus quoque ca-
teruatim provolantibus, quae in deliciis ſolent ha-
beri, 48) ut aëri illa plaga tantum debeat, quan-
tum de iusto telluris officio arena subduxit. 49)
17 Gallia ad utrumque mare 50) pertingens, Oceano
51) alluitur, et pelago, 52) quod ab Hispaniae,
Africaeque, faucibus 53) positas ad Aegyptum ter-
ras interfluit. Ita commodus nauticae rei situs,
et

industriam eorum, qui effodiunt aurum, quoniam iste labor maximas habet molestias, et periculi multum. B. 43) Ex India Occidentali, aus Weſt-Indien, oder America. B. 44) Inseruire, dum illi aurum suum exhibent pro mercibus, quae in Gallia aut crescunt feliciter, aut parantur artificiose. J. 45) Benignitas naturae, solique, uix ullam glebam sterilem usquam, incultam, aut infructuosam, reliquit. J. 46) Guienne. J. 47) Genere amygdalorum, quod fructum, Pinien, seu Bühngen, appellatum, et bellariis annumeratum, fert. B. 48) Perdicibus quippe, attagenibus, aliis. J. 49) Telluris officium est, fruges et gramina proferre. Hanc uim solo arenoso in Aquitaniae quibusdam locis natura subtraxit. Sed reddidit aëris benignitas, quod telluris sterilitas subtraxit. B. J. 50) Atlanticum et Mediterraneum. B. 51) Atlantico. J. 52) Mediterraneo mari. J. 53) Die Meer-Enge,
ſo

et qui classes per omnis nominis maria, littoraque, possit emittere, si Galli quam equis, tam nauali industriae, 54) assuescerent, spesque, ut subitas, ita longas, ferre possent. 55) Toti populo in- 18
gens amor, et patientia dominantis. 56) Apud illos uere 57) regnatur, nefasque, quantum regi 19
liceat, dubitare. 58) Gens armis strenua, sed equestri certamine melior, ignara perfidiae, 59) publico praesertim consilio, 60) indomitae intra se molis, 61) et, ubi in exteros exundat, statim impetus sui oblita. 62) Eo modo nec diu ex- 20
ternum

ſo zwiſchen Spanien und Africa iſt, quae a nautis solet appellari die Straße, ab Hispanis autem *Estreccho di Gibraltar.* J. 54) Si tantum industriae uellent in re nautica ponere, quantum in equitationibus ponunt. J. 55) Si malint longo labore spes suas exequi, quam subito speratis frui. J. 56) Patientissime ferunt regnum et imperium. J. 57) *Souuerainement*, ita, ut experientia disci possit, quantum inter regnum et libertatem intersit. J. 58) Crimen laesae maiestatis propemodum committitur, si quis uelit de iuribus regis disputare. B. 59) Haec laus fortasse illis temporibus conuenit, quibus *Barclaius* scripsit. Ceterum prope iam toto orbe extant monimenta perfidiae Gallicae. J. 60) Praesertim si consilio publico fides detur. B. Quam parum tamen fidei habeat Gallorum fides publice data, ea, quae post Nouiomagensem, Rysuicensem, alias pacis transactiones, praeter datam fidem gesta sunt, satis declarant. J. 61) In ciuilibus bellis, quum contra Gallos Galli pugnant, mutua aemulatione ita incenduntur, ut neutra uinci pars ab altera, neutra domari possit. B. 62) Quum

ternum imperium tenuit, et sola est in exitium
21 sui potens. 63) Longobardiam, 64) Neapolim, Siciliam, 65) et plerasque alias per orbem terrarum

pugnant Galli cum exteris, primo quidem impetu feroces sunt, mox tamen de impetu et ardore incipiunt remittere. J. 63) Per bella ciuilia. J. 64) Quae *Insubria* olim, nostro aeuo fere *Ducatus Mediolanensis*, dicta est. Hanc Longobardis ereptam *Carolus M.* in prouinciae formam redegit, *Wenceslaus* Imperator Ducatus titulo ornauit A. C. cIↄ cccxcvi. *Joannes Galeatius*, primus dux, *Valentinae* filiae posteris ea lege legauit, ut, si fratres eius, *Joannes* et *Philippus*, improles decederent, ex *Ludouico* Aurelianensi et *Valentina* geniti succederent. At quum extincta mascula *Galeatiorum* sobole A. C cIↄ ccccxlvii. *Carolus* Andegauensis, *Ludouici* ex *Valentina* filius, frustra praereptam sibi a *Francisco Sfortia* A. C. cIↄ ccccl. Longobardiam diu questus esset, armis et ui repeti coepit a *Ludouico XI. Francisco I. Ludouico XII.* ac denique a *Ludouico XIIII.* sed diu possessa nunquam est. Conf. Thuanus Hist. Gall. libr. I. Franciscus Guicciardinus de Iure Gall. Reg. in Mediol. Ducat. B. 65) Neapolis et Sicilia Imperatoribus erepta a Saracenis, occupata a Normannis, extincta horum stirpe mascula, A.C. cIↄ clxxxxiiii. rediit ad Imperatores *Henricum VI.* qui duxerat in matrimonium Constantiam, Rogerii, regis Siculi, filiam. Sed erepta sueuis Ducibus, dataque *Carolo* Andegauensi est A. C. cIↄ cclxvi. qui militum uitio A. C. cIↄ cclxxxii. amisit Siciliam, a *Petro*, Arragonensium rege, occupatam. Carolus VIII. rex Galliae, Neapolin cIↄ ccccxcv. recepit, sed paulo post eandem amisit. Conf. Thuanus libr. I. Hist. Joannes Mariana Rer. Hisp. libr. XXVI. cap. VI. B.

66) Sa-

rum prouincias, 66) frequentibus uictoriis sub-
egêre. Sed mox hoſtes male domitos 67) fi- 22
dentius, 68) quam par erat, contemnere, 69)
aut simulantibus obsequium credere inconsulta
laxaque bonitate. 70. Tum licenter uti uictoria, 23
et praeter illarum gentium indolem lasciuire. 71.
Ad extremum obliuisci armorum, aut ad patriam 24
suam respicere, 72) cuius diu absentiam ferre
non possunt. Per haec uitia cessêre in praedam 25
his ipsis, de quibus triumphabant, laeta semper
bellorum initia atroci exitu corrumpentes. 73)
Nullis mortalibus indoles ad speciem uirilis ele- 26
gantiae magis facta. 74) Oris intrepidi habi-
tus, 75) motusque, atque gestus, qui totum corpus
decent. Et hic decor uirtutem ingentium uirorum
adornat, exiguis autem animis 76) pro fuco est,
ac ueluti naturali munimento, quo suam humili-
tatem abscondant, aut mitigent. Sic uenuste 27
com-

66) Sabaudiam, Belgium, Cataloniam, Liguriam, ceteras. 67) Nondum plane. J. 68) Maiori cum fiducia et securitate animi. J. 69) Coeperunt J. 70) Sie lieſſen ihnen den Zügel gar zu lang, und waren ihnen zu fromm. B. 71) Cum uxoribus et uirginibus deuictorum populorum uoluptates Venereas exercere, quod in Sicilia maxime factum. J. 72) Desiderio patriae repetendae inflammati, quod ferre non poterant. J. 73) So gut es ſich anfänglich anläſſet, ſo ſchlimm läuffet es endlich ab mit ihren Kriegen. J. 74) Nulla gens uidetur esse aptior a natura ad omnem elegantiam, quae uiros decet. J. 75) Sie ſind nicht blöde, noch Leuteſcheu. B. 76) Humilibus, abiectis, nulla uirtute instructis. B.
77) Sin-

compositi, qualemcunque uestitum de suae mutationis infinita serie, 77) tanquam de inexhausto penu, depromserint, quocunquesalutationis artificio 78) corpus inflectant, putes nihil magis illa
28 institutione conuenire. 79) Vicinae autem gentes, ridiculo errore deceptae, ad illorum quoque mores per earundem uestium, ac motuum, uariam imitationem se putant accedere, ignarae, 80) leporis, & gratiae virtute in nonnullis hominibus uno genio cuncta placere, in aliis autem, in quibus natura ad hos mutabiles habitus 81) propitia non eſt, 82) eiusdem uenustatis imitationem et curam
29 ingratam, ac ludicram, esse. 83) Nam uirtutes et uitia, et quicunque alii motus, 84) ipsis animi recessibus inhaerent, possunt a nobis non multum operosa simulatione effingi, 85) quia adeo ingentibus latebris reconduntur nostri sensus, ut uix ullus deprehendat, ueris, an extemporaneis, 86) affectibus deducamur. Sic facile humilitatem simulabis,

77) Singulis enim fere mensibus habitum uestium mutant. B. 78) Compliment, Reuerence. J. 79) Nihil uidetur affectatum, omnia sponte fluere, et uestitui, tempori, personae, conuenire. J. 80) In quibusdam gentibus omnino placere, quicquid faciunt, quia naturale est, et ideo se commendat elegantia gratiaque singulari. Quod longe secus fit, quum est affectatum. J. 81) Mutabilem corporis uestiumque rationem. J. 82) Wo das Naturel darzu nicht iſt. J. 83) Man mag ſich gleich noch ſo viel Mühe geben, es nachzuthun, kömmt es doch abgeſchmackt und lächerlich heraus. J. 84) Affectus. J. 85) Facile simulari ac dissimulari. J. 86) Pro tem-

mulabis, sic odium, amorem, pietatem. At uero 30
quae non magis imperio animi, quam usu, et
externo corporis obsequio, perficiuntur, eorum
imaginem 87) in te transferre, reluctante natura,
88) non poteris, ut est aptitudo corporis promto,
habilique, decore idonea, 89) ut hilaris iocandi
facilitas, et omnino eloquentia, non in praecor-
diis, sed summo ore, nata. 90) Haec autem 31
cum in Gallica consuetudine emineant, aegerri-
me te ad illius similitudinem transferes, nisi se tuus
genius huic indoli sponte admouerit. 91) Cete- 32
rum nunquam orbis dignas gratias hospitali Gal-
liae 92) habebit, quae humanitatis templum ui-
detur aperire, quo se omnium externorum fortu-
na coniiciat. 93) Animum in hominibus, non
patriam, aestimat. Neque, communi ceterarum
regionum errore, in inquilinis ac aduenis nascen-
di sortem punit. 94) Ita candido simplicique 33
amore

tempore assumtis ac fictis. B. 87) Accuratam repraesentationem. J. 88) Quum membra non satis agilia et idonea sunt. B. 89 Ad omnes motus et gestus. J. 90) Quae non ex animo prouenit, sed in ipsis uelut labiis nascitur, da man nicht lange darauf dencket, ſondern es gleichſam aus dem Ermel ſchüttelt, da die Worte gleichſam auf der Zunge jung werden. Extemporalis orationis descriptio. J. 91) Tua natura, wenn du kein natürlich Geſchicke darzu haſt. J. 92) Humanitati Gallorum, qui usque adeo libenter recipiunt peregrinos. J. 93) Dahin alle Ausländer, ſie ſeynd welch Standes ſie wollen, ſich wenden können. J. 94) Sors punitur, quando aliquis remouetur et expellitur a consortio

amore uirtutis 95) eximios uiros, qui undequaque 96) prodierint, sine inuidia miratur, et sua opulentia gaudet augeri, 97) et tantae humanitatis praemium habet publicam primum laudem, tum etiam tot hospitum fortunam ac famam, qui Gallico corpori 98) non indigna, aut inutili,
34 adoptione inserti sunt. 99) Neque illîc hospitibus dediscendi sunt patriae suae mores, aut ad Gallicam similitudinem flectendi, dum superbia
35 absit, aut inculta barbaries. Quippe ipsa ueluti professione exteri moris solicitabis curiosae gentis studia, 100) simplicius peregrina, quam sua, aestimantis, 1) etiam quaedam uitae, aut corporis, uitia, si modo aliunde aduehantur, trahentis
36 in laudem. Nam et peregrini hominis eloquentiam

tio communi. Nonnullae enim gentes omnes peregrinos a dignitatibus arcent et magistratibus, imo ne mercimonia quidem sinunt exercere. B. 95) Bloß aus aufrichtiger Liebe zur Tugend, und Hochachtung derſelben. J. 96) Ex quibuscunque locis aut gentibus aduenerint. J. 97) Cuius rei exempla habemus Schoenbergios, equites Germanos, a Gallis ad Comitum, Ducumque, dignitatem euectos. B. 98) Genti, reipublicae, ciuitati, Gallicae. J. 99) Ciuitate Gallica donati sunt, ſind nationalisiret worden. J. 100) Permouebis illos facile, ut te ament, si dixeris, hoc illudue, quod facis, moris esse in patria tua. J. 1) Sincerius, maiori sinceritate, sine fraude, uersutia, dolo. Sie ſehen ſo ſcharff nicht bey einem Fremden, ſie nehmen es bey einem Fremden nicht ſo genau, mutzen es nicht ſo hoch auf, was ein Fremder wider ihre Landes-Art und Sitten thut, als wenn ein Einheimiſcher

tiam uidimus crebro linguae errore fauorem meruisse, et grandis opinionem scientiae, quod non
intelligeretur. 2) Plebis in amplioris fortunae 37
homines uera, 3) nec ex metu, aut sola institutione, reuerentia. Rursus 4) primi optimatum eodem genio culti ab illis, qui gratia, aut genere,
perinde non excellunt. 5) Sed superbiam, fa- 38
stumque, non ferunt. Si uideris dominari, 6)
seruire erubescunt. Comitas, quae frontis arti- 39
ficio, luminumque clementer uibrantium, 7) uel per sermonum familiaritatem, blanditur, fidelius 8) purpuratorum latus clientibus cinget, quam
potentiae magnitudo. Opes omnes, et ipse 40
uilior

miſcher etwas verſtehet. B. 2) Die Erfahrung hat gelehret, daß offtmahls Ausländer, wenn ſie gleich ſehr geſchnitzert haben in ihrer Rede, dennoch Liebe gefunden, und, wenn ſie am wenigſten verſtanden worden, ſich am meiſten in das Anſehen geſetzet, als wären ſie hochgelehrte und ſehr weiſe Leute. 3) Eine natürliche Scheu, die nicht aus Sclaviſcher Furcht, oder nur daher kömmet, daß ſie von Jugend auf darzu angehalten worden. 4) Praeterea, ut in illo Ciceronis Tusc. Quaest. libr. I. *Tum et habitabiles regiones, et rursum omni cultu propter uim frigoris aut caloris uacantes.* 5) Qui nec tam antiqua generis nobilitate sunt, nec tam amplis muneribus praesunt, ut ceteri. B. 6) Si ius dominandi affectes, aut arroges tibi imperium in eos, detrectabunt obsequium. J. 7) Effictis per artem uultu et oculis, da man ſich gantz freundlich anſtellet, und immer lächelt. B. 8) Efficiet facilius, ut purpurati plures habeant, fideliores que, comites ac clientes, quam poten-

uilior honoribus sanguis. 9) Praecipue Patriciorum 10) spiritus in suum, aut patriae, damnum saepissime excrescunt, dum nemini eorum mercaturae, 11) aut artificiorum, utilissimam disciplinam capessere ipsa inopiae experientia
41 persuadet. Aemulari praepostero ambitu 12) magnitudinem 13) placet auorum, et foedari gentilitium sanguinem putant, si ad populum uiuendi consuetudine accesserint. 14) Ita uanum nobilitatis nomen, et magnifici otii improba 15) species, ad patientiam tristium curarum 16) suffi-
42 cit, et in sola exeuntium 17) morte. Et haec animorum celsitudo, quamuis sibi placeat, adeoque ab omnis generis sordibus 18) uideatur abire, tamen interdum paene necessariis facinoribus 19) corrumpitur, in miserorum Penatum angustiis 20) turbu-

potentissimus quisque. J. 9) Vt uitam et dignitatem tueantur, Galli omnes interdum opes suas, et uitam ipsam, negligunt, exponuntque periculo. B. 10) Gallorum nobilium, ac Magnatum. J. 11) Galli nobiles et potentes non solent exercere artes lucrosas, inter quas et mercatura refertur, licet summa premantur inopia. B. 12) Nimio studio. B. 13) Magnificentiam, splendorem, ornatum, maiorum. B. 14) Si easdem tractarent artes, quas plebs exercet. B. 15) Illaudabilis. B. 16) *Curae tristes* sunt, in quas nostra nos inopia coniicit. B. 17) Quas sola morte finiunt. B. 18) Artibus lucrosis, quas nobilis animus abhorret. B. 19) Ad quae saepe nolentes inuitique adiguntur, ipsa necessitate et inopia urgente, etiam nobiles Galli. B. 20) In paupertate domestica,

wenn

turbulentam 21) industriam exercens, ut uel publica uiolentia, 22) uel arcanis sceleribus, 23) inopiae squalorem 24) repellat. Mercatura illic 25) 43
uilior, quam tantae utilitatis rem esse deceret, quae prima humanitatem per orbem circumduxit. 26) Solon quidem, qui Athenis leges con- 44
didit, et plerique Graecorum, usque ad nos fama durantium, 27) illo commercio suas res tulerunt ad exteros, uicissimque fecerunt, ut exotica 28) sui ciues uiderent. Nec abhorret ab hoc more 45
Italia, 29) in illustribus familiis opes eadem industria late componens. 30) Britannia quoque sanguinis claritatem illo uitae genere foedari non putat. At in Galliis hanc mutuae utilitatis 31) 46
rationem non modo stirpes antiquae aspernantur, sed et, quasi mercatores sui 32) puderet, ubi illis

wenn ſie ein klein Güthlein haben. B. 21) Quae non, nisi turbas dat. B. 22) Eiusmodi facinoribus, quibus publica regionum tranquillitas ac securitas turbatur. B. 23) Clandestinis latrociniis, furtis, rapinis, caedibus. B. 24) Turpitudinem paupertatis. J. 25) Inter Gallos nobiles. J. 26) Mores ferorum hominum mansuefacti sunt primum per commercia. B. 27) Quorum fama et gloria ad nostram usque aetatem durauit. J. 28) Vt peregrinas res uicissim spectarent sui ciues. B. 29) In qua quippe a nobilissimo quoque mercatura sine dedecore exercetur, adeo et Principes, Marchiones, Comites, negotiari non erubescant. B. 30) Congerens, colligens, reponens. Sic Cicero pro Deiotaro: *Locus erat quidam, in quo erant composita, quibus rex te munerare constituerat.* 31) Capitur enim e mutuo commercio utilitas. B. 32) Vitae generis,

illis largius fortuna indulsit, 33) statim in aliam disciplinam 34) filios suos agunt, iubentque ma-
47 iorem paterno fastigio scenam 35) sperare. Et quidem magnitudinem Gallicorum animorum nullibi efficacius 36) uideas, quam in ambitu 37) magistratuum, a quibus peruicax licitatio 38) iamdiu egentium uirtutes exclusit. 39) Exhaurire familias, 40) nomina facere, 41) rem, fidemque, consumere, 42) decorum, 43) dum inter aequales emineas uel sterili dignitate, 44) uel pretio furti-

generis, quod sequuntur. J. 33) Postquam diuitias acquisiuerunt sibi mercatura exercita. B. 34) Ad aliud uitae genus institui curant. J. 35) Maius quoddam, ac honoratius, uitae genus, maiores honores. Vita nostra theatri instar est, uicissitudines fortunae nostrae instar sunt scenae. B. 36) Deutlicher. J. 37) In nimio consequendorum honorum et magistratuum studio. Venales enim in Gallia magistratus et honores sunt. Quod quando, et qua de caussa, coeperit, explicat Bodinus libr. IIII. de Republ. cap. IIII. Est autem parui animi, diuitias honoribus et dignitatibus praeferre, magni contra censetur contemnere opes prae honorum studio. B. 38) Wenn immer einer mehr Geld darauf bietet, als der andere. B. 39) Die Armen haben müſſen paſſen, und hintanſtehen, wären ſie auch noch ſo tugendhafft geweſen. J. 40) Redigere familias ad paupertatem nimiis sumtibus in honores consequendos erogatis. Ita Cicero passim *exhaurire prouinciam, aerarium, ciuitates, urbanam plebem, amicorum benignitatem.* J. 41) Schulden machen. B. 42) Sein Vermögen und Credit, Treu und Glauben, darbey zuſetzen. J. 43) Est apud Gallos. J. 44) Quae parum, aut nihil, habet reditus,

furtiuorum munerum, 45) patrimonii ruinam reparante. Nec dubium, quin illa libido titulo- 48
rum, 46) nisi ipsa se frangat, 47) curias, tribunalia, praefecturas, tandem sit uiliori sanguine, angustisque animis, 48) maculatura. Quippe e 49
sordidissimis 49) artibus multi compendiosius ad diuitias properant, quam antiqua nobilitate spectabiles, paternisque opibus utentes, 50) ex maiorum dignitate. Hoc modo, dum ad emendae 50
curiae, aut praefecturae, ambitum nummorum pugna initur, 51) saepissime ii uincunt, qui ut sanguine, sic et ingenio, cedunt. Accedit, quod 51
uetu-

ditus, aut prouentus annui, nulla stipendia meretur, der bloße Titul ohne Beſoldung. B. 45) Wenn ſie heimlich Geſchencke nehmen, und Caussen dafür machen, damit ſie ihren Aufwand wieder heran bringen. Hoc modo damna rei familiaris suae resarciunt. B. J. 46) Quae uulgo a quibusdam *Titulomania* appellatur. 47) Wenn ſie es leichtlich nicht ſelbſt überdrüßig werden. *Frangere* est *debilitare*, *imminuere*, *infirmum* et *impotentem reddere*. Sic *frangere uim*, *impetum*, *furorem*, *legem*, *libidinem*. *Libido frangit se*, die Luſt verrauchet, verkühlet, nimmt ab. B. 48) Personis ex obscuro ac uili genere ortis, quibus abiectus est et angustus animus. B. 49) Manuariis, et aliis, quae ingenium non requirunt, sed uires corporis, et opponuntur liberalibus. B. J. 50) Die von ihrem Eigenthum leben, quod est nobilium hominum proprium. B. 51) Wenn immer einer den andern überbietet, und mehr geben will. *Emere curiam*, *praefecturam*, est *conciliare sibi eam pecunia*, ut *emere animos militum*, *emere regnum*, apud Tacitum passim. B.

 52) Anti-

uetustarum stirpium uiri 52) non tam peruicaci studio suas opes dignitatibus illis donant, 53) quam homines adhuc noui, 54) qui e latebris, 55) quas auro condiderunt, 56) eruere filios properant, et eam nobilitatis gloriam suae genti emere, quam absque ullo sumtu haereditatis partem
52 patricii habent. 57) Sic paulatim hi honores sordidiorum 58) esse possunt, si pecuniae tantum conceditur, 59) et forsan aliquando in ignobilitatis suspicionem eorum nominibus censeri. 60)

Neque

52) Antiquae nobilitatis, ex uetusta gente equestri orti. J. 53) Non impendunt libenter in dignitates emendas. Sic Horatius libr. I. Epist. XV. v. 32. *Quicquid quaesierat, uentri donabat auaro.* B. 54) Recens in nobilitatem asserti. B. 55) Ex obscuritate natalium suorum. B. 56) Obduxerunt, obtexerunt. Sic *luna tenebris condita* dicitur Tacito Annal. libr. I. cap. XXVIII. et *foeneratores omnem pecuniam mercandis agris condidisse* dicuntur libr. VI. cap. XVII. 57) Quam haereditario iure antiqui nobiles habent. B. 58) Hominum obscurissimorum, qui sine ingenio sunt. B. 59) Vt scilicet mercari ditissimus quisque honores quosque praestantissimos possit. B. 60) Et forsan aliquando ex eo ipso potest oriri suspicio, quasi illi, qui praefecturas in Gallia sustinent, omnes orti sint obscuro loco, si non, nisi emtos ibi capessere honores liceat. B. *Honores* dicuntur *censeri posse nominibus sordidiorum, in suspicionem ignobilitatis.* Man könne, wenn ſo gar ſchlechte Leute zu hohen Aemtern und Würden gebraucht würden, den Wahn faſſen, es ſey gar kein vornehmer Frantzöſiſcher Bedienter gut von Adel, und alſo aller hoher Bedienten Ankunfft nach, dieſer Zuſtand urtheilen und ſchätzen. *Censeri* enim *nominibus*

Neque ideo fisci 61) industria 62) maligna crimi- 53
natione carpenda est, qui de eiusmodi candida-
torum bonis excrescit. Nam cui non satius ui- 54
deatur professo 63) pretio dignitates a principe,
molem 64) publicam subeunte, proponi, 65) quam
auaris purpuratorum 66) suffragiis in praedam
concedi? Qui, ubi haec publica licitatio non 55
est, obtrudunt regibus candidatos, quos sibi mu-
nera charissimos fecerint, et quod a domino im-
petrant, deinde clientibus uendunt, ut nec me-
liore sortitu delectos 67) respublica accipiat, nec
intersit eorum, qui ad tribunalia subuehi am-
biunt, 68) utrum cupiditatem dignitatis sub prin-
cipe,

---

*nibus* dicitur, sicut *censeri orationibus*, apud Quintilianum Dialog. cap. XXXIX. *censeri una uictoria*, apud Tacitum in uita Agric. cap. XLV. 61) Der Königl. Renth-Cammer. Nam fiscus Principis est, aerarium populi, seu prouinciae. Confer. Plinii Paneg. cap. XXXVI. Tacitum, Annal. libr. VI. cap. II. 62) Sic *fatorum industria* apud Florum libr. I. cap. VIII. *Fisci industria*, das weiſe und wohl überlegte Verfahren der Königl. Renth-Cammer. 63) Publice denunciato ac constituto, um einen gewiſſen, deutlich ausgedrückten Preiß. Sic Justinus libr. VIII. cap. IIII. *professum aduersus Phocenses ducem* dixit. 64) Consiliorum ac negotiorum. B. 65) *Venales* exponi publico loco. Sic Cicero libr. II. in Verrem: *Fidem quum proposuisses uenalem in prouincia, et mercedem proponere*, libr. III. ad Q. Fratr. Ep. I. 66) Aulicorum, administrorum regni. J. 67) Non meliori iudicio ac sorte delectos magistratus, quam in Gallia. J. 68) Ad honores, dignitates, magistratus, cupiunt ex ambitione animi aspirare. J.

 69) Emant

cipe, an sub optimatibus luant, 69) utrinque pari sidere 70) in patrimonii ruinam percurrente.
56 Haec igitur, tolerabili instituta consilio, iam ipso furore licitantium in praeceps abiere, 71) qui et mediocris census uirtutem 72) excludunt, 73) et tota opum mole 74) eos honores redimunt, qui-
57 bus ipsi tam immodicum pretium fecere. 75) Vt uero, quo generosius uina adolitura sunt, 76) eo adhuc recentia turbulentius despumant, 77) ita istius gentis, ad humanitatem, et, cum senuerit, prudentiam, factae, adolescentia ac iuuentus insano, incautoque, impetu ut plurimum feruet. 78)
58 Vana 79) in eiusmodi aetate libertas, nunc iocandi, nunc ignotos pariter, notosque, lacessendi, et ubique titulos nimiae securitatis affe-
59 ctans. Leues animi, 80) et rumoribus rapti,

69) Emant muneribus, adeoque poenas dent quasi suae ambitionis, dum aulae ministris, a quibus euehuntur, soluunt pecuniam. J. 70) Pari fortuna, fato, calamitate, quam a siderum ratione nonnulli deriuant. B. Ita Florus libr. II. cap. VIII. *Hoc uelut sidere Asiatici belli mota tempestas*, et libr. III. cap. XXI *Tribus, ut sic dixerim, sideribus agitatum est.* 71) Longe peiora facta sunt, et plane uitiosa. J. 72) Hominem uirtute quidem, at non diuitiis, praeditum. B. 73) Ab honoribus capessendis J. 74) Omnibus diuitiis et facultatibus suis. B. 75) Licitationibus inter se certando. J. 76) Quo generosiora futura sunt. B. 77) Deſto ſtärcker und hefftiger brauſen ſie in Moſt auf. B. 78) Sie brauſen und raſen in der Jugend gemeiniglich allzuſehr. J. 79) Inconsulta, nulla ratione subnixa, libertas, licentia ferox. B. 80) Leichtſinnig, unbeſtändig.

De

pti, 81) iam impatientes otii, moxque tumul-
tus. 82) Ostentatio libidinis supra naturae de- 60
siderium inepta, tum inconsulti risus, neminique
parcentes, 83) uis etiam intra se irrequieta, per
uarium ac multiplicem tumultum erumpens. 84)
Quidam tamen in omnium exordiis rerum indu- 61
unt non ueram, et ideo maiori specie suborna-
tam, 85) prudentiam, ueluti matura sapientia 86)
compositi, uerba tarde euntia deducunt lento
uultu, et astum cum humanitate fingente. Ex
re quoque factum nomen, ut appellent frigidita-
tem. 87) Sed et uirtutis simulatio tunc est in- 62
grata, 88) nec diu tamen scientia personae im-
patientem omnis ueli leuitatem abscondit. 89)
Media

De hac leuitate Gallorum in idem consenserunt iam olim Julius Caesar libr. III. de B. G. cap. XIX. Liuius libr. X. cap. XXVIII. Florus libr. II. cap. IV. et in ipsis ciuibus suis hoc uitium notat Cominaeus libr. VIII. cap. VII. Bodinus autem de Rep. libr. V. cap. II. huius rei caussam ad temperamentum Gallorum, quod flaua bile abundet, refert, neque leuitatem, seu uitium, sed celeritatem agendi, seu uirtutem, appellat. Cuius sententiam quoque tueri uidetur Scaliger Exercit. CLXVII. cum de Gallorum indole agit. B. 81) Facile cuique rumori fidem habentes. B. 82) Sie können nicht lange Frieden halten, werden auch der Unruhe, die ſie angeſponnen, bald überdrüßig. J. 83) Moqueries. J. 84) Sie lermen und ſchwärmen, als hätten ſie Weſpen im Leibe. J. 85) Deſto mehr in die Augen fallende. J. 86) Quae iam maturuerit aetate, ac perfecta sit. B. 87) Kaltſinnigkeit, ipsorum lingua *froideur*. J. 88) Ipsis Gallis. J. 89) Sapientia et



cognitio

63 Media autem indoles, 90) quae nec Gallis certe deest, laetitia capacis animi exuberans, 91) eique non efficta prudentia fraenum imponens, 92) ea demum omni pretio maior, et ad sapientiae, si-
64 mulque hilaritatis, imaginem exacta est. 93) Illud autem in Gallicis moribus, ac ueluti fatis, 94) triste, quod beneuolentiam, qua in sua regione hospitibus indulgent, extra patriam uix in suos
65 ciues expromunt. Quis credat in exteris tam humano populo non satis conuenire? 95) Aues quoque in caueam deductae rostra et iracundiam uix stringunt, 96) et societas fati 97) peregrinationem ferarum conciliat, 98) extra siluas quae-
66 rentium praedam. Soli Galli, quocunque in peregrino solo consederint, praesertim si miseri, et ad opem alienam conuersi, 99) laeuissima aemulatione decertant. Tum occulta ludibria, 200) liuor-

cognitio gentis illius non diu tegi sinit ac dissimulari illam leuitatem personati Galli, ut qui simulationis uelamentum diu ferre nequit. J. 90) *Media indoles* dicitur illa, *quae* nec *feruida* nimis est, et *celeris*, neque frigida nimis, et *tarda*. B. 91) Se ostendens, prodens. J. 92) Eamque laetitiam uera prudentia moderans. J. 93) Ein ſolch Gemüthe iſt nicht mit Gelde zu bezahlen, und beſitzet viel Verſtand und Freudigkeit. 94) Ingenio, quod ipsis fato uidetur tributum esse. 95) Populum in Gallia tam humanum non posse concorditer uiuere apud exteros? J. 96) Vix pugnant inter se. J. 97) Natura ipsa, quae ducit omnia animalia, uelut fato quodam, ad socialitatem. B. 98) Facit, ut colant amicitiam. J. 99) Sic cogantur aliis seruire. J. 200) Oriuntur. J.

1) Aper-

liuorque deformis, tum professa 1) odia, et rixa-
rum etiam ad peregrina tribunalia conciues uo-
cantium derisa improbitas. Sic inter se certan- 67
tes, nescio qua, infamia apud imperitos inun-
dant 2) suam gentem, quasi in inuidiam nata sit,
exsorsque quietis, ac amoris, quo unius patriae
ciues arcana ui natura coniunxit. Et haec Gal- 68
lorum extra patriam suam labes. Adhuc autem 69
foedius in Galliarum uisceribus 3) peccant, qui
passim, tanquam gladiatores ad arenam damnati,
subitis odiis, armisque priuatis, 4) ad ultima di-
scrimina committuntur. Rem immanem, et ad 70
istius saeculi probrum! 5) Leue iurgium, 6) so-
laque altercantium ambitione increscens, aut re-
uera innocens iocus, plerumque autem turbulen-
ti 7) ingenii praecipitatio 8) ad famam, 9) saepe
ad tristissimas caedes, et familiarum orbitatem, 10)
lym-

1) Aperta B. 2) *Inundari inuidia* dixit Petronius Satyr. *Inundari sanguine*, Liuius libr. XXIV. cap. XXXVIII. 3) In media patria sua. J. 4) Priuata audacia, proprio ausu, sua temeritate, captis. J. 5) Pugnae hae Gallorum singulares sunt res immanis, et merentur referri inter probra et turpitudines saeculi nostri. Sublatum tamen hunc impium morem iam esse constat, ex quo rex Galliae, Ludouicus XIIII. seuerissimis legibus, quae nullam spem ueniae relinquunt transgressoribus, illum coërcuit. J. 6) Iurgium proprie iuris agium, wenn ſich ein Paar mit einander verunwilligen, oder zancken B. 7) Iracundi, ad dandas turbas nati. B. 8) Impetus sana ratione carens. B. 9) Tuendam, et, ut arbitrantur, defendendam. J. 10) Filiis du-

 ello

71 lymphatam 11) iuuentutem propellit. Hinc toties miserorum parentum intercepta 12) consilia, spesque occisae, 13) et propemodum frustra pax in Galliis, quae uix minus patricii 14) sanguinis, quam si bello certatum publice esset, in hac are-
72 na 15) hausit. Quae haec autem dementia, ritu ferarum, non ratione, sed impetu, iniurias ulcisci, rerumque suarum iudicium permittere paene scenicae 16) arti, fortunaeque saepe fallenti ipsam artem, ut, quicunque felicius, ille et iustius, ar-
73 ma sustulerit? 17) Ferae gentes 18) et ab ipsa uenien-

ello occisis. J. 11) Furiosam, uesanam. *Lymphati* apud ueteres proprie dicebantur ii, qui *Nympham* aliquam sibi uidebantur uidisse, seu *Deam aquaticam*, quod putabant hominem non laturum impune. B. 12) Quae agitarent de filiis. J. 13) Plautina uox est: *Res occisa est*, in Capt. Act. III. Scen. IV. N. 7. et in Menaechm. Act. III. Scen. II. v. 46. *Cicero pro Domo sua: occidere rempublicam* pro *perdere. Spes* igitur *occisa spes perdita, quae occidit*, ut Plautus in Mostellaria Act. II Scen. I. v. 3. loquitur. Iam olim Aristophanes τὸ τρυβλίον τέθνηκέ μοι, pro κέκλασταί μοι, dixit: *Patina mortua est*, id est, *fracta est mihi*. 14) Nobilis equestris sanguinis. B. 15) In eiusmodi pugnis singularibus, seu duellis. J. 16) Gladiatoriae. Illa dicitur *scenica* h. l. quoniam gladiatores apud Romanos, tanquam scenici, adibant publice illa spectacula, et pro infamibus aeque, ac Scenici, habebantur. B. 17) Vt, qui alterum forte interfecerit, coecoque casu, idem habuisse caussam iustiorem uideretur. J. 18) Scythae, Gothi, Longobardi, ueteres Germani, apud quos μονομαχία, pugna singularis, quae appellari solebat

uenientes Barbaria orbem supra aliquot saecula suis moribus polluerunt. 19) His auctoribus 20) quondam factum, ut in dubiis iudiciis, cum utrinque 21) argumenta essent obscura, res armis litigantium crederetur. In circum, 22) arenamue, 23) dimissi pugnabant, uictus pro nocente habebatur. Et inde uesaniae 24) origo, hanc aeta- 74
tem infestans, quae iam, auctis finibus, 25) cum olim in magistratuum arbitrio esset, hodie ad priuatorum libidinem desaeuit. 26) Isti tamen gla- 75
diatoriae arti praetextus est, nescias magnificentia, 27) an utilitate, acceptior, peritia pugnandi. Nam cum arte gladio ferire, 28) uel deflectere 76
destinatos sibi ictus, 29) quis neget ad rem militarem pertinere? Hoc Graeci, Romanique, et omnis gens armis strenua cum ambitu 30) quaesiuit.

solebat das Fauſt-Recht, in usu fuit. Leges eius collegit ac edidit Fridericus Lindenbruchius. B. 19) Dum ad alias gentes hoc pugnandi genus traduxerunt. J. 20) Ex horum barbarorum more ac consuetudine. J. 21) Ex utraque litigantium parte. J. 22) Auf einen mit Schrancken umgebenen Platz, wie die Renn-Bahnen ſind. J. 23) Oder auf einen freyen Kampff-Platz. J. 24) Libidinis decertandi pugna singulari. 25) Dum se per plures diffudit regiones. J. 26) Vormahls beſtimmten die Obrigkeiten den Zwey-Kampff, ietzt nimmet ihm ein ieder dieſes vor ſich, nach ſeinen Gefallen, heraus. J. 27) Praestantia, gloria, man kan nicht ſagen, ob ſie mehr Ehre, oder mehr Nutzen, bringen. J. 28) Ausſtoſſen, einen Streich, oder Stich, verſetzen. B. 29) Auspariren. B. 30) Summo studio. B.

77 siuit. Nunc uero, non tanquam in angustia se-
se prementium cuneorum, 31) ut in iustis praeliis
solet, sed, ueluti in apertae arenae libertate, per
cursus, recursusque, 32) per omnem corporis ha-
bitum, 33) per longam, et disparem, oculorum,
manuumque, fallaciam, 34) quis non potius pri-
uatorum odiorum crudelitatem erudire, quam
publicae pietati suam fortitudinem parare uidea-
78 tur? 35) Et uero nihil iam ad amentiam, aut
impietatem, residuum in propinquos, amicosque,
79 saeuientibus. Siue sanguinis, siue familiaritatis,
iure coniuncti, non atrocibus iniuriis, sed inani
superstitione 36) uerborum, et propemodum
gratis, 37) dissociati, 38) alterno cruore imbuun-
tur, 39) quodque ultimum furoris gradum putes,
ne

31) Ad exemplum militum manipulariorum, seu gregariorum, qui in angustiis praeliorum sese solent premere hoc modo. J. *Cunei* sunt manipuli militum, ut apud Tacitum Annal. libr. XVI. cap. XXVII. *cunei militares.* B. 32) Da man ſich treiben läſſet, und retiriret, bald aber auch wieder ſich ſetzet, und auf ſeinen Gegner loßgehet. 33) Durch das Lager oder Stellung, darein man ſich leget. 34) Da man im Fechten anderswohin ſiehet, und anderswohin ſtöſſet. B. 35) Quis magister artis gladiatoriae non uideatur potius erudire discipulos suos ad exercendam in priuatis iniuriis uindicandis crudelitatem, quam praeparare ad comprobandam fortitudinem in piis, iustisque, bellis pro patriae defensione? J. 36) Opinione iniuriae uana ac inani. J. 37) Sine necessitate, sine iusta caussa. J. 38) Veruneiniget. J. 39) Se inuicem sauciant et inter-

ne inter se quidem laesi, saepe aliorum inimicitiis tantum nefas tribuere amant, et, in gratiam nihil ad se pertinentium odiorum, seipsos, et amicorum charissimos, immolant, 40) quippe a pugnaturis, qui perire soli nolunt, ueluti ad theatrum, aut coenam, ita ad hunc feralem ludum inuitati, ultro subeunt, 41) et, quicquid hominibus aut dulce, aut charum est, uiolare non dubitant ineptissimo desiderio famae, ut iactentur magno uitae contemtu in arenam processisse, id est, truculentissimum facinus ausi esse barbara ignoratione uirtutis. 42) Sed haec mala, 43) et si 80
quae praeterea maculae se Gallicae indoli interserunt, 44) omnino donari 45) eorum uirtutibus debent, quos uel aetatis, uel sapientiae, pondus 46) ita composuit, 47) ne aestu patriorum 48) uitiorum diripi possint. In iis egre- 81
gia comitas, non fucata, 49) aut insidiose in hos ipsos, quibus blanditur, collocata. Non fraudi-
bus,

interficiunt. J. 40) Nullo inter se conuicio, aut probro, irritati congrediuntur armis in aliorum, qui exercent inimicitias, gratiam; bloß andern zu Gefallen opffern ſie auch wohl ihre beſten Freunde auf. J. 41) Die Secundanten. J. 42) Dum nesciunt aeque, ac barbarae gentes, quae uera uirtus sit, et quo pacto comprobanda. J. 43) Vitia. J. 44) Sich mit einflechten in der Frantzoſen Naturel. J. 45) Condonari, ueniam mereri possunt propter uirtutes eorum. J. 46) Maturitas, grauitas. J. 47) Instituit, temperauit. B. 48) Quae in patria ipsorum inualuerunt. J. 49) Non affectata, aut
fictitia,

bus, non secretis odiis, uacant. 50) Dignari 51) singulos, qui accessum, aut notitiam 52) petunt, et pro sua sorte unumquemque mulcere. 53)
82 Externo homini, ad illorum consortium admisso, satis erit aperto scelere, aut nimia ineptia, non peccare, ut quidem alibi in alienos mores, ne tibi noceant, intentus sis, 54) cum maturis autem et castigatis 55) Gallorum animis teipsum respi-
83 cias. Nec aliquid in humana societate felicius, quam consuetudinis tam politae erecta, uirilisque, suauitas.

CAPVT

---

fictitia, ungeheuchelt, ohne Falſch. B. 50) Indulgent, locum illis relinquunt. Insita enim eorum lenitas rumpit facile illud uelum dissimulationis, et retegit naturam. B. 51) Reuerentia et honore solent, alle Ehre erweiſen. J. 52) Bekanntſchafft ſuchen. J. 53) Sibi blandis uerbis, aut beneficiis, deuincire. J. 54) Esse debeas. J. 55) Moderatis, et qui iam alieniores facti sunt ab insita leuitate animi. B.

# CAPVT IV.

## *Britannicae Insulae, in quibus diuersi populi, Angli, Scoti, Hyberni.*

BRitannia 1) per tot spatia 2) diffusa, tam di- 1
uersis pulsata fluctibus, 3) tamen magis ad
magnitudinis suae fidem 4) potest uarios ciuium
mores, quam tantorum littorum sinus 5) et no-
mina, proferre. Tanquam 6) alium in Oceano 2
orbem faceret, 7) omnis animi genera incolis in-
seuit. Non alia insula toto terrarum ambitu il- 3
lustrior. Sicilia, Crete, 8) Cyprus, uisae regni 4
fortunam, ac nomen, capere posse, non, si in
unum corpus transeant, uni Britanniae terrarum
spatiis, aut opibus pares. 9) Priscis quoque tem- 5
poribus armis inclytis strenua materiam fabu-
lis dedit, 10) quae plurimarum gentium inge-
niis,

1) Britanniae nomine ueteribus non *Anglia* tantum, et *Scotia*, sed et adiacentes insulae, uenerunt, cum *minores*, ut *Orcades*, aliaeque; tum maiores, ut *Hibernia*, quae nunc *Irlandia* uocatur, tum et *Thule*, seu *Thyle*, quae hodie *Islandia* dicitur, et regni Danici pars est, finis orbis terrarum olim habita. B. 2) Terrarum. J. 3) Variorum marium. J. 4) Vt credatur uere esse Britannia magna. J. 5) Meer-Buſen. J. 6) Gleich als ob Britannien. J. 7) Quasi esset nouus quidam mundus a ueteri segregatus mari. J. 8) *Candia* hodie dicta. J. 9) Existimari possunt, uel mangnitudine, uel diuitiis. B. 10) Fama enim est, Gigantes primum tenuisse hanc insulam, *Albiona* appellatam, postea *Brutum* quendam, seu

niis, 11) linguisque, uulgatae sunt, quasi nihil eximium fingi posset, quod non apte caderet in
6 alumnos 12) Britanniae. Olim 13) quidem inter nouem principes distributa, mox 14) bellis, atque foederibus, mutati cum regibus gentium fines, donec tribus dominis 15) fortuna 16) totius insulae cederet, Saxonum coloniis, 17) quos Anglos appellamus, sub unius sceptri felicitatem coactis, Britannorum uero reliquis 18) pertinaciter insidentibus Cambriae montes, [haec nobis hodie Wallia est,] 19) et Scotis, quibus iamdiu excisorum

seu *Britum*, origine Troianum, ex posteris Aeneae uenisse cum reliquiis Traianorum in hanc insulam, et, uictis, deletisque, gigantibus, consedisse ibi, conditaque gente *Britannorum*, nomen a se insulae dedisse. Conf. Cambdenus in Britann. B. 11) A pluribus uariarum gentium eruditis uiris. J. 12) Incolas, ciues. J. 13) Ab A. C. CCCCXLIX. postquam Anglo-Saxones occupassent Angliam, et in septem regna distribuissent. Quibus si addas Scotiae, Hiberniaeque, reges, inter nouem principes distributa fuisse omnis Britannia cognoscitur. 14) Quum Angliae septem reguli inter sese armis decertarent, et alter alterum opprimeret, cumque Scotis Angli grauissima bella gererent. 15) Quod factum est ab A. C. Iↄ CCCXXVII. ex quo unus coepit esse Angliae rex, Egbertus, qui reliquos sibi aut subiecit, aut tributarios fecit. Quanquam *Eduardus Senior* primus, Anglia Orientali occupata A. C. Iↄ CCCCXV. toti Angliae solus imperauit. 16) Imperium. J. 17) Ex Anglo-Saxonia inde ab A. C. CCCCXLIX. deductis in Britanniam. 18) Veterum incolarum, et indigenarum. J. 19) Das Land von

sorum Pictorum 20) portio accesserat, ad septentrionem colentibus. Mox Cambria diuturnitate 7
bellorum macerata 21) totius Angliae consensui impar fuit. At Scotia, spe quidem uictoriae mi- 8
nor, 22) sed cuius spiritus Anglia non domaret, 23) ueluti in aemulationis argumentum, non peruicacius armis, quam diuersa ab Anglis indole, pugnare suos iussit, 24) donec noxiosissimam aemulatio-

von Wallis, cuius incolae etiam linguam ab Anglis diuersam, Britannicam scilicet ueterem, loquuntur. J. 20) Victi sunt, et expulsi partim, partim trucidati, Picti a Scotis A. C. Iↄ cccxl. Expulsi plerique in Galliam traiecerunt, regionique, quam insederant, nomen indiderunt, ceteri in Daniam et Noruagiam, unde Danis uiam in Britanniam monstrarunt. Reliqui in unam cum Scotis gentem coaluerunt. 21) Cambriae Principes, montium freti propugnaculis, obsequii fidem Angliae regibus nullam praestiterunt. Hinc grauiter ab ipsis haud raro afflicti, duriterque habiti sunt. *Edgarus* rex *Ludouallo*, Cambriae Principi, pro tributo annuo imperasse A. C. Iↄ ccccLix certum luporum numerum fertur. Non potuere tamen Cambri in obsequio Anglorum retineri ante, quam *Eduardus I.* res, occiso Leolino Principe, A. C. cIↄ ccLxxxiii. Cambriam in prouinciae formam redegisset. 22) Scoti enim infelicius fere aduersus Anglos pugnarunt, adeo, ut tributarii etiam Anglis A. C. cIↄ Lxxi. fierent, et tunc quidem, ut et A. C. cIↄ cxxxviii. cIↄ cccii. cIↄ cccxxxiii. cIↄ Iↄ xiii. cIↄ Iↄ xlii. grauissimis cladibus attererentur. 23) Cuius ferociam et truculentiam Anglorum uires domare non poterant. J. 24) Aeque pertinaciter indolis ab Anglis diuersitate, quam armis, iussit eos pugnare. J.

 25) Di-

lationem fata 25) damnârunt nunc utrisque imposito rege, 26) cuius spiritu 27) insula in unum
9 imperium coaluit. Anglia felicibus 28) pascuis, et ad multas, uariasque, arbores commoda humo, commeantium oculos pulcherrima uiriditate mulcet, gratuitis 29) etiam bonis plebis animos in segniciem soluens. 30)
10 Pabulum illic passim pinguibus campis abundat, boum, equorumque, armenta ad perpetuam eiusmodi animalium auiditatem explens, alibi autem siccioribus aruis, et humili gramine, induentibus terram, super fidem multos 31) greges 32) educat, excusatque 33) utilissimam, et ad ouilia 34) factam, sterilitatem.
11 Ne hyemis quidem rigor assueta libero aëri pecora, nisi forte supra morem inhorruerit, 35) in stabula,

25) Diuina prouidentia. J. 26) *Jacobo VI.* qui in Anglia *Jacobus I.* dicebatur, et utrumque regnum, mortua *Elisabetha* regina, A. C. cIↄ Iↄ c i i i. coniungebat communi *Magnae Britanniae* nomine. J. 27) Magnanimo ausu, consilio, conatu. Sic Tacitus Annal. libr. XVI. cap. XXIV. *Vultum, et spiritus, et libertatem insontis ultro extimuit.* 28) Uberrimis ac fertilissimis. Sic *Arabia felix* dicta est. Plinius libr. III. Ep. XIX. *Felicitatem terrae* dixit, *quae agros habet fertiles, pingues, aquosos.* B. 29) Quae sine sumtu et magno labore parantur, ut sunt, quae ex pascuis proueniunt. B. 30) Ignauos ac segnes faciens ad laborem. Ita Tacitus Hist. libr. II. cap. XCIX. *Solui in luxum*, et libr. III. cap. XXXVIII. *soluere animum in lasciuiam.* 31) Unglaublich viel. J. 32) Ouium. J. 33) Quasi hac ratione. J. 34) Ad ouium alimenta et foeturam. J. 35) Tempestuosa fuerit nimis hyems. Ita *mare inhorrescere* dicitur,

wenn

bula, aut ouilia, deducit. Iis sufficere solent nuda sub dio cubilia, 36) herbaeque, quas hybernus tepor alit. 37) Quippe hyemes non illic 12
pro plaga 38) et Septentrionis uicinia asperae, 39) cum 40) uehementer Gallicam oram 41) quatiant, qua Britanniae aduersa est, multoque rigidius Batauorum coelo incubent. 42) In tanta aëris in- 13
dulgentia Britannicus ager omnis generis semina facile concipit, atque seruat. Proceras habet 14
lauros. Rorismarini planta, apud multas gentes ipsa cura, qua educatur, pretiosa, heic uulgaris, 43) et nonnunquam in sepes, uelut ad hortorum custodiam, stipata. Vitem alere potest, uuasque ad maturitatem perducere. Nam et Cantii amoe- 15
nitas, crebro collium dorso 44) suspensa, et Wintonien-

wenn es ſtürmiſch wird, a Cicerone de Diuinat. libr. I. ex Pacuuio. 36) Quae sine tecto sint. B. 37) Die im gelinden Wetter bekleiben, oder fortkommen. 38) Pro situ loci, qui uidetur frigidissimus esse debere ob Septentrionis uiciniam. B. 39) Sunt. J. 40) Quum tamen, quamuis. J. 41) Die Frantzöſiſche Küſte gegen Engelland. J. 42) Multo rigidior hyems est apud Batauos, quamuis illi eodem mari ab Anglis diuidantur. J. Sic *Italiae* dicitur *incubare Hannibal, urbis faucibus Porsena, praedae opimae Histri*, apud Florum libr. I. cap. X. et libr. II. cap. VI. et X. 43) Iſt gantz gemein, wird nichts geachtet, wächſet von ſelbſt, da ſie in andern Ländern die viele Wartung und Mühe koſtbar machet. J. 44) Provintz Kent, die viele Lehnen und Berge hat. *Montem aequali dorso continuum* dixit Tacitus Annal. libr. IV. cap. XLVII. *Longa Alba ab situ porrectae in dorso urbis appellata est*,

toniensis regio 45) cum ceteris, ad meridiem ortumue spectantibus, olim uineta habuere, quae deinde pascuorum utilitas, uiliusque redemtum
16 ex Aquitania uinum, exemit. 46) Lupi quoque ea insulae parte exacti nudos greges, 47) et uix alicui molosso 48) creditos, non infestant. Nam diligentia antiquorum, cum grassaretur luporum rabies, curamque pastorum aut fatigaret, aut falleret, totum in iis sedibus tam peruicacis ferae
17 genus extinxit. 49) Ita fortuna per patientiam pecorum, sub dio durantium, et mirabile luporum exitium, profusas, nec aestimatas, opes 50)
18 uidetur indulsisse. Cibo, corio, uellere, uelut exundantis terrae muneribus, 51) populus in otio,
19 et plerumque obliuione laboris, ditescit. Ne in colendo quidem croco labor, quem optimum habent, facili herba 52) oblatas in floribus opes non in ullius curae, aut industriae, praemium ape-

teste Liuio libr. I. cap. III. 45) *Wiltshire*, quae est in Saxonia occidentali, in *West-Sex*, cuius oppida sunt *Salisburia* et *Malmesburia*. 46) Quod meliori pretio uinum Gallicum emi poterat, multo autem plus utilitatis ex pascuis, quam uineis, Anglia habitura esset, intermissae sunt coli uineae. J. 47) Sub dio agentes oues. J. 48) Cani magno et feroci, ab Epirotica gente Molossorum appellato, einer Engliſchen Doggen. B. 49) Quum Cambriae Principes quotannis cogerentur pro tributo certum luporum numerum pendere, ut supra dictum, nota 21. 50) Ex pascuis et ouibus. J. 51) Per carnem, coria, lanam, ouium, uelut per messes largas. J. 52) Sine negotio ac labore crescente. B.
53) Dum

aperiente. 53) Et ne quid tam propenso fato 54) 20
desit, transmarinum militem 55) ante aliquot ae-
tates non uiderunt. Domestici autem motus 56) 21
hoc saeculo rari, neque in Anglia, ut alibi terra-
rum, solent bella consenescere. 57) Saepe octi-
duum ingentes simul turbas quam parit, tam ab-
soluit. 58) In homines saeuiunt, non in opes et
tecta, et subitae acies 59) adhuc crudas, surgen-
tesque, lites 60) dirimunt. Tam spontanea fe- 22
licitas securum, et opulentum, uulgus non modi-
co tumore sustollit, 61) ut neque, pro consuetu-
dine ceterarum regionum, timida humanitas, et
patriciorum dignitatem reuerita, mitiget mores
plebis, et plerumque rudiora artificia tot diuitia-
rum, tantique otii, crimen fiant. 62) Nam ar- 23
tem aliquam professuri septem annis, ut pluri-
mum, tyrocinia deponunt, 63) ubi uero, peractis
rudimentis, in collegium artificum 64) adoptan-
tur, quasi laboribus exemti, sub se alios tyrones
asciscunt,

53) Dum herba sponte nata diuitias in floribus suis aperit, tanquam praemium curae ac industriae non impensae. J. 54) Tam magnae felicitati. J. 55) Trans mare aduectum, peregrinum, hostem. J. 56) Ciuiles dissensiones. B. 57) Diu durare. B. 58) Vt excitat, ita sopit. J. 59) Ein in Eyl auf die Beine gebrachtes Heer, und ſchnell gewagter Scharmützel. 60) Modo ortas, nondum maturas. B. 61) Non parum superbum reddit. J. 62) Caussa, quod artificia sint rudiora. Vt adeo non Britannorum ingeniis, sed diuitiis et otio, artificiorum in iis ruditas debeatur. B. 63) Müſſen ſieben Jahre ſtehen, oder lernen. J. 64) In eine



Innung,

asciscunt, edoctosque breuiter in officinis prostituunt 65) Tunc ipsi non solennes modo dies,
24 sed et fastos, 66) [quis credat?] si sudum est, 67) uario ludo in proximis campis exercent, 68) nubilos in diuersoriis oblectant, prorsus ut artificia impolitius habeant, 69) quippe discipulorum peritiae credita, et eorum redemtores 70) contumacius

---

Innung, Zunfft. J. 65) Negligunt, ac uelut publice uenales, cum iis, quae perfecere, exponunt in haud leue artis dedecus. Sic Plautus Pseudol. Act I. Scen. II. v. 2. 66) *Fasti dies* Romanis, quibus iudicia habere licebat, *solennes*, qui et nefasti, quibus minus. Itaque *fasti dies* nostra lingua Werckel-Tage. B. 67) Bey hellen Wetter. J. 68) *Exercere fastos dies*, id est, *se exercere fastis diebus* ἐλλιπτικῶς, omissa *Praepositione per*, et *Pronomine se*, uel, quod malunt alii, μετονυμικῶς, *posito tempore pro re, quae fit in tempore.* Sic *exercere sumtum*, arma, epulas, uectigal, apud Terentium, Virgilium, Ciceronem, passim. 69) *Se* uidelicet. Sic *libertorum, seruorumque, intimi corruptius habiti, quam in priuata domo, caeremoniae rectius habitae*, dicuntur Tacito Hist. libr. I. cap. XXII. et Annal. libr. XI. cap. XV. De cetero *impolitum* est *imperfectum* Ciceroni de Prouinc. Cons. et *impolitiae notari* dicebantur equites, quum, ob equum publicum male curatum aes denegabatur iis a Censoribus. Confer. Gellius Noct. Attic. libr IV. cap. XII. et Pomponius Festus libr. XX. 70) *Redemtores* proprie, atque antiqua consuetudine, dicebantur, qui, cum quid publice faciendum, aut praebendum, conduxerant, effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus *emere* pro *accipere* ponebatur. Postea *redemptores* dicti sunt, qui quid conduxerunt praebendum,

macius urgeantur ad pretium, 71) quo et tyro-
num labor, et desidia magistri, 72) ali possit.
Diligens tamen nonnullarum operarum 73) in- 25
dustria, exactis 74) artificiis eminens, pretiumque
per orbem merentibus, 75) satis prodit, in ea re-
gione eiusmodi studia non stipatis coeli uitio ani-
mis, sed nimia felicitate, laborare. 76) Vt enim 26
ad exstimulanda ingenia, artesque fouendas, ni-
mis cruda, aut auara imperia nihil iuuant, de-
pressis populi mentibus, et desperatione solu-
tis, 77) ita fortuna lasciuiens, 78) laborique haud
aliter,

bendum, utendumque. Confer. Verrius Flaccus et Festus Pompeius in hac uoce. At h. l. *redemtores* sunt, qui emunt merces, die Käuffer, oder Aufkäuffer. 71) Sie werden höher hinauf getrieben im Preiſe, und bekommen kein gut Wort darzu. 72) Des Handwerckmeiſters. J. 73) Handwercks-Purſche, Geſellen. J. 74) Ad elegantias et uenustatis regulas B. 75) Die an allen Orten für gut und tüchtig passiren, und ihren Werth behalten. J. 76) In Britannia non ingenia esse ex aëris crassitie stupidiora, sed fieri nimia felicitate, et hinc orto otii amore, languida. B. *Stipatus coeli uitio animus* est *animus crassus*, quasi, et *inspissatus, uitio aëris*. Vt enim *stipare* olim erat *componere arctius, ut minus spatii occupetur*, teste Varrone de L. L. libr. V. sic *stipatum tribunal*, dichte, mit Leuten um und um beſetzet, et *stipatione teneri locum* dixit Plinius libr. VI. Ep. XXXIII. et libr. IV. Ep. XVI. wo das Volck ſo dichte ſtehet, daß kein Apffel zur Erde kan. 77) Sie werden gantz Sclaviſch, und zur Verzweiffelung gebracht, ſchlagen folglich keine Hand mehr an, weil ſie alles für verlohren halten. *Solui* est *mollescere, languescere*. 78) Nimia, et in lasciuiam instigans. B.

aliter, quam per ludum, intenta, 79) plebis solertiam non attollit ad exactam artium curam. 80)
27 Nullibi in tam ingenti regno uectigal, non in urbibus, pontiumue 81) discriminibus, publicanorum stationes, 82) praeterquam iis locis, unde
28 naues in exteras plagas soluunt. 83) Nam importatas merces, aut quae inde exportantur, profiteri 84) apud eos necesse est, qui a rege porto-
29 rium conduxerunt. 85) Sed nec plebis superbia acerbior peregrinis, quam in patricios suae gentis exerta, 86) est, qui opulentiam suae patriae luunt rusticorum fastidio, 87) seipsos paene primis ordinibus, stirpibusque, 88) aequantium, et in-

---

79) Quum homines ad laborem quasi per ludum, aut recreandi animi, non quaerendi alimenti, caussa, se applicant. B. 80) Verurſachet, daß der Pöbel wenig Fleiß auf ſeine Profession und Arbeit wendet. 81) Ad pontes fluminum, ubi sunt interdum finium discrimina, Grentzſcheidungen. J. Videntur *discrimina pontium* aditus, exitusque, pontium significare, seu *interualla pontium*, wo die Brücken aufhören, und das feſte Land angehet. Solent enim ad pontium aditus, exitusue, publicanorum, aut portitorum, stationes esse. Sic Cicero *pertenue discrimen duorum marium*, id est, *interuallum angustum gemino mari interiectum*, dixit, Orat. II. contr. Rull. 82) Zoll-Maut-Geleits-Buden. J. 83) Abfahren. J. 84) Müſſen ſie angeben. J. 85) Die den Zoll von dem Könige gepachtet haben. B. 86) Sie halten die Fremden nicht verächtlicher, als ihren eigenen Adel in Engelland. B. 87) Coguntur perferre superbiam rusticorum, quos patriae, et sua, opulentia extulit. J. 88) Nobilissimis ac primariis regni familiis.

indignationis suae tam pretiosam causam odisse 89)
interdum non uerentur. Summa tamen apud 30
omnes nobilitatis 90) reuerentia, quam intra bre-
uem 91) eorum numerum aestimant, quos domi-
nos 92) uocant. Hi sunt Duces, Marchiones,
Comites et Barones, Ducum et Marchionum
omnes liberi, ex Comitum filiis maior natu.
Illis 93) quoque Episcopos maiorum pietas ad-
iunxit. Apud hos proceres ad omnia obsequia 31
descendere non indignum, 94) et ipsi, uelut in
terram positos, contemplantes, suum fastigium
non ignorant. 95) Nec illae dignitates emtionis 32
com-

liis. J. 89) Patricii non uerentur interdum odisse rusticorum opulentiam, quae caussa est, propter quam ab iis contemnuntur, et indignius habentur. J. *Indignatio* igitur *passiue* pro *contemtu*, seu *dedignatione*, h. l. dicitur, nullo, quod sciam, ueterum auctore. 90) *Nobilitas* pro *ordine nobilium equestri*, aut *principalis dignitatis hominibus*, apud Tacitum Annal. libr. II. cap. XII. Liuium libr. IX. cap. XXVI. et alibi, occurrit. 91) Paruum. Sic uas *breuissimum*, i. e. *minimae capacitatis*, a Palladio de Re Rust. libr. V. Tit. VIII. dictum. 92) *Lords*. B. 93) *Dominis*. J. 94) Demittere se ad ea obsequia, quae praestare aliis, patriciis etiam, se indignum putant. Sic Plinius libr. X. Ep. XL. *Salua magnitudine tua, domine, descendas, oportet, ad meas curas.* Ita Cicero *ad conditionem descendere, ad animi remissionem descendere, descendere ad extrema*, et alia, libr. VIII. Epist. Famil. VIII. et libr. X. Epist. XXXIII. Orat. I. in Verrem. 95) Domini despiciunt plebem, uelut humi, et longe infra se, positam, probeque intelligunt eminentiam suae dignitatis. J.

commercio producuntur 96) in uulgus, nummorumque fortunam, 97) sed successionis serie transeunt in haeredem, uel beneficio regis noui quoque optimates in hos gradus 98) adoptantur.
33 Et ne hoc inane existimes decus, 99) multa publice constituta, 100) tam ambitioso nomini 1) re-
34 uerentiam, cultumque, conciliant. Si contigerit aeri alieno impares 2) esse, urgentibus creditoribus in eorum corpora nullum ius esse potest, quanquam in Anglia debitores, etiam in iudicium
35 non uocatos, saepe carcer accipiat. 3) Sed hoc illu-

96) Sie werden nicht ums Geld verkaufft, daß ſie alſo auch könnten an die geringſten Leute kommen, wie in Franckreich. J. *Produci* etiam res uenales dicuntur, quum publice exponuntur. Terentius Heautont. Act. I. Scen. I. v. 92. Cicero: *Producere in ius, in prospectum populi, in concionem*, in Verr. Art. I. et IV. et post red. ad Quirit. 97) Vt *fortuna imperii, fortuna principatus*, apud Tacitum Hist. libr. I. cap. LXXVI. et libr. IV. cap. LVII. pro ipso *imperio* et *principatu*, sic *fortuna numorum*, h. l. pro *diuitiis*, aut *numis*. Haec autem de primaria Anglorum nobilitate tantum, non de *Armigerorum*, intelligenda esse, docet Thomas Smith de Rep. Angl. libr. I. cap. XX. et Camdenus in Britannia. B. 98) Primariae nobilitatis. J. 99) Für einen bloſſen Titul und Ehren-Nahmen. J. 100) Per leges regni sancita. J. 1) Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum. B. 2) Wenn ein Lord ſeine Schulden nicht bezahlen kan. B. 3) Licet enim creditoribus in Anglia debitores, ne ad iudicem quidem delatos, carceri mancipare, si, semel, iterumque, moniti, non

illustrius, quod, maximorum criminum 4) accu-
sati, scilicet in ipsam rempublicam iniisse consi-
lia, de equuleo securi sunt. 5) Veritatem ab iis
per tormenta posse exprimi 6) noluere, qui le-
ges condiderunt. Anglis ut plurimum grauis 7) 36
animus, et in se, uelut ad consilium, seductus, 8)
seipsos, et suae gentis mores, ingenia, animos
eximie mirantur. Dum salutant, aut scribunt, 37
descendere ad uerba imaginariae seruitutis, 9)
quae istorum saeculorum blandities inuenit, nisi
forte externis moribus imbuti, 10) non sustinent.
Populus rei maritimae studiosus, neque aliud 38
tantae insulae ualidius munimentum, quam tot
nauta-

---

non soluant. J. 4) Laesae maiestatis, des Hoch-Verraths, Felonie, Meuchel-Mords. B. 5) Sie dürffen ſich nicht befahren, daß ſie torquiret werden. Est enim equuleus stipes, in quo de noxiis quaestio habebatur, fidiculis ac chordis adhibitis, eine Folter- oder Marter-Banck. B. 6) Ita Tacitus Annal. libr. XV. cap. LVII. *Exprimere spiritum per tormenta*, Cicero *exprimere uocem*, *numulos*, *pecuniam*, pro *extorquere*, ad Att. libr. II Ep. XXI libr. I. Ep. XVI. et in Verr. Act. II. 7) Qui diu deliberat, et deliberata serio, ac cum grauitate, agit, non leuis est, ut Gallorum animus. J. 8) Consilii capiendi caussa, uelut seorsim, et in se, reductus, auocatus ab aliarum rerum externarum contemplatione. Sie ſind gleichſam immer für ſich, und tiefſinnig. B. 9) Leere Complimenten, da man mit lauter gehorſamen und unterthänigen Dienern um ſich wirfft, und ihme nur zu befehlen bittet, und doch den ernſten Willen darzu gar nicht hat. B. 10) Es ſey denn, daß ſie in fremden Landen geweſen, und es daſelbſt geſehen, und gelernet.

39 nautarum sedulitas. 11) Nec in castris, quam nauibus, peior miles, 12) praesertim si externo aëri assueuit, cibisque, quos saepe inexpertos 13)
40 auidius Angli gustant. Nam haec gulae incommoda 14) a Britannia delatas 15) legiones non semel absumserunt, et classem, Elisabethae reginae auspiciis, Lusitaniae littoribus applicatam, 16) cum Angli stragem hostium et uastitatem fecissent, nimius aestus, et suauitas pomorum, ac baccarum, 17) quas illa plaga habet, paene totam debellauit. 18) Discrimina omnia, et adeo mor-
41 tem, impetu plus, quam iudicio, spernunt. 19) Et

lernet. B. 11) Auf der Menge der verſtändigen Seefahrer beruhet der groſſen Inſul Flor und Macht, ihre gantze Forçe beſtehet darinnen. 12) Die Engelländer ſind zu Lande ſo gute Soldaten, als zur See. J. 13) Prius, quam experti sint, quinam cibi ipsorum naturae conueniant, qui noxii sint. B. Sic Tacitus Hist. libr. II. cap. IV. *Inexpertus belli labor*, et cap. LXXV. *legiones ciuili bello inexpertas*, et Annal. libr. I. cap. LIX. *inexperta supplicia*. 14) Auiditas cibi et potus peregrini. J. 15) In Belgium, Hispaniam, Germaniam. J. 16) A. C. cIↄ Iↄ LXXXIX. quae subsidio uenerat *Antonio*, notho *Ludouici*, fratris *Henrici*, regis Lusitaniae, qui tum occupatam a *Philippo II.* Lusitaniam recuperatum, sibique uindicatum, ibat. 17) Vuarum. J. 18) Destruxit, enecuit. Simile exemplum nostra uidit aetas, dum multa millia Anglorum, qui Carolo III. Hispanico regi, subsidio uenerant, morbis, et aestu solis, consumti magis, quam Gallorum armis, perierunt. J. 19) Credere Anglos, persuasosque esse, notum est satis, quod tempus mortis cuiuis homini fato diuino constitutum est, neque, si temerario impetu ruat quisquam,

neque

Et hinc utilissimos militum dixeris, ubi ducum suorum consilio reguntur. Sua autem sponte ruentes, 20) et illa audaciae caligine 21) pleni de se saepius, post funestos exitus, 22) queri, quam de fortuna, debuerunt. 42
In Belgio cum studia partium nuper, 23) et arma, saeuirent, milites Hispanicarum partium aliquot a Batauis capti erant, et suspendio conficiendi, 24) [ita uisum referre uicem hosti, qui captiuos eodem leti genere perdiderat,] sed in omnes saeuire non placuit. Ex quatuor et uiginti [tot enim capti erant] octo ad laqueum destinantur, ceteris incolumitas 25) promissa est. Demissae igitur in cassidem 26) sortes, iussique singuli suum fatum 27) extrahere. Qui tesseram sustulisset nulla nota insignem, periculum effugeret, qui ferali imagine 28) impressam, statim ab infelici arbore 29) penderet. Omnium mentibus ingens periculi imago inerrabat. 30) Quidam praecipue Hispanus 43

neque, si omnem cautionem adhibeat, euitari posse. J. 20) Sine ducum consilio. J. 21) Temeritate, quae obnubilat quasi mentes eorum. 22) Praeliorum. J. 23) Ex his apparet, tempore isto, quum haec scriberet Barclaius, Belgas habuisse inducias cum Hispanis. B. 24) Man wolte ſie aufhencken laſſen. J. 25) Venia uitae, pardon. J. 26) In ein Casquet. J. 27) Schedulam, quae fatum et fortunam cuiusque complectebatur. B. 28) Patibuli, seu crucis. J. 29) *Infelices arbores* dicuntur, quae nullos amplius fructus proferunt. In tales arbores suspendere noxios consuetum fuit. B. 30) Obuersabatur. J.

31) Das

nus uotis lacrymisque misericordiam plurimorum, etiam aliquorum risum, elicuit. Erat in illa sorte ac periculo Anglus e militum uulgo, qui ingenti uitae neglectu accessit ad cassidem, et tesseram, nil cunctatus, eduxit. Fauit sors, erat illa salutaris. 31) Exemtus periculo accedit ad Hispanum, adhuc fatali cassidi manum credere dubitantem, 32) decemque aureis pactus 33) [fides numinis!] iudices rogat, ut, Hispano extra aleam misso, 34) sibi iterum liceat fortunam experiri. Furioso, uitamque tantulis nummis aestimanti, iudices annuerunt, et is rursus felici tessera euasit, non hac gemina modo, sed et simplici, salu-
44 te indignus, 35) quam adeo uilem habuerat. Leges, quibus utuntur Angli, Gallica lingua, sed ueteri, et ab hoc saeculo abhorrente, 36) ii tradiderunt, quos Normannia 37) ad eorum sceptrum trans-

31) Das Glück wolte ihm wohl, er zog ein gutes Looß, behielte das Leben, und ſpielte ſich los. J. 32) Er kunte ſich noch nicht entſchlieſſen, in das Casquet, daraus die Looſe gezogen werden ſolten, zu greiffen. J. 33) Wenn ihme der Spanier zehen Duplonen gäbe, wolte er für ihn greiffen. J. 34) Bath, man ſolte den Spanier gar aus dem Spiele, und nicht greiffen laſſen. J. 35) Er war nicht werth, daß er ſich einmahl, ich ſchweige zweymahl, losgeſpielet. J. 36) Prorsus alia, quam quae nunc floret. J. 37) *Normannia* hodie dicitur illa Galliae Celticae pars, quae *Neustria* olim appellata fuit. Ex huius prouinciae ducibus *Guilielmus Nothus*, quum *Eduardum*, Angliae regem, exulem, humaniter excepisset, hanc ab eo, in regnum restituto, gratiam iniit, ut haeres regni in

transmisit. Paucae illae etiam, et plerumque
ambiguae. De cetero consuetudo, et consulta 45
sapientum, 38) sufficiunt magno aditu 39) ad lites,
et infinitam iudicum potestatem, et arcanum po-
puli ingenium, tanquam Neustricae originis et ha-
bitus retinens, 40) ad subtilitates apertum est, 41)
quae litibus forum implent. Et inde uulgatam
fabulam crediderim, inesse Anglis caudas. 42)
Consuetudinum autem ac legum, quaecunque a 46
maioribus inoleuerunt, 43) adeo patientes sunt,
ut iam olim sancitas rudi adhuc tam peccantium
uitio, quam legum sanctitate, 44) etiam nunc 45)
mutare, aut delere, religio illis sit. 46) Vnde 47
enim,

---

in tabulis testamenti nuncuparetur. *Eduardo* igitur mortuo, *Guilielmus*, cui *Conquaestori* cognomentum fuit, regnum Angliae, pulso *Haraldo*, regni aemulo, occupauit A. C. cIↃ LXVI. Ex eo tempore leges Normannica lingua conditae sunt. B. 38) Iureconsultorum. J. 39) Omni fere occasione. B. 40) Quod ingenium populi Anglicani retinet adhuc omne id, quod ex Neustria suam habet originem, et modum tractandi lites. J. 41) Pronum, facile. B. 42) Angli propter uersutiam suam ioculari prouerbio: VIRI CAVDATI, ipsorum lingua Stertmens appellari solent. B. 43) Traditae sunt, et transmissae ad posteros. J. 44) Quum adhuc tam uitia peccantium rudia et simplicia essent, quam legum sanctitas simplex, et tot subtilitatibus, tricisque caussidicorum et rabularum, nondum subiecta esset. J. 45) His temporibus, quibus tamen et uitia longe plura sunt, quam olim, et maior etiam subtilitas Juris-consultorum. J. 46) Sie machen ihnen ein Gewiſſen, wenn ſie etwas daran

enim, nisi ab hac maiorum incauta bonitate 47)
lex uiget, ut maritus iubeatur prolem agnoscere,
haeredemque habere, anno post, aut amplius, na-
tam, quam ipse ultimo ab uxore discesserit, mo-
do constet interim a Britannicis littoribus in ex-
48 teras regiones non euectum? In Philosophia
autem ac Mathesi, terrarumque et astrorum scien-
tiis, 48) nulla est tam prodigiosa 49) sententia,
quae non ex hac regione autores inuenerit, uel
turbam amatorum, 50) uiuidam 51) quidem, sed
modum curiosae subtilitati, et per innumeras di-
49 sputationes effusae, non inuenientem. Terram
circumagi, non coelum; 52) solem cum siderum
lata serie non inhaerere coelestibus globis, sed et
globos eiusmodi nusquam esse, et, quicquid Phi-
losophi delirauerunt, 53) multi ex his opinantur,
aut credere simulant, tanquam altius, supraque
uulgi ingenium, spiraturi, 54) si uideantur com-
munem sapientiam, 55) ut profanam, uilemque, 56)
negligere, altius in arcana naturae, quae pauci
de-

daran ändern ſollen. B. 47) *Incauta bonitas*, quia per eam iura matrimonii conturbantur. B. 48) Geographia et Astronomia. J. 49) Keine Meynung iſt ſo ſeltſam, ſo wunderlich, ſo paradox. J. 50) Qui amplexentur, et sequantur. B. 51) Satis acrem ad disputandum. B. 52) Quae Copernicanorum sententia est. 53) Delirante uelut ingenio excogitarunt. J. 54) Anglis. J. 55) Veluti id sapere sit supra uulgus. Sic *altum spirans*, Statius libr. V. Silu. III. v. 11. ut Virgilius Aeneid. libr. VII. v. 510. spirans immane. 56) Was iederman gläubet, und für wahr hält, als allzugeringſchätzig und abgebroſchen.

deprehenderunt, intuentes. Sed ut nihil animos magis agit, 57) quam religionis sensus, 58) ita multo acrius eiusmodi disputationibus incumbunt. 50
Nec quicquam in numinis cultu modicum possunt, 59) qualemcunque sibi speciem pietatis persuaserint. 51
Prioribus saeculis aucti opibus homines, in solitudinem et eremum iurantes, 60) adeo, ut opima pars regni, fundorumque, huic pietati concesserit, 61) nimis timido 62) et periculoso 63) uoto, tam illorum, qui dabant, quam eorum, quibus haec ipsa concedebantur, cum illi paene rempublicam exhaurirent, 64) isti autem in luxum se agi tantae fortunae uitio 65) sinerent, mox in inuidiam secum quoque sacra 66) tracturi. 52
Et hanc quidem colendi numinis rationem 67) iam Anglia publice eiurauit, 68) multi autem sic in contrarium diuertêre, 69) ut, 53

ſchen. J. 57) Mouet, impellit. B. 58) Opinio. J. 59) Nihil est temperatum in cultu diuino apud Anglos, nam peccant uel in defectu, uel in excessu. J. 60) Vitae monasticae se deuouebant. J. 61) Die beſten Land-Güther ſind zu den Clöſtern gezogen worden. 62) *Timidum*, quia oriebatur ex timore superstitioso purgatorii et poenarum apud inferos. B. J. 63) Et reipublicae, et monachis, ut ea, quae consequuntur, uerba declarant. 64) Pauperem facerent suis donationibus. J. 65) Tantis diuitiarum accessionibus, quae monasteriis obtingebant. J 66) Omnem religionem propter uitam uitiosam. B. 67) Pontificiam. B 68) Solenni iureiurando abrogauit A. C. cIↄ Iↄ LIX. regnante *Elisabetha*, et A. C. cIↄ Iↄ CV. regnante *Jacobo I.* 69) Abierunt, discesserunt. J.

ut, quo longius a uestigiis patrum 70) absunt, eo
54 se propiores coelo credant. Nec id tamen publico consilio, aut, si deprehendi contigerit, palam inulto, 71) sed elusis per priuatas superstitiones animis, nouamque, ac propriam, et per hoc
55 sibi gratiorem, pietatem fingentibus. 72) Itaque, quos haec cepit superba suauitas 73) praeter ceteros sapiendi, in uaria nomina abierunt, legesque diuersas, non ipsa hominum auctoritate, aut numero, 74) sed pertinacia, sancitas, et, quod miserabili risu dignissimum putes, crudelibus edictis 75) illae sectae inuicem saeuiunt, unos 76) se coelestium rerum participes, exortes ceteros
56 omnes esse. Forte in unam superstitionem consenserat cum duobus liberis pater, e plebe uir, si uulgus

---

70) A Pontificia religione et sententia, quam patres eorum professi sunt. B. 71) Non ea licentia publice permittitur, sed puniri solet, si deprehendatur, esse aliquos, qui nouam introducere uelint religionem. J. 72) Sie bereden ſich ſelbſt in geheim, ihr Gottes=Dienſt und Religion ſey beſſer, heiliger, GOtt gefälliger, als anderer Leute. Haec persuasio infinitam paene sectarum in Anglia multitudinem peperit 73) Quorum animos suauis opinio melioris doctrinae, et maioris sanctitatis, superbos reddidit. B. 74) Non hominum praestantia, nicht als wären es Leute von groſſem Anſehen und Gelehrſamkeit, die dergleichen wunderliche Meynungen auf die Bahne gebracht. *Homo nullius numeri*, id est, *pretii*. *Esse in aliquo numero*. B. 75) Scriptis contentiosis, libellis eristicis, Zanck= und Streit=Schrifften. J. 76) Dicunt enim unos se ac solos saluos in aeternum fore, dissentientes minus.

uulgus intra opum, aut ingeniorum, humilitatem aestimes. 77) Illi tres unam rempublicam, sectamque, faciebant, et saepe non pluribus 78) hae religiones constant. Tandem peruicacius inter se de diuina re agentibus, 79) decessit primum a filiis pater, non quod meliora sentiret, sed diuersa, 80) et ab illis de communione sanctorum [nam sic nugatores dicebant] eiectus est. Porro sancti non his alii, praeter seipsos, 81) erant. Mox autem et discissis mentibus, 82) alter fratrum alterum a coelesti consortio exclusit. Sic de angusta ecclesia, et trium hominum numero definita, tres quoque ecclesiae natae sunt, prodigioso scelere, et in amentiam prono. Nec perfuncto- 57
rie 83) uesani pro somniis suis 84) pugnant. 85)
Nouae indies sectae rapiuntur ad tribunal, in qui- 58
bus nihil simile, 86) praeter unam contumaciam,
iudices uident. Foeda, indigna hominibus sen- 59
tiunt. Non ullius praeeunte uestigio 87) errantes

nus. J. 77) Si illos referre ad uulgus uelis, qui aut pauperes sunt, aut indocti. J. 78) Personis. J. 79) Da ſie nun einsmahls in einen Religions-Streit geriethen, und ieder auf ſeiner Meynung beſtändig bliebe. 80) Quod diuersam habebat sententiam. J. 81) Hi duo fratres neminem, praeter se ambos, sanctum putabant. J. 82) Discordantibus etiam horum fratrum animis. B. 83) Obiter et leuiter, sed uehementer. B. 84) Pro defendendis suis de religione opinionibus, quae rectius somnia uigilantium dici possunt. J. 85) Disputando per libellos, et in iudiciis. B. 86) Constans ac stabile ex omni parte opinionum. J. 87) Nullo auctore

tes sibi, quid credant, autores sunt, 88) non tormenta perhorrescunt, non salubribus consiliis, aut prudentiae, acquiescentes, 89) igne quoque
60 consumti, seipsos furori suo litant. 90) Iam uero peregrinis, cum hoc populo agentibus, ingens cautio esse debet, ne ex paucis, ac fortasse plebeiis, totam gentem aestiment. Sed neque instituenda est ratio, qua mores tam diuersos ex-
61 cipiant. 91) Ferox uulgus, ubi uino, aut ira, incaluit, nonnunquam superbiam, tumoremque,
62 in hospitum iniuriam uertit. 92) In tanto turbine animorum 93) eos per aemulae superbiae contumaciam lacessere uelle, 94) paulo aliquid supra dementiae malum esset. 95) Nec tunc quidem tempestiuum est tuam causam fidentius orare in

---

ac suasore inducti. J. 88) Ipsi confingunt sibi ex ingenio religionem publicam, priuatamque. J. 89) Sic Seneca Ep. XXIV. ad Lucil. *Acquiescas spei blandae*, et Suetonius in Tiberio cap. XXXI. *honori acquiescere*. 90) Furore mentis correpti, se ipsos potius igne comburi patiuntur, quam de sententia sua discedant. B. 91) Perferant. Sie dürffen aber auch nicht lange überlegen, wie ſie ſich in ſo mancherley Sitten und Weiſen finden wollen. J. 92) Der Pöbel, wenn er ſich beſäufft, bindet gerne mit Frembden an, und will mit Schraub-Reden zum Ritter an ihnen werden. 93) Furore, aestu, *calore*, ardore animi, bey dergleichen Grimm, den ſie verführen. J. 94) Wenn ihnen iemand mit gleichem Trotz, Hohn, und Verächtlichkeit, begegnen wolte. B. 95) Er handelte mehr, als thörlich, er müſte gantz raſend ſeyn. B.

96) Ne

in saeuo, aegroque, tumultu, 96) multo minus 97) magnitudinem animi ostentare, defensionem meditantis. 98) Leni et placido questu 99) melius 63
exarmaueris 200) irruentes. Ignobiles 1) preces erunt, quibus primum aestum mitigabis in furorem euntium. Nam hic torrens, si nullo obice irritetur, momento languebit. 2) Et haec qui- 64
dem timidae prudentiae 3) cautio adhibenda, ubi in oppidis, agrisue, multitudo in aduocationem 4) eorum, qui in te primi desaeuiunt, aut concurrit, aut timeri certe potest. In solitudine 5) au- 65
tem,

96) Ne tum quidem commodum erit defendere caussam suam liberius, quum adhuc mens aduersarii aegra est indignatione, odio, uino, aut quocunque concepto dolore, qui animum perturbat. B. 97) Tunc opportunum ac tempestiuum est. J. 98) Seine Brauour und Hertzhaffiigkeit ſehen laſſen, und auf Rache, oder ſeine Beſchützung dencken. J. 99) Wenn man mit allem Glimpff und Freundlichkeit Beſchwerung führet, und ſich über ihre Zunöthigung, da man ihnen doch keine Gelegenheit darzu gebe, beklaget. 200) Arma quasi eripies hosti, et ipsum mitigabis, du wirſt ſie beſänfftigen. B. 1) Preces oportebit esse humiles, quibus mitigare uelis furere et grassari in te incipientes. J. 2) Haec iracundia, quae rapido torrenti similis est, mox residebit. B. 3) Timida prudentia, quum simulamus metum, ut nostrae saluti et utilitati prospiciamus. B. 4) In auxilium. B. *Aduocatio* comitatus aduocatorum proprie est, apud Liuium libr. III. cap. XLVII. Sed est etiam officium, quod praestat clienti caussarum patronus. Conf. Plinius libr. I. Epist. XXII. 5) Extra oppida et pagos, in locis solitariis. J.

 6) Com-

tem, et ubicunque non impari certamine potes
ingruentes refutare, 6) tunc exercenda est, saltem
ad speciem, 7) uis animi, contumelias non feren-
tis, qua terrebis non uera uirtute 8) insultantes, et
66 iniuriam pati tam idoneos, quam inferre. 9) Ma-
gistratus porro, ac iudices, peregrinorum questi-
bus faciles, 10) haud inultam popularium in il-
los 11) iniuriam ire sinent, si modo non pecca-
uerit multitudo, quam accusari pronum, 12) ple-
cti autem ubique difficile, et, ut plurimum, ne-
67 fas. Et adeo hospitalia 13) tribunalia in ea gen-
te erecta sunt, ut, siue insons externus actor 14)
sit, fauentes iudices habeat, siue uno crimine reus
cum indigena ciue, ad uirgas, furcamue, 15) de-
stinato, ipse 16) interdum nihil acerbius iubea-
68 tur, quam e Britannia excedere. Patriciis quo-
que animus ad excipiendos peregrinos sponte fa-
ctus, 17) et famam illius comitatis cum honesto
ambitu quaerunt, ut neminem possit peregrina-
tionis Britannicae poenitere, nisi auersis, incul-
tisque,

6) Compescere. Sic Cicero de Prouinc. Cons. *Refutare bello*. B. 7) Wenigſtens zum Schein. J. 8) Non uera fortitudine, sed quadam animi leuitate inductos. B. 9) Graeca construendi sermonis ratio. Latinius: *Ad iniuriam perpetiendam*, et *inferendam*, *idoneus*. B. 10) Qui peregrinorum querelas facile audiunt. J. 11) Anglorum in peregrinos. J. 12) Facile est plebem accusare. B. 13) Aequa et iusta peregrinis, da den Fremden gerne beygeleget wird. B. 14) Ein Fremder, der die Klage anbringet. J. 15) Patibulum. J. 16) Peregrinus, et externus actor. J. 17) Es iſt ihnen gleichſam angebohren, es iſt ihr Natu-

tisque, moribus in barbariem natum, 18) aut indignum, qui optimatum consortio misceatur. Cum his tamen, qui sui fastigii grauem cultum 69
ipso gestu, atque uerbis, magnifice adornant, 19) ex aduerso componendus est gradus 20) ad certamen maiestatis, 21) ne te forte aut ex sua grauitate, aut ex tua oratione, aestiment, quae non, Italicae, Gallicaeue, humilitatis more, demittenda est. 22) Euilesces alioquin apud homines non assuetos huic generi humanitatis, per alternas blanditias mentientis. 23) Britannia in Septen- 70
trionem excurrente, Angliam Scotia excipit, inclyta sceptro supra fidem et aetatem regnorum ceterorum, 24) quippe uiginti iam saeculis 25) sui

---

Naturel. J. 18) Frequentius *ad*, *natus ad bellum*, *ad res praeclaras*. 19) Die ihre Grandezza in Acht nehmen, und groß, oder grauitätiſch, thun. B. 20) Man muß eben die Art, die ſie brauchen annehmen, und eben ſo groß thun. *Componere gradum* proprie usurpatur de pugilibus, et significat: ſich ins Lager legen. Contra *deiicere de gradu*, aus dem Lager bringen. B. 21) Quasi de maiestate foret decertandum. B. 22) Du muſt dich nicht ſo verbücken, noch ſo viel unterthänige Diener machen, wie die Italiäner und Frantzoſen. 23) Du wirſt ſonſt bey Leuten, die dergleichen Complimenten, dabey das Hertz nicht iſt, ungewohnet ſind, verächtlich. 24) Quae inde ab antiquissimis temporibus regnum fuit. J. 25) Numero hic rotundo usus auctor est. Nam quum haec scriberet, nondum exacta erant XX. saecula, sed tantum anni cIↃ IↃ ccccxxxiv. *Fergusium* enim, quem paulo post nominat primum Scotorum regem, cccxxx. annis ante Christum natum coepisse

sui imperii fortunam in unius familiae 26) haere-
71 ditatem seruauit. Centum et octo reges 27) a primo Fergusio in Jacobum Britannicum 28) numerantur, qui, tot regibus Anglicam nobilitatem addens, 29) nunc primum 30) uno imperio
72 omnes insulae partes iunxit. Scotis animus ad humanae consuetudinis culturam facilis, 31) corporis habitus supra multas gentes, ceteraque cum Gallis communia, praeter soli ubertatem. 32) Nam

coepisse regnare, Scoticarum rerum scriptores tradunt. B. 26) Stuarticae, ex qua natus est *Jacobus VI*, B. 27) Sequitur enumerationem *Georgii Buchanani*, non *Hectoris Boëthii*. Illi *Jacobus V*. auus maternus *Jacobi VI*. centesimus sextus est, huic quintus et centesimus. *Jacobo* autem *V*. filia *Maria*, *Mariae Jacobus VI*. successit. B. 28) *Jacobum VI*. Scotiae regem, Henrici VII. Angliae regis, ex *Margaretha*, filia natu maxima, *Jacobo IV*. Scotiae regi nupta, abnepotem, qui, quum rex Angliae a moribunda *Elisabetha* designatus esset, eamque cum Scotiae regno coniunxisset, sub nomine Magnae Britanniae, recte *Britannicus* dictus est. B. 29) Erat enim *Jacobus VI*. *Elisabethae* reginae consanguinitate iunctus, amitae uidelicet eius pronepos, ut paulo ante commemoratum est. Anglicam igitur nobilitatem, et ius in regnum Anglicum, haereditate, uelut traditum a proauia, *Margaretha*, *Henrici VII*. regis Anglici, filia, sorore natu maxima regis, Henrici VIII. patris *Elisabethae*, habuit. B. 30) Ab A. C. cIↄ Iↄ ciii. quum succederet *Elisabethae*, et tum uere A. C. cIↄ Iↄ civ. quum uno *Britanniae* nomine utrumque regnum iungeret. 31) Sie haben einen guten Umgang, ſind gar leichtlich zu gewöhnen, daß ſie gute Compagnions werden. 32) Galliae ubertas enim longe

Nam regio ad Septentrionem porrecta, 33) nec 73
frumento ubique idonea, multis locis steriles
montes habet, neque illos saltem nemoribus in-
dutos, praeterquam ea plaga, quae, horridius in
coelum exsurgens, siluestre et barbarum cogno-
men incolis suis fecit. 34) Fortissimae tamen 74
genti multum cibum de auium, ferarumque, ar-
mentorum etiam, et gregum, frequentia natura
parauit. Trecentorum ceruorum, aut amplius
agmen uidere non insuetum. Multo plures in- 75
colarum industria cogit ad uenantium procerum
uoluptatem. 35) Neque ex patriis bonis desunt, 76
quae, aduectis exterarum gentium mercibus, ad
necessarios usus permutent. 36) Sed inopiam
aeris nullo artificio emoliuntur. 37) Sic in pa- 77
tria facillime 38) degentes, etiam numerosis clien-
tibus graues, 39) non in exteris locis simili cul-
tu, et fortunae suae pari, uiuere possunt. 40)
Nulli

longe praestantior est, quam Scotiae. J. 33) Nord-Hoch- oder Berg-Schottland. J. 34) Ideoque aërem inclementiorem, et situm horridum, habet, et incolis nomen fecit, die Wilden- oder Berg-Schotten. 35) Necessitas parandi uictum adigit Scotos ad uenandi studium, quod proceres in uoluptatibus ponunt. B. 36) Habent Scoti etiam in sua regione multa, quae cum exterorum mercibus permutent. 37) Parum habent pecuniae, nec auertunt a se istam inopiam ullo artificio. Sie treiben kein Handwerck, damit ſie Geld verdienen könten. B. 38) Paucis sumtibus. B. 39) Multo comitatu stipati incedunt, multos habent famulos, ſie machen mit vielen Bedienten groſſen Staat. B. 40) Auſſer

78 Nulli tamen magis memores suae stirpis, 41) adeo ut familiae decus malint interdum sua paupertate foedare, quam supprimere intempestiuos titulos, et suae cognationis parumper obliuisci. 42)
79 Nam in regione uirorum foecundiore, quam frugum, necesse est clarissimi sanguinis multos in egestatem nasci, quibus per diuersa terrarum 43) quaerentibus opes [nec enim alii fide, aut industria, praecellunt] 44) et ad praeconia suae nobilitatis obstinatis, 45) saepius audientium risus,
80 quam lacrymae et fides, accessit. 46) Ipsam autem regionem, in se quoque animosam, 47) passim inimicitiae exercent, supra fas humanita-
81 tis, aut odii, etiam saeuae. 48) Quippe, per familias et cognomina discreti, suarum gentium 49) principes 50) habent illos, qui in antiquissimam familiae haereditatem successerunt. 51) Eos ita ob-

dem Lande, an fremden Orten, können ſie, aus Mangel des Geldes, ſolchen Staat nicht führen, als wohl ihr Stand erforderte. B. 41) Nulla gens maioris facit suam nobilitatem, quam Scoti. J. 42) Nobilitatem. J. Sie wollen lieber in ſchmählicher Armuth, ihrem Adel zum Schimpffe, leben, als ihnen etwas an prächtigen Tituln vergeben, oder nur etwas damit zurücke halten. 43) Loca. J. 44) Praestant Scotis. J. 45) Dum saepius iactant nobilitatem suam, licet pauperrimi sint. J. 46) Saepius irridentur ab audientibus, ob iactatam nobilitatem, quam commiseratione digni iudicantur. J. 47) Incolas regionis, μετωνυμικῶς, qui in se ipsos haud raro solent furere. J. 48) Die gantz unmenſchlich ſind. 49) Familiarum. J. 50) Geſchlechts-Aelteſten. 51) Welche das Großväterliche Erb-Guth angenommen.

obseruant, ut uix patriae charitas maior sit, et ad
ipsos laesi confugiunt, patrocinio, uiribusque,
suae familiae usuri. Ita saepe modica iurgia, et 82
inter obscuros, 52) magnis et indignis motibus
suffecerunt, 53) dum utrinque iurgantes, apud il-
los suae gentis principes dequesti, 54) priuatas
contumelias in ipsarum familiarum iniuriam uer-
tunt. Neque rem modico sanguine peragunt, 83
interdum in agmen, et ueluti aciem, coacti de-
saeuiunt, et insita inimicitiarum uis in haeredes
quoque abit. 55) Caedem caede repensare de- 84
corum, 56) incendia alternis ignibus uindicant, 57)
nec aperto tantum Marte, insidiis, fraudibus, agunt.
Nihil turpe, aut ignobile, satianti oculos inimico-
rum malis. Et haec pestis 58) saepe optimates euer- 85
tit, siue inter eiusmodi arma extinctos, siue fre-
quentiam stipatorum 59) [nam suspectam uim
inimicorum ita submouere necesse est] sera in-
opia, distractisque fundis, luentes. 60) Etiam, 86
quod

men. 52) Inter homines ignobiles orta. J. 53) Saepe occasionem dederunt magnis et turpibus seditionibus. J. 54) Vehementer conquesti. B. *Dequestus* poëtica uox, Statio inprimis, et Valerio Flacco familiaris, et a Sidonio Apollinari passim adhibita. 55) Propagatur. J. 56) Ipsis esse putatur. J. 57) Ita, ut hostis sui aedes incendant uicissim, ut ulciscantur illatum suis aedibus incendium. J. 58) Barbara haec et damnosa consuetudo. B. 59) Militum, quos secum habebant. J. 60) Sie haben die Nachwehen ihres haſtigen Zorns empfunden, da das Armuth hinten hernach kommen, und ſie ihre Güther, Schulden halben, verkauffen müſſen.

quod ut plurimum regio arboribus caret, quidam putant illorum odiorum facinus esse, 61) dum aduersis facibus inimicorum siluas cremant, 62) et priuatis iniuriis uastitatem patriae
87 faciunt. 63) Sed haec olim deflenda dolentius, 64) cum indies ista arma saeuirent. Nunc placidis rebus, quam sentire meliora, tam licet augurari. 65)
88 Quanquam enim tantum nefas submouere non fuit in ueterum regum manu, proceribus fide clientum, numeroque, ferocibus, 66) tamen patriae suae hoc demum Jacobus Britannicus bene-
89 ficium dedit. Is cum adhuc uni Scotiae imperaret, hanc publici mali causam habuit in praecipuis regni curis. Sed pigebat illi pesti per partes, et plerumque inutili solicitudine, occurrere. 67) Nec enim poterat ullis iurgiis uera pax statui, nisi simul omnia componerentur, cum exempla eiusmodi criminum, illisque uenia necessitate temporum frequens, 68) omnes solicitarent

müſſen. J. 61) Ortum ex saeuientibus istis odiis. B. 62) Hostilibus facibus alter alterius siluas cremant. J. 63) Ihrer perſönlichen Fehde wegen thun ſie dem Vaterlande ſo groſſen Schaden. J. 64) Maiori dolore. Ciceronis uox passim DOLENTER, DOLENTIVS. B. 65) Nunc, dum placida sunt omnia, possumus, ut meliora sentimus, sic sperare, hanc pacem fore diuturnam. J. 66) Weil ſich die groſſen Herren allzuſehr auf die Treue und Menge ihrer Unterthanen verlieſſen. J. 67) Taediosum erat regi extinguere has turbas in singulis, quippe quod fere optato fructu carebat. J. 68) Weil man vieles muſte gehen laſſen, wie es gienge, kunte man wegen

tarent ad parem audaciam, saltem ne timidas, aut
degeneres, iras gessisse uiderentur. 69) Semel 70)
itaque, et in perpetuum, placuit haec odia abo-
leri. Ipse rex eorum rationem iniuit, 71) quo- 90
rum familiae, et rixae, eminebant. Precibus, et
auctoritate, fractos partim per se, partim per se-
natus sui delectos, 72) ita reconciliauit, ut uix
amplius in tota regione tam assueti facinoris acer-
bitas nominaretur. 73) Ingens opus, nec a sa-
pientissimo et diligentissimo rege, nisi multo
tempore, et mira felicitate, absolutum. Iam bi- 91
ennium erat, ex quo pacauerat Scotiam, cum ad
Angliae successionem uocatus est, 74) ingenti
auspicio ad hanc nouam Scotorum sanitatem, 75)
quippe tot uiribus 76) auctum regem, nunc uero
et salubri metu colentium. 77) Scotis praeceps 92
ad omnia animus, quae spes semel persuasit, cui
maxime credunt. 78) Iracundia in promtu, sed
quam

wegen damahliger Umſtände der Zeiten nicht helffen, oder ſtraffen. J. 69) Zum wenigſten wolten ſie nicht für feige Memmen und verzagte Bärnhäuter gehalten ſeyn. 70) Auf einmahl. J. 71) Eorum uires expendit. J. 72) Durch eine Deputation vom Parlamente. J. 73) Daß man nach der Zeit von ſolchen Befehdungen in gantz Schottland weiter nichts gehöret. 74) Quod factum est A. C. cIɔ Iɔciii. mortua *Elisabetha* regina. Itaque pacauit Scotiam A. C. cIɔ Iɔci. B. 75) Quae successio bonum omen dabat ad restituendam Scotorum concordiam. J. 76) Duobus regnis, Anglico et Hibernico. 77) Sie hatten nun eine recht heilſame Ehrfurcht vor ihn. J. 78) Sie ſind allzuhaſtig, wo ſie nur die geringſte

Hoffnung

quam facile post primos impetus mitigant. 79) Quaerere opes, quam seruare, meliores, 80) siue, quod indoles fortuna sua maior inconsultae liberalitatis impetu laborat, 81) amatque opulentiae famam, siue, quod patriae more decepti, ubi ad nummos peruenerint, qui in Scotia felicitati sufficerent, 82) iam de inopia sunt securi, nesciuntque in unaquaque regione cum auri argentique frequentia sumtus quoque et rerum pretia conuenire, 83) ut nec facile ingens pecunia quaeri possit, nisi ubi effusissime solet expendi. 84)
93 Animi illis in quaecunque studia inclinant, mirifico successu inclyti, ut nullis maior patientia castrorum, uel audacia pugnae, et Musae nunquam delicatius habeant, 85) quam cum inciderunt in Scotos. Etiam urbanis negotiis pares, ad omnis fortunae, uitaeque, genera suam in-
94 dustriam aptauêre. Vagis porro, nec ex dignitate

Hoffnung vor ſich ſehen. J. 79) Erzürnen ſich leichte, werden auch gleich wieder gut. 80) Graeca struendae orationis ratio. Latinius dicitur: *Ad quaerendas opes et seruandas meliores.* 81) Plus habent generosae indolis, quam fortunarum, adeoque liberalitatem tantam exercent, quantam non patiuntur eorum tenues opes. 82) Sufficere possent ad uitam feliciter agendam. J. 83) Ita quidem, ut, ubi parum pecuniae est, pretia rerum sint exigua, grandia contra, ubi pecuniae multum. J. 84) Es iſt nirgends viel Geld zu erwerben, ohne wo viel verſchwendet, oder verthan wird, wo groſſer Aufgang, groſſe Consumtion iſt. J. 85) Nunquam felicius tractentur. Videtur autem illam laudem Barclaius Scotis tri-

tate peregrinantibus, adeoque non alia nitentibus ope, quam ut suae gentis hominum, qui in externis regionibus sibi diuitias peperêre, ineant domos, exigantque uelut patriae uectigal, nihil est superba mendicitate deterius. 86) Insula 95
Britannicae plagae uicina, sub eodem imperio, Ierna antiquis, mox Hibernia, 87) appellata, spatiis ingentibus diffunditur, nauibus commoditate portuum facilis, neque ex quorundam incolarum illuuie 88) aestimanda. Quippe multa 96
felicitate colonos ex Anglia Scotiaque, inuitat, humenti quidem coelo, sed salubri, et quod animalia ueneno infesta impune non hauriunt. 89)
Lacerti, 90) bufonesque, ibi delati 91) non uiuunt. 97
Exportatae arbores 92) nullo situ concipiunt uermes, aut incuria araneas admittunt, quanquam

tribuisse, quoniam ipse Scotus erat. B. 86) Nihil deterius est superba mendicitate eorum Scotorum, qui passim circum uagantur. J. 87) Irrland. Iuuenali et Pomponio Melae JVVERNA, incolis ipsis ERIN, appellata. Fuerunt olim *Hiberni* sub regulis, seu Principibus, pluribus, usque ad Henricum II. Angliae regem, qui A. C. cIↄ cLIV. regnare coepit, et primus A. C. cIↄ cLXXI. eo colonias deduxit, insulaeque huius principatum sub *Dominii* titulo obtinuit, quo et sequentes reges usi sunt, usque ad *Henricum VIII.* Elisabethae reginae patrem, qui demum, ab ordinibus Hiberniae rex declaratus, hoc nomen ad successores suos transmisit. B. 88) Sordibus, sordido uitae genere. B. 89) Quippe quae moriuntur, simul ac in Hiberniam fuerint transportatae. J. 90) Eydexe. J. 91) Ex aliis regionibus. J. 92) Gefällete, und hinweggeführte Bäume.

quam et suas Hiberni araneas, sed illas innoxias,
98 habent. Westmonasterii ampla sedes, 93) ubi ius litigantibus dicitur, ex illis siluis trabes accepit, et effícta multa arte tabulata. 94) Mirum dictu, araneis circum parietes 95) pendentibus, uix ligno tam sordidae texturae filamenta adhae-
99 rescunt. Hibernis, qui ab oppidis, cultuque, 96) recesserunt, mira cuiusuis aëris, cibique, patientia, paupertatis longo usu. 97) Victu parabili, semicruda fera, 98) uel boue, 99) satiant famem, cibum temperant lacte, fragiles domos ad altitudinem hominis 300) excitant, sibi, pecorique,
100 communes. Et hoc in illa gente mirum. Amor desidiae reliquas gentes emolliit, 1) Hibernos durauit 2) ad bella. Quippe per ignauiam fertiles campos illis colere, ac serere, paene ignotum.
101 Pabulo et telluris genio 3) ad armentorum alimenta contenti sunt. Artificia quoque non exercent, tanquam maculantia nobilitatem, quam tantopere iactant. Ita turpi otio exigunt uitam, et

Bäume. B. 93) Curia regia, das Parlament-House und Westmunster-Hall. J. 94) Geſchnitztes Tafel-Werck. J. 95) Saxeos. B. 96) Elegantiori, quae in urbibus est, uita. J. 97) Weil ſie des armſeligen Lebens von langer Zeit her gewohnet ſind, können ſie alle Speiſe und Witterung vertragen. 98) Ferina carne B. 99) Carne bouina. B. 300) So lang ein Menſch iſt. J. 1) Molliores et effoeminatiores reddidit J. 2) Duriores, et molestiis ferendis pares, effecit. J. Sic Tacitus Hist. libr. IV. cap. LIX. *Ad omne facinus duratus.* 3) Natura benigniore telluris, seu fertilitate natiua. B.

4) Fre-

et incommoda ex ea barbarie frequentia 4) pa-
tientia, quam laboribus, malunt repellere, tanta-
que est ignoratio deliciarum, ut nec sentiant ma-
la. 5) Simplici ueste imbrem, et frigora, tole- 102
rant, uenatibus ad celeritatem perueniunt, feris
parem. 6) Fessis, uel nocte deprehensis, 7) hu- 103
mus sufficit, contectosque niuibus, uel imbre
diffluentes, prius saties quietis, quam coeli iniu-
riae, excitant. 8) Pulchra fortitudinis, bellique,
rudimenta, si non ex tam foeda segnitie! 9) Et 104
has sordes ne in pace quidem excutiunt commu-
nione Anglorum, uel aemulatione Hispanici mo-
ris, 10) uitamque tot malis 11) horrentem, ueluti
curis uacantem, diligunt, improba 12) libertatis
specie capti, quae per diuersas fraudes uariis gen-
tibus illusit. Illis 13) animus ad sua uitia obsti- 105
natus, labori auersus, 14) et per hoc omni fru-
gi, 15) acer ad furtum, et praedam, omnemque
labo-

4) Frequenter orientia. J. 5) Incommoda paupertatis. J. 6) Celerrime discunt currere, ut cum feris ipsis certent uelocitate, propter frequentem usum uenationum. J. 7) Wenn ſie von der Nacht überfallen werden. B. 8) Es mag ſchneyen, oder regnen, wittern, und ſtürmen, wie es will, wachen ſie nicht eher auf, bis ſie ausgeſchlaffen. B. 9) Hac ratione ad patientiam laborum bellicorum egregie durarentur, nisi id facerent ex segnitie. J. 10) Quamuis cum Anglis uiuant, uel Hispanorum mores aemulentur J. 11) Paupertate scilicet ac sordibus. B. 12) Noxia et inconsulta. B. 13) Hiberniae incolis. J. 14) *Auersus* cum casu tertio. Sic Quintilianus libr. VII. cap. II. *Iudex reliquorum defensioni auersus.* 15) Ab omni honestate et innocentia ui-

laborem, qui uenationem imitatur. Et haec
106 quidem ignauae plebis mala. 16) Optimates sincera fide multi eximios animos dignis suo ordine uirtutibus excolunt. Etiam, qui in urbibus degunt, aut amoenioribus plagis, non mediocri hu-
107 manitate adornantur. Ita probant, 17) feram illam populi partem, sua sponte barbaram, non insulae fato, in illa uitia factam esse. 18)

CAPVT

tae. B. 16) Vitia sunt. J. 17) Suo exemplo comprobant, seu ostendunt. J. 18) Non propter situm, aut aërem insulae, nasci hoc ingenio, in haec uitia. B.

# CAPVT V.

## *Germaniae ritus, et Belgii, cui hodie Germaniae inferioris nomen.*

RHenus flumen, ab Alpium 1) radicibus per 1
Belgarum fines Oceano illabens, quam olim
incipiebat Germaniam, 2) hodierna imperiorum,
nominumque, mutatione auctam, interfluit. 3)
Ampla regio, et a Gallia, Alpibusque, ad Sar- 2
matas, et Pannones, 4) pertingens, in diuersos
principes et respublicas distributa est. Olim sil- 3
uis, et incolis, fera, 5) nunc oppidis passim in-
signis, nemoribus quoque, quibus immensis te-
gebatur, ad usum decusque castigatis. 6) Vi- 4
tem alit, 7) qua in primam excurrit Italiam, 8)
supraque inumbrantes Rhenum colles, in Panno-
niam quoque declinans, 9) et aliquot praeterea
locis, ubi humus propitiis collibus, 10) uel tepo-
re fluminum, 11) mitigatur. Multa deinde abiete 5
in

1) Montium, qui Heluetiam et Rhaetiam, atque adeo Germaniam, ab Italia separant. B. 2) Rhenus olim fines Germaniae constituebat. J. 3) Adeoque non amplius limes est Germaniae, sed eam diuidit in Cis-Rhenanam et Trans-Rhenanam. B. 4) Polonos et Hungaros. B. 5) Inculta, horrida. B. 6) Excisis, coërcitis. Est enim *castigare* idem ac *cohibere*, *coërcere*. Sic Cicero Tusc. Quaest. libr. II. *Castigare dolorem animi*, Liuius libr. XXXIX. cap. XXV. *equum tenacem, non parentem, fraenis asperioribus castigare.* 7) Gignit, profert. Man bauet Wein daſelbſt. B. 8) In Rhaetia, Tyroli. J. 9) In Austria. B. 10) Frugiferis ac fertilioribus. B. 11) Te-

in montibus, siluisque, frigentis plagae arena
6 abundat. Paene mediam Ister intersecat, in Europa fluminum princeps, maremque 12) alueum in annuorum pontium ruinam attollens. 13) Ripas amnis celebres quidem urbes, sed paucae, nec
7 pro fluminis nobilitate, insigniunt. 14) Rhenus, Albis, et plerique deinde iam ab antiquo celebres fluuii, totam, quam lata est, Germaniam
8 permeant. Regio diuersoriis non inculta, qua Alpes latus tegunt, 15) totoque Istri cursu, et qua labitur Rhenus, Moenusque, et Mosella, tanti flu-
9 minis incrementa. 16) Eadem, 17) qua ad Oceanum spectat, 18) aut introrsus a praecipua, ac publica, uiarum celebritate diuertit, 19) squalentibus hospitiis, totoque uiuendi genere, multum sui illius genii retinens, quem antiqui scriptores notauerunt. 20) Vrbes tamen non indignae sua fama,

---

pidiore aqua. J. 12) Masculum, strenuum, rapidum. B. Sic *mares animos* pro *masculis* dixit Apuleius libr. III. Metamorph. et Horatius Art. Poët. v. 402. 13) Sic excrescens, ut pontes, quibus iungitur, quotannis tollat, eosque refici oporteat. B. 14) Qua ratione id asserat Barclaius, non uideo. Magnae enim et nobilissimae urbes adiacent Danubio, Vlma, Neoburgum, Ratisbona, Passauium, Vienna, pluresque aliae insignes. J. 15) Qua Italiae adiacet. B. 16) Moenus scilicet ac Mosella Rheno miscentur, ille quidem ad Moguntiacum, hic ad Confluentes, bey Coblentz. B. 17) Germania. J. 18) In Saxonia inferiore, Megalopolitanis terris, Pomerania. 19) Qua publicae uiae celebriores nullae sunt. J. 20) Praecipue Tacitus de Moribus

fama, foro praecipue, compitisque ad mundi-
tiem exactis, porrectis quoque domibus in altum
et aequale fastigium, et fragilem materiam 21)
celante pictura. Interiora aedium non pari arti- 10
ficio ad usus aptata sunt. Lectos sternunt in se- 11
mota, ac plerumque obscura, aedium parte. Ca- 12
minis ut plurimum non utuntur. Fornaculas
ad leuamen frigoris malunt, quas intextas 22) tri-
cliniorum parietibus pro conditione aëris 23)
ignibus complent. Sed hic calor plerisque ad-
uenarum molestus est, quod et capita inexper-
tis 24) uaporibus grauet, et illinc in publicum
prodeuntibus laxum 25) corpus, atque omnis au-
rae 26) impatiens, exhorreat. 27) Praeterea, si 13
remittere ignis incepit, hoc genus hypocausta in-
gratis odoribus spirant, ea maxime, in quibus
conuiuantur, ubi expressae, confusaeque, tot da-
pium nebulae exaestuant, 28) uino quoque, ut
illic assolet, quam epoto, tam effuso. Neque in 14
hypocaustis modo, sed et in ceteris thalamis 29)
quoque atque tricliniis, foeda multis Germano-
rum et confusa rerum incuria. 30) Ideoque ad-
uenis

Moribus Germaniae. B. 21) Lignum, ex quo construuntur aedes. J. 22) Angefüget, angebauet an die Wände der Stuben. J. 23) Nachdem es kalt, oder warm iſt. J. 24) Insolitis, quibus non assueti sunt peregrini. J. 25) A calore, da die Schweiß-Löcher alle durch die Wärme eröffnet ſind. J. 26) Frigidioris scilicet. J. 27) Bekömmet leichtlich Schauer, und erſtarret von Kälte. J. 28) Wo es ſo ſtarck nach den Eſſen riechet. J. 29) Schlaff-Zimmern. J. 30) Da liegen vielerley Sachen unordentlich unter einan-
der.

uenis in haec penetralia admissis aër grauis. 31)
15 Immensa cupiditas potus, iam confesso 32) uitio,
ideoque magis libero, illam gentem infestat. Nec
ad uoluptatem tantum haec Thracica libido 33)
est, sed in parte comitatis, et paene disciplinae, 34)
16 Venalis quorundam principum gratia pretio tam
infami, 35) siue quaerentium comites uitiorum,
siue legatis, aduenisque, hospitalem parantium
17 mensam. 36) Nam Germani nulla comitate
suauius, quam longo, nec sobrio, 37) conuiuio
peregrinos credunt excipi, et tunc uerissimam ab
ipsis hospitibus beneuolentiam in se expromi,
ubi mutuis poculis inundari 38) non abnuunt. Id
illic 39) summa urbanitas, et coëuntibus prima
18 amicitia animis in foederis locum. 40) Forte
stipendiarium e Germania militem tribuni in
Gallias,

der. J. 31) Occurrit. J. 32) Nec enim Germani illud dissimulant amplius. J. *Confessus* passiue, ut in illo Ciceronis Act. V. in Verrem: *Vt omnes intelligant, quam improbam, quam manifestam, quam confessam, rem pecunia redimere cogantur.* 33) Apud Thraces barbara magnos epotandi scyphos consuetudo erat, Horatius libr. I. od. XXVII. Inde *Thracica libido*. B. 34) Propemodum redacta est in formam disciplinae et artis. J. 35) Potandi libidine ac principatu. J. 36) Siue ipsi desiderent crapularum socios, siue cupiant excipere hospitali coena legatos exterorum principum. J. 37) Sed quo ad potandum et ebriositatem inuitantur. J. 38) Obrui, perfundi, inebriari. J. 39) In Germania. J. 40) Est. Sie machen dabey Brüderſchafft, wenn ſie auch nur das erſtemahl mit einander bekannt werden. J.

41) Qui

Gallias, et ipsi Germani, 41) adduxerant, regi 42) operam suam nauaturi. Ex his unum uir inter Gallos clarissimus uocauit ad coenam, gnarus utique, quam pretiosum esset amicitiae pignus, quod bibendo cum Germanis sancitur. Itaque hominem largiori potu inuitauit ad hilaritatem conuiuii. Crebrae poculorum formae, 43) et bibendi rationes, 44) commeabant, cum Germanus, siue in experimentum beneuolentiae, quam hospes praeferebat, siue quod, languidum in bibendo certamen auersatus, 45) strenuam uictoriam quaerebat, lacessito 46) Gallo praeit, exsiccatque ingentis modi 47) scyphum. Neque Gallus conterritus, mirantibus nobis, surgit, et, ut scias, inquit, te in amicum incidisse, non modo conditionem, quam fecisti, 48) non recuso, sed, ecce! et in benignissimam litem mutua uice lacesso! 49) His dictis, poculum primo, in quod erat prouocatus, perpetuo spiritu haurit, 50) idemque iterum, ingesto mero plenum, in hospitis gratia, 51) iam tumentibus membris, 52) infundit. Delectatus

41) Qui ipsi quoque Germani erant. J. 42) Galliae. J. 43) Allerhand Gläſer. J. 44) Geſundheiten. J. 45) Fortius frequentiusque bibi cupiens. J. 46) Gallo ad certamen compotationis prouocato praeit, er brachte es ihm zu. J. 47) Mensurae, eine groſſe Humpe. B. 48) Ita Cicero de Prouinc. Consul. in utriusque pari scelere disparem conditionem facit. 49) Ich trincke dir es wieder zu, auf deine Geſundheit. 50) Ohne Abſetzen, in einem Zuge oder Athem. B. 51) Auf ſeines Gaſtes Geſundheit. J. 52) Efferentibus se quasi, et obsequium rationi degan-

lectatus tam prolixi 53) amoris indiciis ille tribunus, in pedes, uix tum patientes oneris, 54) surgens: Tu uero, inquit, ne putes collocatam in ingratum tantae amicitiae operam! Scis, non paruam militum manum sub signis meis esse. Hos ego totis duobus mensibus in castris habebo, uestro aerario nihil graues, 55) quandoquidem id iam temporum iniquitas absumsit. Stipendium deinde, 56) si placet, et licebit, persolueris. Ad tam grandem unius poculi mercedem tum subito quidem horrore stupuimus, sed multo deinde amplius, cum promisso fides es-
19 set. 57) Apud hanc gentem aperti mores 58) placent, et qui Baccho libertatis 59) nomen imposuerunt, omnem speciem reconditi astus odêre, siue quod fideliter non tegunt arcana, 60) cum mero soluuntur, siue quod animi in illis corporibus 61) plerumque sentiunt se retusos, 62) et aciem ceterorum, tanquam in se intentam, 63)
20 molestissimo timore suspiciunt. Rerum publicarum

negantibus, da er ſchon ſeiner Glieder nicht mehr recht mächtig war. J. 53) Magni, copiosi. Ita Cicero ad Att. libr. XVI. cap. XVIII. *Animo libenti prolixoque facere.* 54) Vino grauatos. J. 55) Ita, ut ex aerario uestro nihil in eos stipendii erogare debeatis. J. 56) Post exactos duos menses. J. 57) Quum praestaret tribunus, quae promiserat. J. 58) Aufrichtigkeit, ohne Falſch. J. 59) *Bacchus* etiam *Liber* appellatur. Inde libertatis nomen in compotationibus. J. 60) Weil ſie ſelbſt nicht ſehr ſchweigen können. J. 61) Germanorum potu obrutorum. J. 62) Stupidiores. J. 63) Ad se fallendos.

carum magistratus, ex ciuium sorte delecti, non quidem sublimis elegantiae mentem 64) afferunt ad tribunal, sed diligentia efficaci 65) inhaerent parentum institutis. Faciles autem ad imperan- 21
tium nutum populi, etiam saepe suis magistratibus de religionibus credunt, 66) et uix sacrorum ritus, quos princeps, ciuitasue, probauerit, uideas ulla priuatorum religione, aut pertinacia, inquietari. Mala, quae Angliam, et, quamdiu inter 22
hos aestus 67) luctata est, Galliam, iactauerunt, haec miserabilis incuriae paene dicam felicitas euasit. 68) Austriam tamen exceperim, scilicet 23
paene exeuntem de Germanico coelo, 69) nec quae, ut nomine, ita priscorum ingeniorum sorte

dos. J. 64) Exquisitum ingenium. B. 65) Diligenter, nec sine fructu. J. 66) Facile sequuntur et amplectuntur sacra, et ritus, et religiones, quibus addictus princeps est. J. 67) Turbas, dissensiones de religione. J. 68) Haec felicitas miserabilis incuriae, quam Germani de sua religione habent, euasit et euitauit illas calamitates, quae Galliam et Angliam iactauerunt. Dieſe Glückſeligkeit, die ich faſt eine bejammerns-würdige Sorgloſigkeit nennen möchte, hat dennoch denen Deutſchen ſo viel genutzet, daß ſie ſolche Unruhe und Zwiſtigkeit nicht erfahren, dergleichen um der Religion willen in Franckreich und Engeland geweſen. Nam si maior foret cura religionis Germanis, non tam facilem praeberent assensum magistratibus suis. Haec uere Barclaii mens est, ingeniose satis disserentis, sed quam uere, facile est iudicatu. B. 69) Quippe ad Germaniae fines sita est, Pannoniam uersus. J.

te excidit, 70) [pars enim Pannoniae 71) priscis fuit.] Bohemiam quoque, 72) non hac primum aetate infelicibus circa numinis cultum litibus in se conuersam. 73) Sed et illa, quanquam in Germaniae sinu, tamen ab ipsius corpore execta est lingua, moribus, legibusque, diuersis. 74)
24 Litterae in multis locis cultae inter homines minus sciendi auidos, quam docendi. Plura, quam legerint, scribunt, et suam famam ex uoluminum, quae edunt, numero, aut magnitudine, ae-
25 stimant. 75) Vis mentium ut opaca, 76) ita ad aeternitatem laborum 77) est robusta, ut ceteri melius

70) Austria excidit quidem nomine Pannoniae, quod olim gessit, sed ingenia Pannonum prisca in Austriis manserunt. J. 71) Superioris scilicet, quae consularis etiam dicta est, et in qua Vindoniana, seu Vindobona, celebrata. B. 72) Exceperim. J. 73) Quae uti iam olim, tempore belli Hussitici, ita nostra etiam aetate, bella ciuilia gessit ob religionem. J. 74) Bohemia, quanquam in media fere Germania sita, tamen propria suae genti lingua, propriis moribus, legibusque, utitur. J. 75) De omnibus Germanis haec falso asserit Barclaius. Habent autem et Britanni, et Galli, et Bataui, suos polygraphos. J. 76) Obtusa, stupida. B. Errat in hoc Barclaius, quum iam pridem demonstratum sit, quam plurimas artes a Germanis fuisse inuentas, licet non diffiteamur, easdem a quibusdam exteris postea fuisse amplius excultas. Non debent igitur laude sua priuari Germani, quorum uitulis arare saepe solere exteros, tam notum est, quam quod notissimum. J. 77) Continuos labores perferendos. B.

78) Sen-

melius quidem scire, illi uero plura possint. 78)
Ex optimatibus multi, qui, suis opibus, moribus- 26
que, contenti, unam Germaniam aut uiderunt, aut
mirantur, licet, iudicio suo, grauissimae pruden-
tiae conscii, 79) humanitatem nostri saeculi pa-
rum habent. 80) Verba illis simplicitatis anti- 27
quae, 81) neque scientiarum uis hodiernae sapien-
tiae coloribus tincta. 82) Peregrinandi gens aui- 28
da, et exterorum morum, dum se receperit do-
mum, aut simulatrix, 83) aut retinens. In eorum 29
sedibus inolescere 84) peregrinos, aut ad dignita-
tes peruenire, insuetum, et paene contumeliosum
apud illos nomen est, quo externos appellant.
His moribus 85) oneratam Germaniam suae do- 30
tes, et magnitudo uirilium uirtutum, absoluit.
Ignota ibi perfidia, 86) etiam in uenali fortitu- 31
dine

78) Sensus est: eruditi Germani plura quidem sciunt, quam exteri, at exteri ea ipsa, quae sciunt, rectius, solidius, et accuratius, sciunt, quam Germani. Id quam uere dicatur de singulis, iudicatu facile est. J. 79) Licet uideantur sibi prudentissimi. B. 80) Parui aestimant. J. *Parum* habent *humanitatem* dictum est ad imitationem illorum: *Satis testimonium*, *satis otium*, *parum fidem*, *parum gloriam*, *parum fiduciam*, *parum pretium*, pro *satis testimonii*, *otii*, *parum fidei*, *gloriae*, *fiduciae*, *pretii*, apud Plautum, Terentium, Ciceronem, Senecam, Apuleium. 81) Sie reden gut alt Deutſch. J. 82) Sie tragen, was ſie wiſſen, mit ſo geputzten und ausgekernten Worten nicht vor, wie es heute zu Tage gebräuchlich. J. 83) äffet nach. J. 84) Einniſten. J. 85) Vitiis. J. 86) Non, quasi plane nulla dentur exempla

dine 87) stipendia merentium. Ne ingenium quidem fraudis, 88) aut odia, sub amicitiae titulis latent, et omnino ingentia scelera uerecundi populi simplicitas 89) ignorat.
32 Parca, et in furtorum 90) suorum tenebris mersa, libido, non, ut alibi terrarum, 91) palam inter titulos atque ludos exultantis iuuentutis. 92) Nam et prope ad muliebris pudicitiae similitudinem uiri quoque hanc pestem 93) aspernantur.
33 Prudentia autem, ut non illic subtilia ingenia passim habet, quorum artificio deducatur in confinium doli, 94) ita ueris, 95) maturisque, iudiciis insidet, quae et facile

pla perfidiae in Germanis, sed quod non adeo sint frequentia, ut in aliis regionibus. B. Disserit enim Barclaius de eo, quod ut plurimum fit, siue a plerisque, non quod ab omnibus, singulisque, gentis illius, cuius genium, moresque, describit uel uirtutibus insignes, uel uitiis deformes. J. 87) *Venalis fortitudo* dicitur, quum quis alteri domino se ad officium boni militis obstringit. B. Wenn ein Soldate fremden Herrn dienet. 88) Celeritas fallendi alios. B. 89) Die Redlichkeit, Aufrichtigkeit. J. 90) Clandestinorum armorum. B. 91) e. g. apud Gallos et Italos. J. 92) Siue uerecundia in ioco et laude libidinantis iuuentutis ponitur. B. Sunt enim *tituli* laudes, quibus se effert aliquis. Cicero Tusc. Quaest. libr. V. *Quos si titulus hic delectet insignis et pulcher*. B. 93) Libidinem uidelicet, aliosque mores illicitos ac improbos. B. 94) Ita, ut calliditas fiat doli plena, ſie ſind ſo verſchlagene Köpffe nicht, daß ihre Klugheit zur Argliſtigkeit werden könte. B. 95) Sinceris, ac candidis, quae ad fraudem et perfidiam non inclinant. B.

96) Ca-

facile caueant suis rebus, et alienos errores de-
spiciant. Neque desunt altissimae mentes, 96) 34
in quibus patriam grauitatem 97) uiuidi, et ex-
citati, acuminis felicitas temperat, 98) praecipue,
si ualidum ingenium diu peregrinis artibus, mo-
ribusque, miscuerint. 99) Gens armis egregia, 35
et quae pacem ferre possit. 100) Tarde, et cun-
ctantibus consiliis, ad tumultus concitantur, sed
excitos longa tempestas, et hominibus digna, ex-
ercet. 1) Populus aeris, ferrique, tractandi 36
peritia, et per mille artificia ducendi, insignis
est. 2) Typographiae inuentum, 3) puluerisque 37
nitrati, 4) illis ingeniis orbis debet, ambiguo
prorsus

96) Capacissimae, tiefſinnige Köpffe. B. 97) Tarditatem Germanicam. B. 98) Vt promtae quidem sint, non tamen ita igneae ac ueloces, ut in aliis gentibus. B. 99) Sonderlich, wenn ein aufgeweckter Kopff lange in der Fremde ſtudieret, und mit Ausländern Umgang gehabt. 100) Die Deutſchen ſind gute Soldaten, können aber auch Friede halten. 1) Sie ſind ſchwer aufzubringen, wenn ſie aber einmahl aufgebracht ſind, ſo halten ſie lange nach, iedoch handeln ſie Menſchlich. 2) Sie ſind gute Bergleute, verſtehen das Schmeltzen, und wiſſen das Metall in mancherley Form zu bringen. Id enim est *ducere aes, ducere ferrum, liquefactum, seu mollitum, in uarias formas redigere*. B. 3) Quod ab A. C. cIↃ ccccxl. innotuit, imperante Friderico III. auctore seu Joanne Mentelio, Argentoratensi ciue, seu Joanne Guttenbergio, Moguntino, cui artem, a Joanne Mentelio inuentam, proditam esse per Gensfleischium quendam, Mentelii famulum, tradit Jacobus Mentelius *de uera origine Typographiae ex Annalibus Argentoratensis Reipublicae*. 4) Schieß- oder Büchſen-Pulver,
cuius

prorsus beneficio, 5) et quo tam pernicies mortalium, quam utilitas, sese humanis rebus ulterius insinuauit.
38 Candidi animi uirtutes aliorum, factaque, aut inuenta, maxime absentium, non maligno et tumido liuore delibant, 6) sed sinceris laudibus, ac propemodum immodicis, attollunt.
39 Sed nihil in ea gente magnificentius, quam quod nomen summi imperii, aquilamque 7) sibi habet, tanquam Romam Germania uicerit, et prouinciarum ultima, quae Italico iugo accessit, 8) iam sit sola, in qua nomen atque reliquiae fortunae Romanae acquieuerint. 9)
40 Tanti nominis sancta maiestas nulla sociorum principum 10) aemulatione corrumpitur, regesque, quanquam uiribus saepe maiores, sponte imperatorio culmini concedunt. 11)
41 Olim 12) quoque illi summae appellationis fastigio 13) inerant dignae uires, quae paulatim emarcuerunt, 14) uelut fatali senectute.

---

cuius inuentio Bertholdo Schwarzio, Monacho, debetur inde ab A. C. cIↄ CCCLXXVIII. 5) Vt dubites, plus utilitatis, an exitii, attulerit humano generi? B. 6) Calumniantur, taxant, sugillant. B. 7) Quae insigne est ueteris Romani imperii. B. 8) Quae ultima omnium a Romanis subacta est. B. 9) Adhuc extent, reliquae sint. J. 10) Electorum, Principum, qui uelut socii sunt perpetui Imperatoris. B. 11) Sie geben dem Römiſchen Kayſer den Vorſitz und Rang. J. 12) Temporibus Caroli M. et posterorum eius, quum penes unum esset summa imperii, neque in partes ac principatus distracta esset Germania, essetque dignitas Augustalis haereditaria. B. 13) Dignitati Augustali Imperatoris. J. 14) Imminutae sunt. B.

15) Im-

ctute. Quippe domesticis bellis, 15) tum nimia 42
optimatum potentia, denique quod non nascen-
di sorte, 16) sed per suffragia, 17) defertur haec
dignitas, datus ad terram 18) imperii uigor uene-
rabile specimen 19) in haec saecula, magis cetero-
rum pietate, 20) quam sua fortitudine, seruauit.
Inter ceteras hanc praecipue excidentium uirium 43
21) causam inuenias, quod ipsi optimates nimiis
patrimoniis, 22) tum, imperatorum beneficio aucti,
commissas 23) sibi quondam prouincias tandem
in principatus mutauêre, et, ne non aliquid su-
pra imperatorem essent, 24) qui non iuri succe-
dendi, 25) sed suffragiis, fortunam suam debet,
etiam suae haereditatis fortuna in sobolem trans-
eunte. Hoc modo gentium et populorum 26) 44
mentes, quas uis quaedam ingenita ad suorum
principum cultum aduertit, 27) antea in unius
impera-

15) Imperatoris cum ciuibus, et ciuium inter se. B. 16) Durchs Geburths- und Erb-Recht. J. 17) Durch die Wahl. J. 18) *Ad terram dare,* seu *in terram dare,* pro *prosternere* Plauti est Captiu. Act. IV. Scen. II. v. 17. Lucretii Lib. VI. v. 1247. et Suetonii in Aug. cap. XCVI. 19) Speciem, cui reuerentia debetur. J. 20) Aus anderer Potentaten und Fürſten guten Willen. 21) Der verfallenen Macht. B. 22) Mit allzuvielen Land und Leuten. J. 23) Ab imperatoribus titulo legatorum, non haereditario. B. 24) Vt maiores ipso Imperatore essent, qui haereditario iure imperium non obtinet, quum ipsi tamen haereditario iure suos principatus obtineant. B. 25) Dem Erb-Recht. J. 26) Germaniae. J. 27) Die ſonſt von Natur groſſe Ehrfurcht für ihre Fürſten haben. J.

imperatoris reuerentiam intentae, ad istos uica-
rios, 28) et mox dominos, accesserunt, propiori
45 scilicet uel periculo, uel utilitate. 29) Ita coe-
pta, 30) insitaque 31) deinde, purpuratorum po-
tentia totam imperii molem 32) exhausit, pri-
mumque, quod e Gallia supererat, 33) mox ipsa
Italia, fons nempe imperii, 34) tum ualidissimae
Germaniae partes, 35) ueluti de suo corpore ex-
cisae, in diuersos animos ipsa dominantium uarie-
46 tate, numeroque, abierunt. Galliae, Britanniae-
que, id est, uerissimis regnis, 36) longe alia ra-
tione prouisum, exterminati numinis consilio,
regnantumque industria optimates, quorum su-
47 spectae uires erant. Nam quis porro regibus lo-
cus, si Neustriam, Armoricos, Aquitaniam, Ae-
duos, Aruernos, Pictones, Prouinciam atque Cam-
paniam, 37) sui, ut quondam, reguli, 38) Ducum
titulis,

28) Principes, qui antea legati tantum Imperatoris erant, uicesque eius in administrandis prouinciis obibant. B. 29) Pro ratione uel periculi, uel utilitatis propinquae. J. 30) Ab his initiis orta, seu profecta B. 31) Ingenita et propagata. B. 32) Vires et potentiam. B. 33) Prouinciae, quae ex Gallia supererant, Burgundia, Prouincia, Delphinatus, aliae. B. 34) Vnde imperii dignitas ad Germanos, uelut e fonte, promanauit. 35) Heluetia, Belgium, Lotharingiae pars, aliae. B. 36) Claudius Sesselius negat, haec duo uere regna esse, et Aristocratiis accensenda putat potius, propter comitia solennia et perpetua, quae *Parlamenta* uocantur. B. 37) Normandie, Bretagne, Guienne, Bourgogne, Lionnois, Poitou, Prouence, Champagne. 38) Qui reuera erant

titulis, Comitumue, obtinerent, uiribus suis tuti,
et, ueluti precario 39) obsequio, regem mino-
rem 40) tantum non 41) despicientes? In Bri- 48
tannia autem formidabiles Ducum opes, Comi-
tesque Palatini, 42) regio prope iure, factionibus
et clientelis 43) graues, quibus regnum cladibus
miscuerunt? Quam saepe in reges atroci coniu-
ratione certarunt? Nulla hodie certior regni 44)
salus, quam quod eorum potentia, stirpesque de-
pressae regni neruos 45) in unum 46) contule-
runt. Hanc igitur descripti imperii 47) cla- 49
dem 48) anteuertere imperatores debuere, cum
se primum 49) immodice optimates efferrent.
Nunc autem inueteratis rebus, adeoque compo- 50
sito imperio, 50) ut ex his ipsis proceribus po-
tissimum constet, uelle iisdem potentiam extor-
quere, 51) intempestiuum, ac inane, facinus esset,
tot uindicibus eiusmodi dignitatum in commu-
nis decoris securitatem coituris, 52) maxime cum
tam

erant parui reges, quum contenti essent titulo Ducum, Comitum. J. 39) *Precarium obsequium* dicitur, quando is, qui obsequium exigit, non uires habet cogendi, sed preces adhibere cogitur. J. 40) Debiliorem uiribus, quam ipsi sunt. J. 41) Propemodum. J. 42) Die Cron-Officianten. J. 43) Wegen ihres groſſen Anhanges waren ſie gefährlich. J. 44) Britannici. J. 45) Opes. B. 46) In unum caput, regem. B. 47) Germanici. J. 48) Debilitationem. J. 49) Stracks Anfangs, ſo bald als. J. 50) Ita ordinato, his legibus in ordinem redacto. B. 51) Vi et armis eripere. J. 52) Foedus inituris ad tuendam suae dignitatis securi-


tatem

tam iure 53) hodie suis prouinciis potiantur, quam imperator summae rerum praefectus est, consensu uidelicet eorum, 54) qui potentiam tradidêre, tum possessione, ac tempore, 55) quo omnia imperia, plerumque ab initio aut uiolen-
51 ta, aut inualida, legitima esse coeperunt. Sed quod exspiranti 56) imperio malorum summum fuit, imitatae procerum morem plurimae urbes se quoque, uelut in singulares respublicas, collegerunt, leges sibi dixere, certosque magistratus, et, ne dubites ab antiquo recessisse officio, 57) sibi nomen libertatis 58) in eiusmodi secessione 59) fecerunt, mutuis quoque inter se foederibus 60) ad auxilia, et asserendum ius repentinae
52 maiestatis. 61) Sic illa regio, quae sub uno spiritu, unoque rectore, 62) par toti Europae esse possit,

tatem. J. 53) Mit eben ſo gutem Rechte. J. 54) Imperatoris et Principum, qui reliquerunt patrimonia liberis. J. 55) Per praescriptionem longi temporis. J. 56) Deficienti, iam magis magisque ad ruinam inclinanti. B. 57) Ab officio, seu obsequio, in Imperatorem non recesserunt, sed Principum modo se potestati subtraxerunt. Quod non uidit Barclaius, nisi forte illa respicit tempora, quum urbes illae, seu municipia imperii, *foedus* illud *Hanseaticum* inirent, uisae Imperatoribus etiam metuendae saeculo XIII. XIV. et XV. 58) Die freyen Reichs-Städte. J. 59) Dum ab aliis imperii Germanici ordinibus secessionem fecerunt in eo, quod foedus singulare fecerunt inter se ad tuenda commercia. J. 60) Factis. J. 61) Repente sibi arrogatae maiestatis, iuris uidelicet belli ac pacis. B. 62) Wenn ſie einen Herrn hätte, wäre ſie der Macht von

possit, uiris, urbibusque inclytis, et digna, in quam Romanae fortunae 63) species transierit, iam uix agrum, urbemue, inueniat, quam suo imperatori pleno iure cum imperio tradat. Ne- 53
que enim aut respublicae, aut dynastae, 64) in suis arcibus imperatoris praesidia regnare patiantur, neque forte inueniat tam augusta appellatione dignatus, 65) in tot oppidis, ubi cum ciuium uenia habitet. Hoc dulci, publicoque, errore66) 54
suae patriae maiestatem exarmarunt. 67) Neque 55
enim Septemuiri, 68) quibus nominandi imperatoris patrio more concessum ius, alium, quam ingen-

---

von gantz Europa gewachſen. J. 63) Imperii Romani. B. Nam *fortuna* pro *imperio* apud Tacitum saepe. Sic *ante fortunam*, id est, *ante susceptum imperium*, Hist. libr. III. cap. XLII. *Post fortunam*, id est, *post imperium*, Hist. libr. I. cap. X. 64) Principes et Comites imperii. J. 65) Qui appellatur splendido nomine Caesar Imperator. *Dignatus* passiue, ut passim apud Ciceronem, et alios. B. 66) Opinione libertatis. B. 67) Summam regis sui dignitatem, potentiamque fregerunt, debilitarunt, infirmarunt. J. 68) Principes Electores, quorum adhuc septem erant, quum Barclaius haec scriberet, tres Ecclesiastici, Moguntinus, Treuirensis, Coloniensis, Archi-Episcopi, quatuor saeculares, rex Bohemiae, Comes Palatinus ad Rhenum, Dux Saxoniae, Marchio Brandenburgicus, quibus accessit octauus, Maximilianus, Dux Bauariae, A. C. cIↃ IↃ cxxIII. d. 15. Febr. et nonus, d. 22. Mart. cIↃ IↃ xcII. Dux Luneburgico-Hannoueranus, Ernestus Augustus, cuius filius, Georgius Ludouicus, demum d. 7. Septembr. cIↃ IↃ ccvIII. in collegium Electorum solenni ritu

ingentis potentiae uirum, et qui uel opulentis ditionibus, uel purpura etiam, sceptrisque, emi-
56 neat, 69) Caesarem dicere debent. Sola uirtus atque nobilitas haec suffragia 70) ferre non possunt. Vbi enim consideret 71) Imperator, nisi iam illi antea extra imperium sedes? Vbi regia, quae tantae maiestatis titulos excipiat? Aegre alicubi habitare paterentur, quem ut plurimum
57 amant 72) absentem uenerari. Quod si fortissimae gentis fatum 73) delecto principi totam prouinciam 74) regio more 75) habendam permitteret, tunc indomitis 76) uiribus de suo corpore 77) inueniret illi sceptro 78) idoneos, unamque in comitiis 79) uirtutem respicere cogeretur.
58 Igitur imperatori in omnes 80) est, sed certa et castigata, 81) potentia. In ciuilibus litibus ad eum ut plurimum prouocatur. Capitalia 82) iudicia

receptus est. J. 69) Qui plures principatus, uel etiam regna, sub sua potestate habet, ut Domus Austriaca. J. 70) Quibus Imperator eligitur ab Electoribus. Auf Tugend und edles Herkommen kan bey der Kayſer-Wahl alleine nicht geſehen werden. B. 71) Wo ſolte er wohl residiren, wenn er nicht ſchon für ſich eine Residenz hätte, da er prächtigen Hofhalten könte? J. 72) Malunt. J. 73) Status, conditio. J. 74) Germaniam. J. 75) En souuerain, sic, ut unus posset Imperator omnia. B. 76) Inuictis. B. 77) Aus ihrem Mittel, ex numero suorum Principum. B. 78) Maiestati Imperatoriae. J. 79) Auf ihren Kayſerlichen Wahl-Tagen. J. 80) Ciues Germaniae. J. 81) Certis legibus per capitulationem Caesaream circumscripta et coarctata. B. 82) Was Leib und Leben angehet. J.

83) Die

iudicia dynastae atque respublicae 83) saepe suo
iure exercent. Is comitia Imperii cogere, bella 59
indicere, de summis inter ipsos dynastas contro-
uersiis iudicare potest. Ingruentibus bellis mili-
tes, et pecuniam, 84) imperat, si imperare putes,
quod non aliter, quam assensu ciuium, 85) tol-
lit. 86) Principes, ut in ingenti regione, per- 60
multi. Sed diuisae inter agnatos singularum fa-
miliarum opes ingentium titulorum magnitudi-
nem 87) saepe non aequant, quippe haud multo
secus 88) prouincias, atque dynastias, 89) quam pri-
uatae sortis haereditatem, diuidunt. Eo modo 61
Saxoniae principatum forte plures hoc saeculo
fratres inter se spargebant. 89*) Et, quoniam res
ardua erat, legum et consuetudinum periti, his
aduocantibus, conuenêre, quibus in conclaui se-
dentibus, cum litigantes fratres adessent, emotae
mentis uir, 90) sed innoxia, iucundaque, insania
con-

83) Die freyen Reichs-Städte. J. 84) Römer-Züge und Römer-Monathe. B. 85) Mit der Reichs-Stände Bewilligung. J. 86) Accipit, exigit, erhebet. J. 87) Tituli saepe magni sunt, sed prouinciae paruae. Vbi tamen obseruandum, quod titulorum magnitudo non tam semper realem possessionem prouinciarum indicet, quam potius iura et praetensiones in has illasue, prouincias. J. 88) Nicht viel anders, faſt eben alſo. J. 89) Ihre Lande und Herrſchafften. J. 89*) Diuidebant. Sic *spargere legiones* dixit Tacitus Hist libr. II cap. LXXVI. B. Si quid autem coniicimus, accipienda est haec historia de iis temporibus, in quibus relicti a *Joanne*, Duce Saxo-Vinariensi, filii haereditatem adierunt. Quod factum A. C. cIↄIↄcv. J. 90) Der Hof-Narr.

consuetus delectare audientes, in id secretum 91) perrupit, quem grandior natu ex Saxonicis fratribus intuens: [nam is illius 92) aulae, cibisque, assueuerat] Vis autem et tu, inquit, sententiam dicere de herciscundae familiae 93) rebus? At ille, et quidni, inquit, uelim? Expectauerant omnes ab amente 94) ridiculi leporis uenustatem. 95) Igitur rogare perseuerant, ne in tanta re suum consilium deesse pateretur. Sed ipse negabat, 96) nisi uestis, qualem iurisperiti induebant, sibi daretur, tantae consultationi misceri, cum illa 97) se sapientiam esse sumturum. Hilarior genius omnes inuaserat, 98) adeo, ut ipsius quoque herus non sine maximo risu iuberet de penu sua 99) produci suffultam pellibus togam, 200) iniicique cupienti. Quam ut ille curiose aptauit, bis, terque, per triclinium spatiatus, rogare dominum coepit, ecquid se illa uestis deceret? Egregie, inquit. Sed superest, ut his rebus, quae inter nos agitantur, tua sapientia modum 1) imponat. Ille breuem in se moram esse

Narr. B. 91) In hunc locum secretum, in quo de diuidenda haereditate consilium agebatur. J. 92) Natu grandioris fratris. J. 93) Familiae diuidendae et haereditatis. B. 94) Morione. J. 95) Einen poßirlichen Schnacken. J. 96) Respondebat, se nolle misceri tantae consultationi prius, quam sibi daretur uestis J. 97) Veste. J. 98) Omnes delectabat hoc responsum et propositum morionis. J. 99) Aus der Garde-robe, oder Kleider-Cammer. J. 200) Mit Rauchwerck gefüttert und aufgeſchlagen. 1) Addat suum consilium, et sententiam

esse 2) respondit, in proximum conclaue paulisper abiturum, illic se melioris sapientiae spiritus ad consilium arcessere uelle. 3) Cum eo secessisset, adduxit 4) repente ostium, ne quis arbiter 5) prudenti nequitiae interueniret, exuitque illam togam, et gladiolo, quo erat accinctus, ab humeris ad fimbriam 6) in longas, et exiles, partes 7) execuit. Ita laceram cum sibi iterum iniecisset, reserat fores, peruenitque ad dominum, et intueri rursus iubet, quam ornatus incederet. Iracundia arcuit risum, quia pretiosa erat uestis, quae ita in partes 8) perierat, et: O te uecordem, inquit, 9) flagellisque scindendum! Nihil uero timuisti dominicae uesti furiosas manus afferre? Neque ille 10) conterritus: Ridiculum, inquit, cum uos multo periculosius insaniatis, tam grauiter mihi irasci. Haec 11) est uestrae fortunae imago, quam indui, multoque stolidius Saxonicum principatum perditis, quam ego hanc togam. Incolumis me decebat, ridetisque discerptam. Ita Saxonia integro corpore uiget, armis et opibus grauis, 12) cum eam autem per partes laceraueritis, nemo pristinam dignitatem agnouerit. Ger- 62
mano-

tentiam quasi definitiuam. J. 2) Er ſagte, ſie ſolten ein klein wenig Gedult haben, und verziehen. J. 3) Er wolle daſelbſt ein wenig nachſinnen, daß ihme der Rath deſto beſſer gelinge. 4) Er zoge die Thüre hinter ſich hinan. 5) Spectator. B. 6) Von oben bis unten hinaus. J. 7) In lange ſchmahle Streiffe. J. 8) Minutas scissa. J. 9) Princeps. J. 10) Morio. J. 11) Vestis. J. 12) Potens. J.

 13) Oui-

manorum principum diuitiae, praeter aliquot
uectigalia, aut tributa, plerumque ex gregibus, 13)
armentisque, 14) sunt, agri 15) quoque foecun-
ditate, quem ut maxime spontanea, nec redem-
ta, 16) rusticorum opera exercent. Hoc modo
suas opes, et annuae pecuniae numerum, 17) non
possunt definire, cum sit ex mutabili annonae
63 pretio 18) aestimanda. Nobilitati magna, et super-
stitiosa, sui generis cura est, et maculari ueterum
sanguinem putant, si ad nouam, 19) imparemue,
familiam matrimonii consortio accesserit, nec in
multas stirpes haec nota eluitur. 20) Quippe ad
patricii generis sincerum documentum 21) in
utraque parentum serie 22) octo ex maioribus 23)
numerant, in quibus haec inaequalis coniugii la-
64 bes 24) non haeserit. In conferendis sermoni-
bus unicuique hominum sorti destinatos titulos,
et loquendi normam, habent. Ea negligere, aut
incuriose confundere, magna religio est. 25)
Nec ulla gens tot conceptis formulis 26) agit, et-
iam

13) Ouium. J. 14) Boum, uaccarum, equorum. J. 15) Von den Cammer-Güthern. J. 16) Die Bauren müſſen zu Hofe, zum Frohn, ohne Lohn, den Acker be-ſtellen, *redemta opera* est conducta certa mercede. B. 17) Reditus annuos. J. 18) Nachdem das Getreyde gilt. 19) Neu-geadelte. J. 20) Es müſſen es die Nachkommen in viele Glieder entgelten. J. 21) Zum Beweiß ihres alten Turnier-mäßigen Adels. J. 22) Von Väter- und Mütterlicher Seite. J. 23) Sech-zehen Ahnen. J. 24) Macula. B. 25) Sie machen ihnen ein groß Gewiſſen darüber, turpe et inciuile habent. J. 26) Titulorum, quos nec hi fere me-minisse

iam eorum memoriam fallentibus, quos a puero
illa ars, et tot discriminum superstitio, exercet.
In illius Belgii parte, quam suo nomine Germa- 65
nia inuasit, 27) fere illae prouinciae, quae sub
Burgundica olim stirpe unum corpus bello, nu-
ptiis, successione, fecerunt, mox ad Hispanum
coniugii foedere delatae, 28) et summum illius
gentis robur, 29) si tam pati absentis principis
cruda imperia, quam praesenti parere, potuissent.
30) Sed ex his populis 31) multi durius hac 66
aetate se habitos questi, rescissis concordiae uin-
culis, quibus cum principe, ac inter se, teneban-
tur, acerrima tempestate, et ad Europae terro-
rem idonea, inhorruerunt. 32) Per hos motus 67
pars

minisse recte possunt, qui a puero id studuerunt. J. 27) Nieder-Deutſchland, Germania Inferior, Niederlande. J. 28) Sub imperio Ducum Burgundiae, quorum ultimus fuit *Carolus Audax*, cuius filia unica, *Maria*, nupsit *Maximiliano I.* Archi-Duci Austriae, et post Imperatori. Ex quo coniugio prodiit *Philippus*, qui *Ferdinandi Catholici*, Hispaniae regis, filiam unicam et haeredem, uxorem duxit, quae *Carolum V.* et *Ferdinandum I.* peperit, quorum ille rex Hispaniae, ac postea Imperator est factus, Belgium coniunxit cum regno Hispanico, illudque reliquit filio suo, *Philippo II.* B. 29) Potuissent esse Hispanorum maximum robur. J. 30) Si crudele imperium regis, *Philippi II.* in Hispania commorantis, tam aequo ferre animo, quam praesentem patrem eius, *Carolum V.* potuissent. J. 31) Belgicis. J. 32) Acerrimo bello, quod uniuersam Europam in stuporem dedit, uelut tempestate quadam, concussi sunt. B. Sic Tacitus Hist. libr. III. cap.

 LXXXV.

pars 33) sibi libertatem armis fecit, et ceteri, 34)
siue domiti bello, siue antiquum dominorum no-
68 men reueriti, in principis fide manserunt. Qui,
Hispanorum imperium aspernati, in rempubli-
cam secessêre, 35) ii maxime ad Oceanum colunt,
36) ad exteros populos nomen a praecipua inter
69 illos Batauorum gente 37) sortiti. Necessaria
post defectionem audacia rem nauticam curauê-
re. 38) Inde robur atque opes 39) omnia littora
scru-

LXXXV. *inhorrescere uacuis*, et Annal. libr. XI. cap. XXVIII. *domus principis inhorruerat.* Conf. Nonium Marcellum libr. V. de proprietate Sermonum, No. 7. 33) Septem prouinciae, quae *Foederatum Belgium*, seu *Prouinciae foederatae*, dicuntur, quae coeperunt coniurare in libertatem A. C. cIↄ Iↄ LXXIX. et cum Hispanis septuaginta, et amplius, annos dira bella gesserunt pro tuenda libertate, donec eam A. C. cIↄ Iↄ CXLVIII. legibus pacis Westphalicae, obtinuissent. 34) Decem prouinciae *Belgii Hispanici*, seu *Austriaci*, *Brabantia*, *Flandria*, *Limburgum*, *Luxenburgum*, *Geldriae pars*, *Artesia*, *Hannonia*, *Namurcum*, *Mechlinium*, *Antuerpia*. 35) Secesserunt ab Hispanis, ut nouam rempublicam constituerent, eamque ab omni regum potestate liberam. B. 36) Habitant. Ita Tacitus Annal. libr. II. cap. XLI. *Quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt.* 37) Sie werden insgemein die Holländer genennet, quoniam Batauia, seu Hollandia, potentior reliquis prouinciis foederatis est. J. 38) Sie haben ſich nothwendig auf die Schiffahrt legen müſſen. Rei enim nauticae notitia iis aeque, ac Lacedaemoniis, Atheniensibus, Carthaginiensibus, Romanis, Venetis, ad stabiliendum imperium maxime necessaria erat, populo quippe ad maris oras sito, et multarum rerum indigo. B. 39) Accesserunt Hollandis. J.

40) Vt

scrutantibus, 40) et per hos 41) infestum 42)
Hispaniae mare, statimque aucta 43) oppida, et
ex quotidianis praedis diuitiae. Accessere ex 70
Gallia, Angliaque, auxilia, 44) in mutuam tam
eorum, qui iuuabantur, utilitatem, quam illorum,
qui iuuabant. Alii, 45) sub Hispaniae sceptro 71
positi, nomen quoque a Prouinciarum una duxe-
re, et per orbem Flandrorum appellatione cen-
sentur. Distinctis in haec duo imperia 46) po- 72
pulis, idem tamen genius, iidem mores, manent.
Candida quidem, sed ueluti coeli uitio 47) de- 73
pressa, ingenia, quae etiam grauius bibendi intem-
perie stipant, 48) siue hanc sitim fortuna terra-
rum, 49) et ex maioris Germaniae 50) uicinia
uelut spiritus, siue mos educandae infantiae, ac-
cendit. Quippe adhuc ab ubere pendentibus, 74
quo paulatim lactis desiderium minuant, lagun-
culas ad similitudinem uberis effictas, 51) et hor-
deaceo potu plenas, 52) tradunt in manus. Tum
rudis

40) Vt undiquaque aliquid conquirerent peregrinarum mercium. 41) Batauos nautas ac piratas. J. 42) Fuit ea tempestate scilicet, qua feruebat bellum inter Hispanos et Batauos. J 43) Belgii foederati diuitiis sunt. J. 44) Aduersus Hispanos. J. 45) Belgii Austriaci incolae. J. 46) Prouinciarum uidelicet foederatarum, et Belgii Hispanici. B. 47) Grauitate aëris obtusa. B. 48) Intemperata cupiditate bibendi stupidiora reddunt. Id de plebe, non de proceribus, qui temperantiae studere solent, accipiendum. B. 49) Conditio, Genius illarum prouinciarum. B. 50) Aus Ober=Deutſchland. J. 51) Zutſche=Känngen, kleine Fläſchgen. J. 52) Cereuisia,

rudis et incuriosa aetas, 53) subinde ad os referens tarde meantem potum, sugendi similitudine capitur, 54) tum etiam innocentis otii faſtidium leuat. 55) Nec utilitate res caret, si ex primis incrementis 56) rem aestimes. Quippe ualida membra, succoque 57) laetissimo ad uenustatem florentia, ita institutam infantiam decorant. Sed assidua bibendi ratio, ipso usu in perpetuam uoluptatem transiens, subinde palati auiditatem solicitat, semper utique post hunc morem aut natan-
75 tem, aut arentem. 58) Accedit illius potus conditio, non ad diluti uini 59) consuetudinem sitim satians, sed crasso liquore identidem faucibus relinquens, quod succedente potu diluendum sit. 60)
76 Illa tamen perpotandi dulcedine [quod mireris] in segnitiem non merguntur obrutae 61) mentes, sed ultra ceterarum gentium sedulitatem merca-
77 turae, artificiisque, incumbunt. Assuefactis scilicet, robustisque, corporibus illi uitio pares sunt, 62) et haustas inter conuiuia nebulas 63) mirabili

uisia, zytho, Gerſten-Safft. J. 53) Infantum. J. 54) Videtur enim sibi sugere matris ubera. J. 55) Langeweile. B. Innocens appellatur, quia infantes hoc suo otio nemini nocent. B. 56) Infantiam. J. 57) Sanguine. J. 58) Aut perpetuis potationibus rigatur, aut, omisso potu, arida et sicca est. J. 59) Admixta aqua temperati. B. 60) Es dürret und trocknet den Mund aus, daß einem immer mehr durſtet. 61) Inebriatae. B. 62) Sie können einen Trunck vertragen. B. 63) Crapulam, ex uaporibus haustae cereuisiae ortam. B.

64) Dissi-

bili felicitate exsoluunt, 64) adeo, ut in multam
noctem producta temulentia postero mane ad ne-
gotia uacaturis pigritiam non imponat. Nulli 78
ad uilium artium 65) industriam meliores. Otium
plus, quam Attica seueritate, 66) mulctauerunt.
Pueri, in tyrocinia distributi, 67) publico, si ne- 79
cesse est, sumtu uirgines, ad filum, lanamque,
eruditae, omnem aetatem idoneus 68) sudor ex-
ercet, et a puero familiaris labor ignotam segni-
tiem, uel ipsa consuetudine, nescit amare. Tam 80
frugali disciplina 69) artificiorum uis ingens 70)
opulentiam illustrat ciuitatum, paucique in men-
dicitatis ueterno 71) acquiescunt. Ingenium po- 81
puli neque capax, neque patiens, fraudum. 72)
Ea fide, qua sunt digni, facile alios aestimant,
sed decepta 73) simplicitas intractabili 74) odio
perfidiam laedentium fugit. Inter hos eximiae 82
quaedam mentes omni saeculo sustinuerunt digni-
tatem litterarum, aut, ad principum, rerumue
publi-

64) Dissipant, ſie ſchlaffen den Rauſch bald aus. B. 65) Opificiorum et artium manuariarum. B. 66) Athenis enim nemini licebat otiari. B. 67) Sie werden auf die Handwercke verdinget. B. 68) Talis, qui quamque aetatem deceat, et quem quaeque ferre possit. B. 69) Per quam homines assuefiunt labori, ex quo emolumentum capiunt. B. 70) Copia et dexteritas, et uarietas. B 71) Schlaf-ſucht, qui morbus reddit homines ad laborem idoneos. B 72) Nec ipsum fraudulentum per se est, nec potest fraudem in aliis pati. J. 73) Wenn ihre Redligkeit einmohl betrogen wird. J. 74) Vehementissimo, immitigabili. J.

75) Ipso

publicarum secreta admissi, commissas res digna
83 solertia curauere. Nimirum ut in regionibus,
ubi uulgo, et uelut ipso natalium munere, 75)
acria, aut lepida, ingenia exsurgunt, pauci ex
suae mediocritatis tenore 76) uel curant, 77) uel
possunt, excedere, ita humilioris ueluti fati gentes, 78) et plus antiqua bonitate, 79) quam per
uanam subtilitatis culturam, 80) ornatae, interdum ingeniis sunt insignes, quae propius ad coelum accedant, quam ad terram erant nata. 81)
84 Batauorum optimates ad reipublicae genium,
quam ipsi fecere, animos quoque et mores, uelut
in uulgus, deduxerunt, 82) siue facilitate naturae,
et in eam sortem nati, 83) quam res suae hodie
habent, siue callida, et ad tenendum 84) populum apta, imagine, 85) promti quoque ad mutuae
serui-

75) Ipso natiuitatis priuilegio. B. 76) Statu et conditione. J. 77) Curae sibi habent, ut exsurgant. J. 78) Quae non tam miti aëre utuntur, quae non tam felici utuntur ingenio, non tam propitia natura. B. 79) Mit alt-Deutſcher Redlichkeit. J. 80) Als mit allzu groſſer Scharfſinnigkeit. J. 81) Quae, quum humili conditione nata esse uiderentur, eminuerunt tamen praeter cetera. J. 82) Ita animos moresque finxerunt, ut quasi descendere ad uulgus, et ad huius mores sese accommodare uideantur. B. 83) In eam conditionem, ad eos mores, quos respublica Democratica requirit. B. 84) Ad alliciendum et persuadendum. B. Sic Plinius libr. II. Ep. V. *Adnixi sumus, ut, quamlibet diuersa genera lectorum, perplures dicendi species teneremus*, et libr. VI. Ep. 17. *Quo genere spectaculi ne leuissime quidem teneor.* 85) Simulatione.

seruitutis imperia, nisi cum iussi imperare. 86) At proceres Hispanicae ditionis plus scilicet sti- 85
mulis aularum exercentur, 87) et Belgicos animos imperantis populi moribus miscent. 88) Hinc 86
ueluti gemina illis indoles, uariatumque, ac paene diuisum per diuersissimos affectus, ingenium. 89) Sed inter ceteras cupiditates praecipua ho- 87
norum libido est. Titulos ac nomina, per adulantium astus inuenta, ad discrimen dignitatum, anxie ambiunt ac tuentur. Neque ulla re magis tibi eorum 90) animos conciliaueris, quam cum arte, et honore, compellando. 91) Blandientibus faciles, largique honorum, dum maiores expectant. 92) Ita callidae laudationis fraudem uera, simplicique, gratia remunerantur, 93) nisi quod inanibus causis ad amandum concitatos saepe

latione. B. 86) Professi, se libenter uelle exequi, quae imperet populus, excepto eo tempore, quo iubentur hi proceres imperare, uelut duces exercituum, aut classium, uel etiam uelut summi magistratus. B. 87) Ambitione aulica impelluntur, ſie wollen nicht gerne mit iedermann reden, noch ihn hören. B. 88) Animos libertati, mitique imperio, assuetos, moribus Hispanorum grauibus, et seruituti imponendae addictis, miscent, ſie wollen die der Freyheit gewohnten Niederländer allzu Sclaviſch, nach Spaniſcher Art, tractiren. B. 89) Sie treffen einander gar nicht in der Gemüths-Art. 90) Procerum Belgii Hispanici. J. 91) Als wenn man ſie nicht tituliret. J. 92) Wer ſie höfelt, dem erweiſen ſie hinwiederum viel Ehre. B. 93) Das Flattiren erwiedern ſie mit aufrichtigen Dancke. J.

94) A

saepe idem impetus mutat, uana forsitan suspi-
cione contemtus usque ad odium quoque auer-
88 sos. 94) Vulgus in illis utrimque prouinciis 95)
speciem libertatis, et uana paritatis indicia, 96)
89 plus ipsa libertate aestimat. Et hinc artes, 97)
quibus facile capi possit, non dedignari rusticos
iocos, per uiam annuere 98) commessantibus, et,
cum multum emineas, 99) ipsis tamen, nihil au-
ferente, nec multum duratura, humilitate misce-
90 ri. 300) Guilielmus Auriacus, 1) summorum
consiliorum uir, plus hac arte, quam ulla acie,
91 Ibericas 2) opes afflixit. Agrestes Batauorum
pleraque oppida ad Oceanum incolebant, haud
dubie deficientis ab Hispano Belgii summum ro-
bur, et utriusque solis diuitias fatigaturum. 3)
Nam

94) A pristino amore. J. 95) Belgio. Hispanico et Foederato. B. 96) Wenn ſie meynen, die groſſen und fürnehmen Herren halten ſich nicht höher, als das Volck, ſondern ihme gleich. B. 97) Quae sint, facile liquet. Man kan leichtlich lernen, womit man ſie am beſten fangen, oder gewinnen könne. J. 98) Eine freundliche Mine machen, freundlich zuſprechen, dancken, Beſcheid thun. 99) Dignitate et honore. J. 300) Familiariter conuersari cum plebeiis hominibus, sine periculo tamen dignitatis, quum isthaec familiaritas non duret diutius, quam cum iis fueris. J. 1) Printz Wilhelm von Oranien, pater Mauritii Ducis, Comes Nassouiae, de cuius ingenio et moribus Famianus Strada libr. II. de Bell. Belg. 2) Hispanorum potentiam fregit. Iberus, Hispaniae celebris apud ueteres fluuius. B. 3) Opes, quas Hispani e prouinciis, ad orientem et occidentem solem sitis, acquirebant, fracturum, debilitaturum.

Nam urbes natura, ſituque, impeditae 4) non operoſo 5) munimento poterant ad inexpugnabile robur educi. Sub prima igitur defectionis 92
initia Guilielmus popularitatis 6) nouitate animos omnium in ſe conuertit, reputantes, quanto meliore conditione, quam ſub ipſo rege, uiuerent, ſub auſpiciis ducis, ſibi faſces et imperium debentis. 7) Quippe ab aratro, aut nauigio, inculti adibant nec maieſtate, nec ſatellitio grauem. 8) Ipſe altiſſima calliditate 9) gaudebat, non ſe per inuidioſa nomina 10) ab obuiis, abiectiſque, 11) ſed et Guilielmum interdum, appellari, gnaruſque, quo potiſſimum modo ſuae gentis affectus impellerentur, nullam ſalutantium

uilita-

taturum. J. *Fatigare* eſt frangere, affligere, infirmare. Sic Tacitus Hiſt. libr. V. cap. III. *Inopia aquae fatigabat*, et libr. IV. cap. LXXXIV. *Cunctantem uaria pernicies, morbique, et manifeſta coeleſtium ira, grauiorque indies, fatigabat.* 4) Von Natur und Kunſt vortrefflich befeſtiget. B. 5) Facili negotio, et ſine magno ſumtu. J. 6) Popularitas, wenn ſich ein Fürſt und Herr ſehr freundlich gegen die Unterthanen ſtellet. B. Eiuſmodi autem popularitas tam magni Principis, qui tum regis Hiſpanici nomine praeerat Belgis, res noua, et adhuc inſueta, uidebatur incolis, eoque nomine gratiſſima erat. J. 7) Qui debiturus ſit populo principatum, ſi oblatum a populo imperium ſuſcipiat. J. 8) Agricolae et nautae libere adire poterant Guilielmum, qui nec faſtum ullum prae ſe ferebat, nec habebat ſatellites. B. 9) Imperſcrutabili, er war ein ſtilles Waſſer, das ſehr tief war. B. 10) Titulos ingentes et ambitioſos. J. 11) Viliſſimis homuncu-

uilitatem alto, aut incurioso, supercilio obibat.
93 12) Excepta uox in adulationem castigantium humanitatem suam: 13) *Hominem bene emi, qui salutatione constaret.* 14)

CAPVT

lis. B. 12) Non spernebat ullius hominis salutationem, licet ille uilissimus esset, sed resalutabat salutantes omnes. J. *Obire uilitatem salutantium* dicitur, ut *obire delectum, tributa, munera*, apud Tacitum Vit. Agric. cap. XIII. *et obire omnes numeros amitatis* apud Plinium Panegyr. cap. LXX. 13) Auditus est Guilielmi huius aliquando sermo, quum quidam adulatores nimiam ipsius humanitatem reprehenderent. B. 14) Es ſey ja ein leichtes, einen Menſchen grüſſen, oder ihme dancken, wenn man ihn dadurch gewinnen könne. *Bene emi*, est uili pretio emi. Quod fit, quum quis solo salutationis officio capi potest, et ad obsequium obligari. B.

# CAPVT VI.

## *Italiae et Italorum indoles.*

ITaliam intra exiguas olim aquas, quae Rubi- 1
conem 1) faciunt, aestimatam, nunc Alpium
claustra, propius ad naturae mentem, 2) defi-
niunt. Tellus multum suis bonis, sed amplius 2
propitiae famae, 3) debens. Olim Graecorum 3
coloniis 4) ad orientem 5) celebrata, tum magni-
tudine imperii, 6) quo illustrius nulla aetas aspe-
xit, et suorum ingeniis, culta, nunc etiam, post
excisos Romanae magnitudinis neruos, 7) adhuc
multis gentibus manet omnis uitae et institutio-
nis exemplum. 8) Ibi laeuigari 9) iuuentutem, 4
ibi

---

1) Rubico exiguum Flaminiae flumen, quod diuidebat Italiam proprie dictam a Gallia Cis-Alpina, nostro saeculo circa ortum *Rugon*, seu *Rugoso*, apud *Cesenates Rubicone*, paulo inferius *Pisatello*, ad mare, ubi inter *portum Cesenatem* et *Ariminium* influit, *Fiumesino* dictum, aliquot praeliis nobilitatum. Conf. Lucanus libr. I. v. 213. 2) Welches denn der Natur viel gemäßer iſt, als welche durch die Alp-Gebürge Italien von allen angräntzenden Ländern abgeſondert. 3) Italien hat zwar viel Gutes, aber das Geſchrey davon, und der Ruhm, iſt würcklich gröſſer, als die Sache. B. 4) Quas *Antenor* et *Aeneas* deduxisse feruntur. 5) Ad sinum *Adriatici* maris, qua *Venetorum* nunc est ditio, circa *Patauium*, et in *Latii* confiniis. 6) Romani, quod, *Lauinio* et *Longa Alba* relictis, auctore Romulo, institutum est. J. 7) Vires ac potentiam fractam. B. 8) Dienet annoch vielen Völckern zum Muſter, wie man lehren und leben ſolle. 9) Expoliri, excoli ad elegantiam
morum.

ibi humanitatem uelut ludum 10) aperire, nostri
5 homines 11) arbitrantur. Ipsa nomina urbium,
locorumque, tot historiis, fabulisque, uulgata, ad
stuporem imperitorum ualent, 12) semperque aliis
6 sincerius, quam sibi, credentium. 13) Hoc mor-
talium fauore et Italiae mala 14) teguntur, et bo-
7 na speciosiora 15) sunt. Nec dubium, quin ali-
quot locis amoena 16) sit supra ceterarum regio-
num felicitatem, qua Benacus 17) masculis un-
dis 18) per montium claustra 19) ludit, qua Auer-
nus, Puteoli, Cumae, 20) lasciuiunt. 21) Etiam
quicquid Gallico nomini Longobardi eripuerunt,
22) ferme aequis, et irriguis, agris 23) pulchri-
tudinem

morum. B. 10) Da könne die Jugend galant wer-den, und Höffligkeit lernen. B. 11) Angli, Galli. J. 12) Solent imperitos coniicere in summam admirationem. J. 13) In admirationem rapiunt eos, qui aliorum narrationibus plus, quam suis oculis, credunt. J. 14) Vitia, Mängel. J. 15) Maiorem speciem, famam assequuntur, quam reuera habent. J. 16) Italia. J. 17) *Lago di Garda*, sub quo *Verona* est, et ex quo *Mincius* fluuius in *Padum* se prouoluit per profundas ualles. 18) Rapidis, fortibus. B. 19) Apennini montis, qui Italiam in superam, et inferam, distinguit, et mediam continuo iugo secat. Conf. Lucanus libr. II. v. 396. seq. 20) Auernus, Campaniae lacus, Puteoli, et Cumae, ad sinum Cumanum et Puteolanum, portibus et pharo insignes urbes Campaniae, quae nunc regni Neapolitani pars est. B. 21) Oculis lasciuientibus uoluptatem praebent. J. 22) Mediolanensis Principatus cum uicinis, Parmensi, Mantuana, Veneta, ditionibus. B. 23) Platt, eben Land, das von Bächen durch-

tudinem suam habet. Sed si totius Italiae for- 8
tuna cum uicina conferatur Germania, Galliaque,
et ad Septentriones pertinente Britannia, tunc
fortasse et erubescemus, quod praeuaricatione
nostra, 24) qui tantam illius famam ultro ali-
mus, 25) dotes premat nostrarum regionum non
inferiores. 26) Tellus frequentia montium aspe- 9
ra, aut nimio, et maxime sterili, aestu 27) tor-
rens. Solum in plerisque locis aret, et qua se-
getes patitur, frequens rubiginis tabes 28) cru-
das fruges 29) corrumpit, aut incussa turbinibus
grando. 30) Ne pascuorum quidem magna uis, 10
31) improbo uellere, ciboque peiore. 32) Et uix
unquam ubertas Italiae suis alumnis per triennii
continuam felicitatem satisfecit, 33) multo minus
suffectura, nisi frugalitas, 34) coelique condi-
tio,

durchfloſſen und befeuchtet wird. B. 24) Uberſchreitung. *Praeuaricatio* est, cum terminos alicuius rei transgredimur, wenn wir über die Schnur hauen, der Sache zu viel thun. B. 25) Maiorem facimus, augemus. J. 26) Wir müſſen uns beynahe ſchämen, daß wir Italien ſo hoch erheben, da doch unſere Länder gewiß nicht weniger Gutes und Lobwürdiges haben. J. 27) Nimio solis aestu, qui efficit sterilitatem soli B. 28) Da die Saat wegen groſſer Hitze gleichſam verſchwindet, daß die Körner nicht zum Wachsthum kommen können. B. 29) Immaturas. B. 30) Starcker Sturm-Wind und Hagel. J. 31) Copia est in Italia. J. 32) Die Wolle der Schaafe tauget gar nichts, und das Fleiſch iſt nicht ſchmackhafft. B. 33) Faſt alle drey Jahre iſt ein groſſer Mißwachs in Italien. B. 34) Incolarum. J.

tio, 35) multum cibum aspernantis, parca et so-
11 bria conuiuia temperaret. Variorum generum
arbores, quae sub nostrorum siderum mansuetu-
dine 36) largo prouentu 37) se onerant, ibi, ni-
mio sole 38) consumtae, inualidos, et uix utiles,
12 fructus edunt. Malis autem aureis, 39) punicis-
que, 40) praeferuida regio, et diuersa ficuum
stirpe, ad suorum aestuum leuamen 41) abun-
dat, 42) quae nec necessaria ad humanos usus
sunt, et, per orbem circumlata, 43) plus nostris
13 deliciis, quam pretio suo, merent. 44) Nam
oliuas, quanquam ibi inter tria maxima humani
generis commoda, cum segete, uinoque, 45) nu-
meratas, maxime ex suarum regionum conditio-
ne aestimant, in quibus pascuorum uitio 46)
siccae boues exilia ubera, aut olida, 47) mulgen-
14 tibus tradunt. Carnes, si paucissimas excipias,
animalium sub sole peruicacius 48) durantium a
nostrarum mensarum deliciis paene in alios sa-
15 pores degenerant. 49) Vt iam illa parasitorum
gula,

35) Die Landes-Art, aëris conditio, quae uulgo *clima* dicitur. 36) Sub miti aëre nostrarum regionum. J. 37) Fructuum. J. 38) Solis aestu nimio, μετονυμικῶς. J. 39) Citronen. J. 40) Pomeranzen. J. 41) Diuersis generibus ficuum, quibus incolae solent sitim ex aestu leuare. J. 42) Italia. J. 43) A mercatoribus. J. 44) Wir machen eine Delicatesse daraus, ſie ſind es aber kaum werth. J. 45) Nebſt dem Getreyde und Wein. J. 46) Aus Mangel guter Waide. J. 47) Da wenig Milch in den ſchlaffen Eytern iſt. B. 48) Diutius, constantius. J. 49) Bekommen gantz einen andern Geſchmack. J.

50) Lecker-

gula, 50) Graecas, Romanasque, comoedias pi-
scium commendatione implens, pro illarum se-
dium sorte 51) non parum uideatur sapuisse. 52)
Vrbes eximiae amoenis, ut plurimum, locis con- 16
ditae. Domus non e fragili materia, hae prae- 17
sertim, quas palatia appellant, plus interdum sua
mole 53) spectabiles, quam ad habitantium usum
aptatas. Vario marmore, ac interdum auro, ni-
tent, fastigia 54) ingenti opere in altum produ-
cuntur. Exesae statuae 55) pretiosis locantur
umbonibus, 56) haud raro solo uendentium
mendacio debentes, 57) quod tam ambitiose e-
mineant. 58) Qua uero parietes laxantur 59) in
fenestras, non par reliquo artificio aedibus decor
est. Nam plerumque aut carbasi uile textum, 60)
aut inunctae oleo chartae, 61) id spatium am-
plectuntur, quod recipiendo lumini destinant, 62)
quae

50) Lecker-Maul. J. 51) Pro natura et conditione illarum Italiae regionum. B. 52) Delicatum saporem habuisse uideatur. J. 53) Amplitudine. J. 54) Die Giebel. B. 55) Antiquae, et uetustate attritae, faſt verzehret vom Alter. B. 56) Basibus, Poſtementen, uel etiam in speluncutis, quas Galli *niches* appellant, Germani ein Gehäuſe. B. J. 57) Quae statuae haud raro pretium suum debent mendaciis eorum, qui uendunt eiusmodi reliquias antiquorum. J. 58) Quod ponantur in locis tam conspicuis, et habeantur in tanto pretio. B. 59) Sic Plinius libr. XX. cap. V. *Laxare sese ab angustiis in latitudinem* dixit. 60) *Carbasus* genus est subtilisssimi lintei, unde Vorhänge vor die Fenſter. B. 61) Mit Oehl getränktes Papier. J. 62) Da das Licht hinein

quae nec in publicum decent, 63) et eorum ocu-
los, qui sunt in aedibus, intra triclinii, aut porti-
cus, fores, tanquam in custodia, 64) coërcent,
longe a Britanniae, aut Galliae, cultu, 65) quo
muri ad fenestras aperti uitro iunguntur, libero
ad exteriora conspectu, laetaque trepidantis, ut
18 solet, splendoris imagine. 66) Templa autem
[nam in tantae famae parte sunt] 67) nec totam
aduenarum expectationem implebunt. In ima-
ginibus signisque 68) summus decor. Nihil
aris formosius. Purpuram, sericumque, inter
gemmas, et metalla, 69) pro uilioribus ornamen-
tis numerant. Solum, 70) omnis artificii paui-
mentis 71) effulgens, diuerso marmore miscetur,
quod per idoneos colores, uel imaginem florum
reddit, 72) uel in uolucrum, pecudumque, spe-
ciem

---

fallen ſoll. J. 63) Es ſtehet auf die Gaſſe hinaus nicht wohl. B. 64) Carcere aliquo. J. 65) Ab elegantia aedificiorum in Gallia et Britannia. J. 66) Resplendescentia radiorum solarium per fenestras uitreas uidetur quasi laete trepidare. J. 67) Pars sunt illius famae, qua apud exteros Italia celebratur. B. 68) Imagines sunt picturae, signa, statuae. B. 69) Aurum et argentum, es muß bey ihnen alles mit gülden- und ſilbernen Stück und reich beſetzet ſeyn. Dahero kömmet Purpur und Seiden in ſchlechtes Anſehen. J. 70) Der Fußboden in der Kirche. B. 71) Mit einem künſtlichen Eſterich, quod construitur uariis lapillis, artificiose ita compositis et coniunctis inter se, ut uarias repraesentent figuras. Quod *tessellatum opus* ueteres, aut *musiua opera* appellarunt. B. 72) Repraesentat. J.

ciem coniungitur. Columnae etiam ex marmo-
re ingentes, et paene ad illius lapidis uilitatem 73)
Sed tam opulenta pulchritudo non ad ultimum
uenustatis 74) peruenit, faſtigiis ſcilicet plerum-
que non editis, 75) et nunquam libero ſole in ob-
ſcuras ſedes 76) admiſſo. Feneſtrae multo fer-
ro, et ipſa picturarum denſitate, inumbrantur. 77)
Si quam aedem uel fores opportunae, uel uici-
niae libertas 78) illuſtrat, etiam appoſitis uelis, 79)
pariete interiecto, tanti ſideris munus 80) repu-
diant. Adeo religionis ſenſum putant triſtitia
noctis elatum, et per lucis iucunditatem exſpira-
re. 81) Quicquid uero peregrini de publicis il- 19
lis operibus credant, certe priuatas hoſpitiorum 82)
ſordes, ac plurimum 83) egeſtatem, non ſine tri-
ſti ſenſu et mirantur, et oderunt. Quippe in di-
uerſoria delatos ieiunae, ſqualenteſque, epulae
inter

73) Ita ingentes, ut inde uilitas marmoris cogno-ſcatur. B. 74) Ad perfectam uenuſtatem. J. 75) Altis, ſed depreſſis. J. 76) In templa iſta obſcura radii ſolis libere non admittuntur. J. 77) Eiſerne Gatter ſind vor den Fenſtern, und die Glaß-Scheiben ſind wegen der darauf getragenen dicken Gemählde gantz dunckel. B. 78) Wenn eine Kirche auf einem freyen Platze lieget, und mit andern Häuſern nicht verbauet iſt. B. 79) Vorhängen. J 80) Solis radios. B. 81) Perſuaſum eſt Italis, ſenſum religionis, die Andacht, exaltari et augeri triſti eiuſmodi obſcuritate, contra eum minui et deleri iucunditate lucis ſolaris. J. 82) Diuerſoriorum, der Gaſt-Höfe. J. 83) Plerumque, da gemeiniglich nichts zu bekommen, oder zu haben iſt, Schmahl-Hanß regieret.

 84) Effi-

inter auiditatem et fastidium diuidunt. 84) Tum tricliniorum situs, 85) tum culicum, cimicumque, omni genere infesta cubilia. Acer inde diuersitor, 86) et inclementis hospitii grauis merces. 87)
20 Sed alia illi regioni blandimenta fortuna inuenit,
21 quibus aduentantium studia 88) caperentur. Nam aut publicus error, aut propitium Italiae fatum, ex omni Europa ibi 89) iuuentutem propellit, mutuo in tanta frequentia solatio, quod cum ipsi sibi debeant, huic tamen imputant terrae. 90)
22 Siue igitur tuae gentis homines 91) amas, ibi frequentiam inuenies, siue te aliorum delectabit consortium, in tam numerosis diuersarum regionum coetibus 92) erit quoque, quod deligas, praecipue quodam animorum commercio 93) peregrinos alligante, ut interdum ad amicitiam plus ualeat hospites simul esse, quam ciues. 94) Ita ex omnibus

84) Efficiunt, ut peregrini nesciant, auiditas comedendi et fames, an fastidium, quod sordidi cibi creant, praeualere debeat? ob ſie lieber ſollen Hunger leiden, oder ihr elendes Eſſen zu ſich nehmen? 85) Sordities. J. 86) Hospes inde fit iratus. *Diuersitor* est, qui diuertit. Der wird über ſo ſchlechte Bewirthung verdrüßlich. B. 87) Et cogitur tamen pro tam sordido hospitio magnam mercedem soluere, und muß doch die ſchlechte Herberge theuer genung bezahlen. B. 88) Curiositas. J. 89) Illuc, istuc. *Ibi* pro *illuc* recentius est, et JCtis usurpatum in Pandectis. 90) Sie ſchreiben ihr Vergnügen dem Lande zu, da ſie ihnen doch ſelbſt ſolches machen. J. 91) Landes-Leute. J. 92) Da aus allen Landen ſo viel Fremde zuſammen kommen. 93) Similitudine. B. 94) Coniunctio hospitii, die Cameradſchafft, quam ciuitas,

omnibus prouinciis in unum corpus transeunt,
ibique communem et extemporaneam patriam 95)
uidentur constituisse. Praeterea, qui in Italiam 23
pergunt, iuuenes, ac plerumque opulenti, dum
aut oppida mutant, aut praecipua incolunt, dum
omnia ad uidendi, audiendique, uoluptatem so-
licitant, 96) animos elapsae pueritiae, uenturae-
que prudentiae, medios 97) permittunt incurio-
sae remissioni, 98) maxime cum a patria semotis
non occurrat domesticorum negotiorum facies,
et haec aetas 99) a grauioribus curis seipsa sub-
ducat. Accedunt oblectamenta iuuentutis, ars 24
equestris, cithara, 100) spectacula, 1) artifices ad
comoediam nati, sed uix cothurno 2) pares. Re- 25
uersis deinde in patriam, et negotii, ut opus est,
plenis, quid mirum, suaui recordatione redire
mitissmi temporis ludum, 3) percussoque animo
in elapsae, nec rediturae, oblectationis memoria,
locum quoque tantae felicitatis conscium gratum
esse? 4) Ceterum magni casus, 5) et regio to- 26
ties

---

ciuitas, als die Landsmannſchafft. J. 95) Da ma-chen ſie gleich Bekantſchafft mit einander. J. 96) Dum cupiunt audire omnia, et uidere. J. 97) Qui medio inter pueritiam et aetatem uirilem loco stant. J. 98) Voluptati, quae uacuam ab omnibus curis postulat uitam. J. 99) Iuuenilis. J. 100) Musica. J. 1) Comoediae, et alia ludicra spectacula. J. 2) Non tamen apti satis ad agendas tragoedias. J. 3) Temporis iucundissime, ac sine omni labore, acti in Italia imaginem, memoriam ludicram. B 4) Quid mirum, si locus, qui tantam uoluptatem, nec redituram dehinc unquam, dedit, adhuc iucundus sit? J. 5) Significat hic auctor irruptiones uaria-
rum

ties in exitium sui diues, illos primos, et quos ex ueteribus discimus, 6) mores de Italicis genti-
27 bus ut plurimum excussit. 7) Animus tamen omnium rerum capax. Neque pingui impetu, 8) et tantum ad naturae imperium, 9) sed erudite, et cum artificio, 10) uirtutes, aut uitia, sequuntur.
28 Humanitatis effusa promissio 11) ab iis omni corporis gestu sancitur, 12) uerba exactae urbanitatis, 13) et, cum uolunt, ad persuadendum aptis-
29 sima. Etiam prolixe beneuolentiae indulgent, 14) et, ubi uere amant, omnia discrimina habent in-
30 fra tam humani foederis sanctitatem. 15) Si quos autem oderunt, siue sponte auersi, 16) siue se lacessitos

---

rum gentium in Italiam, praecipue uero Gothorum et Longobardorum, qui, diu in Italia dominati, suos mores inuexerunt. B. 6) Quos in Romanis fuisse discimus ex ueteribus Historicis. B. 7) Es haben die heutigen Italiäner die alten Römiſchen Sitten gar nicht mehr. Ita Cicero pro L. Muraena: *Nobis omnia ista studia de manibus excutiuntur.* 8) Tumm in den Tag hinein. B. Sic Cicero: *Pingui Minerua:* in Laelio, et: *Poëtae pingue quiddam sonantes:* pro Archia. 9) Impetum, was einem gleich beyfället. B. 10) Acuta quadam ratione et consilio. B. 11) Sie geben die beſten Worte, machen einen Hauffen Complimente. J. 12) Confirmatur, ſie verbücken ſich darzu, und bekräfftigen es mit vielen Gebehrden. J. 13) Die allerhöfflichſten Worte, uerba, in quibus nihil possit humanitatis desiderari. B. 14) Beneuolentiam comprobant prolixe. J. 15) Solent omnia pericula libenter subire, minorisque aestimare, quam amicitiam sancte confirmatam. J. 16) Quasi naturae quodam fastidio et odio, wenn ſie von freyen Stücken, und ohne gegebene Urſache, von einem abſetzen.

ceſſitos 17) exiſtiment, ideo periculi plenior res eſt, quia, hanc animi aegritudinem plerumque tegentes alte, 18) interim aemulationis, aut offenſae, memoriam recondunt. Laeſi interdum ad obſequium deſcendunt, ut inter amicitiae iura 19) tutiori fraude graſſentur. 20) Etiam aetatem 31
haec odia ferunt, 21) ac, quod noxioſiſſimum putes, nonnunquam animus tam facilis eſt ad uulnus, 22) quam pertinax ad cicatricem. 23)
Mentes intra triſtiorem prudentiam caſtigatae 24) 32
uix ſuſtinent iocos, nec quid temere, et abſque conſilio, uel dicere aſſueti, uel facere, ex ſuo quoque more alios aeſtimant, 25) nutus 26) omnium, oculos, uerba, in argumenta animi ſuperflua ſubtilitate ducentes. 27) Ita perpetuis ſuſpicionibus, atque curis, ſui aſtus poenas luunt.
28) Sed et ipſa nimiae calliditatis opinio eſt 33
ingrata, cum, uix in ſimplicem, 29) nec ſuſpectam,

---

abſetzen. B. 17) Aliqua iniuria. J. 18) Profundo pectore. B. 19) Simulatione amicitiae. B. 20) Vltionem ſuam liberius exerceant. B. 21) Durant in iis per omnem uitam. B. 22) Ad perferendam ab aliis iniuriam J. 23) Ad ultionem. B. 24) Aſſuetae ad uitam ſeueram, et grauiorem diſciplinam. J. 25) Sie reden und thun nichts ohne Überlegung, urtheilen dahero von andern auch nach ihrer Art. J. 26) Motus capitis et aliorum membrorum. J. 27) Adeo, ut ex iis ſignis, uelut ex certis argumentis, concludant de aliorum cogitationibus. Quae ſubtilitas ſuperflua et ſuperſtitioſa eſt. B. 28) Perpetuo ſcilicet timore, qui animum affligit ex ſuſpicionibus et diffidentia. B. 29) Ingenuam, ſinceram.

ctam, familiaritatem descendentes, 30) semper stare in specula 31) credantur, quid ceteri agant,
34 arbitraturi. 32) Venena, damnatamque libidinem, 33) ideo omiserim, quod non Italiae propria uitia, sed in totum orientem criminatio, ad meridiem quoque deflectens, 34) uni genti praecipue imputari iure non possit, maxime cum haec scelera, tenebris, fraudique, mandata, 35) et negari facilius a consciis possint, et ab aemulis fin-
35 gi. Ingens autem, et publica, crudelitatis opinio est, qua illic feruntur odia inter se inimici exercere, praedonesque grassari, ita affectus dispensante natura, 36) ut, in quibus regionibus maior passim humanitatis species cernitur, ibi praedonibus sit trucior animus, inimicitiarum quoque, et ultionis, ingenium 37) magis in barbaros ritus
36 38) degeneret. Nam Italia, ultro prodigens obsequii,

---

ram. B. 30) Demittentes sese, ſich einlaſſende. J. 31) Gleichſam auf der Schild-Wache ita, ut semper insidientur aliorum factis ac uerbis. B. 32) Vt *arbiter speculatorem*, *arbitrium prospectum*, significat apud Plautum et Horatium, sic *arbitrari* est *prospicere*. Conf. Taubmannus ad Plauti Aulul. Act. IV. Scen. I. v. 21. p. m. 216. 33) Venerem masculam et Sodomiticam. B. 34) Traxit hoc crimen originem suam ex regionibus ad orientem sitis, peruenitque postea in regiones meridionales, Africam, Italiam, Hispaniam. B. 35) In tenebris, et per fraudem, peracta. J. 36) Siquidem natura ita distribuit affectus inter uarias gentes. J. 37) Artificium ingeniosum, quo uindictae cupidi utuntur. J. 38) In immanes, et qui accedunt ad gentium

sequii, cultusque, promissa, 39) quod est 40) ad
odiorum immanitatem, aut latronum, in extre-
mum saeuitiae abiit. 41) Galli, non pari humi- 37
litate uerborum, 42) gestuumque, amicitiam co-
lentes, multum quoque de crudelitate remiserunt.
Neque enim tam facile adducuntur, ut impiis cae-
dibus naturae ius uiolent, saltemque mortem sup-
pliciorum maximum putant, non poenarum opta-
bilem metam, et ad quam debeant inimicis per
tormenta gradus esse. 43) Demum Anglia, a 38
Gallicae humanitatis pompa recedens, 44) etiam
multo magis ab illa crudelitatis barbarie diuer-
tit. 45) Nam et praedones 46) spoliis contenti
sunt, et omnino insolens 47) facinus adimere ui-
tam, oblongas perticas, 48) ferroque praefixas,
ceruicibus euntium illidunt, ut, animo per subi-
tum,

tium maxime barbararum mores. B. 39) Maxime liberalis est in promittendo obsequio et officio, die Italiåner ſind allzu freygebig mit ihren Complimenten. B. 40) Quod attinet ad immanitatem odiorum, latronumque. *Est* pro *facit, attinet*. J. 41) Der Italiåner Haß, und der Banditen Wuth, iſt unausſprechlich arg. J. 42) Sie werffen ſich nicht ſo gar ſehr weg in ihren Complimenten. 43) Ad quem oporteat inimicos peruenire per gradus tormentorum. J. 44) Die Engelånder brauchen noch weniger Complimenten als die Frantzoſen. J. 45) Aliena est. J. 46) In Anglia. J. 47) Inauditum, insuetum. J. 48) Lange Stangen, die oben zwey eiſerne Haacken haben, ſo ſich zuſammen ſchlieſſen. Dieſelben ſtoſſen dergleichen Råuber denen Leuten dergeſtalt auf den Hals, daß man ſich nicht wehren kan, und ziehen alſo den Reiſenden aus. B.

49) De-

tum, et breuem, liquente 49) torporem, nec illi
suas res defendere possint, nec ipsi ad caedis ne-
fas adigi, qua mutuae rixae frequenter funestae
39 sunt. 50) Italiam autem, quanquam totam Al-
pes et maria in se collegerint, 51) unius quoque
linguae societate cognatam, tamen diuersus, mul-
tiplexque, spiritus 52) in uarios mores egit. Saepe
enim, et per partes, a diuersis gentibus uicta, non
unius animi incolas admisit, 53) quos indoli suae
miscens, ab iis uicissim externi genii fatis imbu-
40 ta est. 54) Accessit ad formanda ingenia regi-
minis modus, 55) in quod se unaquaeque pars 56)
41 post tot cladium mutationem composuit. Ro-
ma multo uariarum gentium impetu 57) iam olim
de suae magnitudinis, ac opulentiae, fastigio de-
iecta est, tanquam orbis sua spolia inde 58) re-
42 posceret. Neque unquam mutatio ius suum in
hominum animos maiore prodigio exercuit, quam
cum illud imperium, 59) ingenti spiritu Romanae
indolis

49) Deficiente, von Kräfften kommende. J. 50) Qualis caedes saepe fit, si rixae oriantur inter latrones et uiatores. J. 51) Intra se concludant, ambiant. J. 52) Ingenium, indoles. J. 53) Incolae diuersarum gentium, adeoque et diuersorum ingeniorum, uenerunt in Italiam diuersis temporibus. 54) E diuersarum nationum mixtura externarum quoque gentium mores assumserunt Itali. J. 55) Die beſondere Regierungs-Art. J. 56) Italiae, unter welche ſich ein iedes Theil von Italien, nach ſo vielen Veränderungen, begeben. J. 57) Incursionibus, irruptionibus. J. 58) Ex urbe Roma. J. 59) Romanum J.

60) E

indolis erectum, humilitate et socordia afflixit. 60) Nunc ipsa urbs sub Pontificum iure, cum non 43
modica Latii, Vmbriaeque, regione, uicinisque aliquot populis, aptos quoque tali imperio animos induit, scriptis 61) quippe, terroreque, et ueneratione coelestium rerum, 62) toto orbe sui principis 63) maiestatem plus, quam armis, et maiorum 64) fortitudine, asserens. Sub Regibus 44
65) autem illud omne concessit, quod a Piceno, 66) sinuque Formiano, 67) Adriaticae et Tyrrhenae undae cingunt, in ingens Ionii maris latus extrema cornua 68) Italiae effundentes. Sedem, 45
nomenque, imperio Neapolis 69) dedit. Non alibi in Italiae finibus maioribus animis nobilium uirorum impetus, ac propemodum fastus, attollitur. 70) Equorum, armorumque, studiosi sunt, faciles ad stimulos gloriae, 71) et in omnis magnifi-

60) E fastigio suo in humilitatem et socordiam deiecit. J. 61) Libellis, seu literis, quas Bullas uocant. J. 62) Religionis et sacrorum. J. 63) Pontificis M. J. 64) Romanorum. J. 65) Illa omnis pars Italiae ad reges Neapolitanos et Hispanos peruenit. J. 66) Marchia Anconitana. 67) Videtur Barclaius antiquas *Formias* in ipsis Pontificalis territorii confiniis, supra sinum *Amyclanum*, seu *Cajetanum*, eo loco, ubi nunc *Fondi* est, ponere, quas tamen alii *Nolam* Campaniae uolunt fuisse. 68) Extremas prouinciae partes. J. 69) Neapolis iſt die Haupt-Stadt dieſes Königreiches, und giebet ihm auch die Benennung. 70) Es iſt kein ſtöltzer Volck in Italien, als die Neapolitaner. 71) Facile impelluntur ad gloriam quaerendam. J.

46 gnificentiae cultus 72) intenti. In alia Italiae
ora, qua influenti Adriatico primae terrae inter-
cedunt, 73) urbem Veneti condidêre, cum, op-
pidis exuti, in illa uastitate, quam Attila Italiae
47 fecit, suis se paludibus tegerent. 74) In ea ciui-
tate quanquam toti nobilitati gerendae reipubli-
cae 75) ius est, tamen summum imperium penes
paucos ex senioribus 76) manet, seuerum qui-
dem illud atque solicitum, 77) ut necesse est, in
tanta uicinorum potentia, ciuiumque deinde opi-
bus, nisi cohibeantur, ad ambitum uitio diuitia-
rum

72) In pompam. J. 73) Am innerſten Meerbuſen. J. 74) Quum illi, qui eiecti erant ex oppidis, in paludibus se occultarent tempore belli, quod Attila, Hunnorum rex, prope toti orbi inferebat ab A. C. CCCCL. Quanquam sunt, qui malint reiicere urbis Venetae initia in annum Christi CCCCXXI. quam in A. C. CCCCLV. illi tamen, si ad prima initia habitatarum illarum insularum, hi, si ad incrementa Venetae urbis respiciunt, aeque uera tradunt. Ceterum et initia urbs sua, et incrementa, terroribus ex Attilae in Italiam expeditione ortis debet, quum constet, Attilam de inuadenda Italia diu ante cogitasse, quam irrupit, eiusque consilia Italos non latuisse, quorum aliqui, inprimis opulentiores, tempestiue suis rebus fuga in illas insulas consuluisse uidentur, ne improuiso a barbaris opprimerentur. B. 75) Omnes nobiles Veneti ius habent gerendi rempublicam, et praesentes esse possunt consilio publico. J. 76) Qui appellantur Procuratores S. Marci. B. 77) Leges obseruantur seuere, et omnia aguntur cum solicitudine. B.

78) Facile

rum spectaturis. 78) Sic illa disciplina 79) do- 48
mitos animos per aulicorum studiorum uenusta-
tem non deducit, ac ne illis quidem uoluptatibus,
decorique, assuefacit, qui patricias stirpes alibi
tenet, 80) ut est rei equestris, armorumque, disci-
plina, aptae quoque elegantiae et urbanitatis, pro
seculi more, peritia. 81) Plus denique publice 49
sapere, quam priuatim 82) edocentur, nisi quod
in procurando patrimonio 83) eximiam sedulita-
tem habent. Aliae praeterea urbes olim se com- 50
posuerant per uaria Italiae littora in reipublicae
auspicium, 84) quas fortunae 85) uis, erepta cla-
ritate imperii, quod per externa maria quae-
sierant, 86) in regum, principumque clientelam
coëgit. 87) Iam in iis mixti animi, 88) semper- 51
que

78) Facile enim fieri posset, ut diuites fierent ambitiosi, et euerterent rempublicam, quod Florentiae factum est, et Mediolani. B. 79) Legum seuerior, die ſtrenge Beobachtung der Geſetze. J. 80) Sie werden ſo qualificiret nicht, wie an anderen Höfen auch nicht ſo artig, galant, manierlich, als anderweit die Edelleute ſind. 81) Reiten, fechten, exerciren, nach heutiger galanten Art höfflich ſeyn. 82) Sie werden angehalten, ihren Verſtand mehr zum gemeinen Beſten, als zu eigenen Nutz, zu gebrauchen. 83) In procurandis diuitiis, Geld zu erwerben. J. 84) Ita, ut auspicarentur respublicas liberas, et nullius principis imperium agnoscerent, *Florentia* nempe, *Pisae*, *Mantua*, aliae. B. 85) Aduersae. J. 86) Exercendo mercaturam et nauigationes J. 87) Adegit, ut se traderent in tutelam regum, principumque. J. 88) Qui partim seruientium, partim pristinae libertatis, ingenium exprimunt. B.

 89) Du-

que pendentes 89) sunt inter gloriosae libertatis
cupiditatem, cuius adhuc imaginem uident, et
principum, ad quorum patrocinium confugêre,
necessariam simul, grauemque, 90) potentiam.
52 Insubres 91) autem corporibus, animisque, spe-
ciem ac genium Galliae, Italiaeque, miscuerunt,
uultu, membrisque, paene compositis ad Gallo-
rum uenustatem, quam deinde Italicis dotibus 92)
implent. Sed et utrinque, ut uirtutes, ita uitia,
53 exceperunt. Ceterae in Italia regiones 93) prin-
cipes suos habent, modicis plerumque imperiis,
ideoque maiori calliditate, ut sunt in ingenti pe-
lago scaphae, adgubernandis, 94) cumque in an-
gustis prouinciis, nisi per immensa uectigalia,
sufficere opes non poſſint maiestati dominantis,
95) salubri consuetudine illae gentes assuescunt
et opes inuenire, 96) et pro imperio reposcenti-
54 bus non negare. 97) Nihil autem est tam ar-
duum sedulitati humanae, ad quod Italici acumi-
55 nis praestantia non tollatur. 98) Ab ultima et-
iam

89) Dubii. B. 90) Onerosam, molestam, urbibus his. J. 91) Ducatus Mediolanensis, seu *Lombardiae*, incolae B. 92) Iis, quas Itali proprias habent, reddunt perfectam. 93) Mutinensis, Parmensis, Mantuana, Florentina, ceterae. 94) Mit groſſer Politique, oder Klugheit, müſſen ſie, wie die kleinen Kähne auf der groſſen See, regieret werden. 95) Zum Hof-Staat des Fürſten. J. 96) Acquirere diuitias labore industrio. J. 97) Nec recusare tributa pendenda principibus suis ad defendendum imperium. J. 98) Sagacitas Italorum sese non extollat. J.

99) Ad

iam sorte uulgi non paucos quotidie in nomen, 99) atque opes, felix industria 200) producit.
Nullum curarum genus, quod diuitias promittat, 56
aut, si opus est, humilitatis specimen, aspernantur, 1) longi quoque laboris, speique, patientes, quorum alterum fastus Hispaniae, alterum subita, atque praeceps, uis Gallorum non toleret. 2) Al- 57
tae, 3) et ad rerumpublicarum gubernationem ualidae, mentes ad omnem fortunam idoneae, frugi homines, 4) intentique ad futura. 5) La- 58
tine scribere inter illos haud pauci, non utique loqui, nôrunt. Linguam quoque, qua uulgo utuntur, quanquam nihil est aliud, quam cum corrupta Latinitate barbarorum mixtura uerborum, quantum possunt, ab originis suae uestigiis 6) loquendo, scribendoque, auertunt, adeo ut in fauces reuocent uerba, 7) quo asperitas soni, uocumque contractio, quae uix totae ad aures perueniunt, nihil Latinae cognationis uideatur habere. Quo more 8) Hispania iam et ipsam suam 59
linguam

99) Ad nominis celebritatem. J. 200) In exercenda mercatura. J. 1) Nec humillimas spernant operas, si ex iis quaestus parari possit. B. 2) Humilitatem Hispanus fastuosus, longos labores Gallus leuior, ferre non possit. J. 3) Sublimes, prudentes, sagaces, nachdencklich, ſcharffſinnig. B. 4) Paruo contenti, parce uiuere soliti. B. 5) Soliciti, ut sibi in futura tempora prospiciant. J. 6) A ratione antiquae linguae latinae, a qua originem traxit Italica. B. 7) Sie verſchlucken die Sylben, beiſſen allezeit etwas von den Wörtern ab. B. 8) Contrahendi uoces. J.

linguam infecit, ita demergens 9) simplicitatem
uocum, ut confusa, et a summo pectore coacta,
asperitas deleat multarum litterarum suauitatem.
60 Tamen amoenitas studiorum 10) in Italia non exi-
gua, et maxime eae partes, 11) ad quas uiuax na-
61 turae lepiditas inuitat. Testis gentilitii carminis
12) pulchra, et ad uicinorum inuidiam grauis,
ubertas, quae nomina poëtarum, tot amorum
ignibus ad supplicii celebritatem fictis ardentia,
62 13) sacrauit. 14) Nec enim interest, sua, an an-
tiquorum, 15) lingua locuti sint, cum sit eius-
dem uirtutis impetus, qui tenerum, et opulen-
tum, ingenium in popularem, quique in ueterem,
facundiam laxat. 16) Nam et Graeci, quae intel-
ligeret populus, scribebant, et Romani Graecos
mimos, et Atticae eloquentiae efficax robur, ad
63 sui uulgi aures accommodauerunt. 17) Iam
quid de Italicis Historiae scriptoribus dicam, istis
quidem sincera prudentia uicturis, illis autem
tantum nimia eloquentia, et partium fauore, pec-
canti-

9) Deglutiens quasi J. 10) Humaniorum, qualia sunt Poësis, Eloquentia, Historia. B. 11) Poësis, ad quam maxime aptus est uiuidus lepos ingenii, quo praediti sunt Itali. B. 12) Italicae poëseos. B. 13) Qui poëtae describunt in suis carminibus amores uehementissimos, qui animos macerant non secus, ac supplicium, seu poena, affligit corpus. B. 14) Celebria fecit. J. 15) Latine, an Italice. B. 16) Qui impellit animos poëtarum teneros et uberes [inuentieuse, von artigen guten Einfällen] siue Italice scribant, siue Latine. B. 17) Eiusmodi ediderunt scripta, quae uulgus etiam legere posset ac audire.

cantibus? 18) Sed et ſapientia coeleſtis, 19) et humanae prudentiae diſciplina, 20) ceteraque omnia, quae in Muſarum tutela ſunt, 21) nunquam parum illius populi ingeniis debuerunt. 22) 64
Ad extremum non alibi ſanctiorum uirtutum exempla, peiorumue facinorum, quam in Italicis animis cernas, et, quod quidam de Attica dicebat, *nullibi uel atrocior cicuta eſt, uel ſuauius apes exſuctis, digeſtisque, floribus cellas implent.* 65

CAPVT

audire. B. 18) Quidam ex his perpetua nominis celebritate gaudebunt ob prudentiam ſinceram, et non adulantem, quum contra quidam peccent nimium affectata eloquentia, uel ſtudio partium. B. 19) Theologiae ſtudium. J. 20) Politica. J. 21) Reliquae omnes partes humanae eruditionis. B. 22) Induſtriae eruditorum Italorum ingenioſae multum debuerunt ſemper, haben allezeit viel zu dancken gehabt. J.

## CAPVT VII.

### *Hispanorum genius, mores.*

1 VLtimum Europae claustrum 1) est in immensum Oceanum, Libyamque, 2) tendentibus Hispania, quae olim a situ Hesperia, 3) mox ab oppido Hispalia 4) appellata, tandem in
2 hodiernum nomen concessit. 5) Ingens tellus, quippe Galliam Afris committens, 6) et, si Pyrenaei

1) Hispania claudit Europam ad occidentem, eiusque finis est. Ideoque recte *claustrum* appellatur. B. Sic *claustra Aegypti, claustra Caspiarum, claustra Romani imperii, maris, montium, claustra terrae ac maris,* uocauit Tacitus Hist. libr. I. cap. VI. libr. II. cap. LXI. LXXXII. libr. III. cap. II. XLIII. Annal. libr. II. cap. LXI. libr. II. cap. LIX. urbes, arces, munimenta, in extremis aditibus, finibusque, posita, uel ipsas extremas prouincias, quae propugnaculo sunt ceteris aduersus hostes. 2) Africam, cuius pars Libya est, ad Aegyptum collocata. B. 3) Ab Hespero, stella occidentali. Quum autem et *Italia Hesperia* dicta sit, significanter *Hispania* ab Horatio libr. I. od. XXXVI. v. 4. *Hesperia ultima* uocatur. B. 4) Ab oppido *Hispali*, Baeticae Hispaniae urbe clarissima, quae nunc Seuilia dicitur. B. 5) Ita ut Hispania uocetur. J. Quanquam longe alia est cl. Bocharti, et aliorum, dé Hispaniae appellatione sententia, qui a שפנים *cuniculis*, quorum magna ibi multitudo est, a Phoeniciis mercatoribus, illuc, quum Carthaginem peterent, diuertentibus, nuncupatam primum arbitrantur. 6) Quasi coniungens cum Africa Galliam. B.

7) Mon-

naei 7) paterentur, insula, 8) antiqua 9) uber-
tate insignis, hodie per uastas solitudines fidem
tot historiarum corrumpens. 10) Nudum 11) in 3
pluribus locis solum, et sterilibus arenis incul-
tum, egens aquae, non herbarum, non messium,
12) decore spectabile. Sed qua 13) tepentibus 4
uenis 14) frugum, aut uinetorum, alimenta sug-
geruntur, mirum est, quantum natura indulgeat.
15) Illic ubertas eximia, et paene reliquae pla- 5
gae 16) sterilitatem pensatura. Monstrum 17)
putes, quod alicubi arua auctum centies semen
agricolae restituunt. Frequentia 18) oppida non 6
sunt, sed nec in iis commeatus, 19) quo hospi-
tes

7) Montes, qui Hispaniam a Gallia diuidunt. J. 8) Quippe undique mari circumfusa, nisi ubi Galliae per montes Pyrenaeos iungitur. J. 9) Inde ab antiquissimis temporibus clara facta ubertate sua. Quod liquet ex Strabone, Mela, Polybio, Diodoro Siculo, Justino, Athenaeo, aliis. B. 10) Vastae solitudines, quae nunc in Hispania sunt, efficiunt, ut uix credamus, ea, quae ueteres Historici de antiqua Hispaniae ubertate commemorarunt. J. 11) Quod gramen non profert. B. 12) Largo frugum prouentu. J. 13) Parte soli, ubi. J. 14) Aquarum, fontium, fluminum. J. 15) Quam ubertim crescant omnia. J. 16) Hispaniae, es träget, wo das Land Waſſer-reich iſt, ſo viel, daß beynahe gantz Spanien davon kan verſorget werden, und man alſo der Unfruchtbarkeit in übrigen Gegenden ſo ſehr nicht achten darff. J. 17) Rem uix credibilem, prodigio dignam et admiratione. B. 18) Volck-reich. J. 19) Copia uictus, quo excipi peregrinantes possint, es iſt da wenig von Lebens-Mitteln zu haben. B.

 20) Con-

tes Gallico, Britannoue, aut Italico saltem, more
7 excipi possint. Incolae autem in priscos habitus, geniumque maiorum, ut maxime durant. 20)
8 Robustum 21) hominum genus, laborisque illius patiens, non 22) quo arua coli solent, aut artificia procurari, sed qui maxime est ad bella idoneus, ut est ferme peruigilium, inedia, sitis, et omnino ad militarem disciplinam obsequium. 23)
9 Nam in susceptas spes pertinax animus praecipue uirtutis partem credit 24) malis, et periculis, non
10 lassari. Hinc ad Romanas olim partes obstinata 25) Saguntus 26) excidio suo, et mutuae caedis fortitudine, clara. Tum pro famae magnitudine parua Numantia, 27) tot Romanorum primo, ad
11 extremum sui, uictrix. 28) Lusitania quoque re-

penti-

20) Conseruant mores, uestitumque, maiorum suorum. *Durare in rem*, et *ad rem*, Taciti est Annal. libr. I. cap. VI. et libr. XIV. cap. I. 21) Durum, das einen Puff ausſtehen kan. B. 22) Non quidem illius laboris. J. 23) Quod necessarium est ad tuendam disciplinam militarem. B. 24) Persuasus est, in eo maxime consistere fortitudinem. J. 25) Quae nolebat se subducere imperio Romano. J. 26) Vrbs Hispaniae Tarraconensis trans Iberum prope mare sita, a Carthaginiensibus obsessa, et propter constantem in Romanos fidem misere excisa. Cuius excidium caussam dedit bello Punico secundo. Confer. Liuius libr. XXI. cap. VII. seq. B. 27) Parua quidem urbs Hispaniae, sed quae magnam famam consecuta est pertinaci fortitudine, qua Romanorum impetum per XL. annos sustinuit. Conf. Florus libr. II. cap. XVIII. B. 28) Vicit primum multos Romanos, tandem etiam se ipsam,

dum

pentinis uiribus et cogi, soluique, facilibus, Viriatum suum succingens, 29) et omnis Hispania, ad Sertorii disciplinam 30) fide, et moribus, commoda, 31) ipsumque cum Pompeio Metellum fatigans. 32) Adhuc barbaros, et in rudia, uariaque, imperia dissectos, 33) suae fortitudinis admonuêre lacessentes 34) hinc Poeni, inde Romani, quorum ambitum Hispania luebat, 35) uelut in praemium alienae uictoriae concessa. Domitis, expulsisque, Carthaginis copiis, libido 36) et auiditas Romanorum, libertatis quoque cupiditas, quam Hispani demum, ut amissa est, cognouerunt, crudam gentem, et barbaram, ita inconciliauit 37) uictoribus, ut nunquam in totum pacata, paene

12 (margin, beside "tigans. 32) Adhuc barbaros…")
13 (margin, beside "praemium alienae uictoriae concessa. Domitis,")

dum incolae mutuis sese uulneribus confecerunt, ne in Romanorum potestatem uenirent. J. 29) Quae uiribus suis adiuuit *Viriatum*, quae tamen, ut collectae erant paruo negotio, ita facili, uel nullo, disturbabantur. Confer. Florus libr. II. cap. XVII. B. 30) Ad exemplum morum Sertorii, qui bello ciuili, quod inter Marium ac Sullam gerebatur, in Hispaniam fugit, eiusque uiribus se armauit. Conf. Florus libr. III. cap. XXII. et Plutarchus in uita Sertorii. 31) Seruans fidem, et mores probos. B. 32) In bellis sic, ut Hispania nec a Metello, nec a Pompeio, potuerit superari. J. 33) Hispanos, quum adhuc essent barbari, necdum a Romanis uicti, et meliori disciplina exculti. B. 34) Aggressi uidelicet Hispaniam armis Carthaginienses. J. 35) Quorum ambitionis Hispania dabat quasi poenas, quia Carthaginienses appetebant Hispaniam armis. J. 36) Dominandi ambitio. J. 37) Plautinum uerbum, quo usus Plautus est frequen-

paene omnibus fastis 38) Italica arma 39) lassaret. Ipse quoque Augustus bellum cum Cantabris 40) non, 41) ut leue, et quotidiani momenti, suis legatis 42) mandare sustinuit. Visum illi par suae felicitati periculum, praesensque de-
14 pugnauit. 43) Nec dum Hispani tot bellis, tantoque suo, et hostium, sanguine de exteris imperiis cogitabant, 44) duntaxat adnisi non seruire. 45) Tandem iugo assuefactos Gothi, Vandalique, 46) de Romano exemerunt imperio tunc quidem sibi ipsis, sed quoniam in Hispaniae corpus transierunt, et Hispaniae quoque, uincen-
15 tes. 47) Superuenit deinde ex Mauritania atrox fulmen,

quentius pro *alienare*, *inimicum reddere*, Bacchid. Act. III. Scen. VI. v. 22. Mostell. Act. III. Scen. I. v. 80. Pers. Act. V. Scen. II. v. 53. Trinummo Act. I. Scen. II. v. 99. 38) Annis. B. Sic Plinius Panegyr. cap. LVIII. dixit: *Reserare fastos*: quod paulo ante: *aperire annum*: dixerat. 39) Romanorum. J. 40) Hispaniae Tarraconensis populus septentrionalis ad oceanum, qui inde *Cantabricus* olim, nunc *Mer de Biscaya*, dicitur. 41) Quod leue esset, et uno die confici posset. J. 42) Seinen General-Lieutenant. B. 43) Tam grande illud esse putauit, ut sola felicitate armorum suorum id superari posse crederet, siquidem ipse uenit in Hispaniam, et rem confecit. J. 44) Nondum appetebant regna aliena. B. 45) Ne cogerentur ipsi aliis seruire. J. 46) Quod factum ab A. C. cccc viii. et cccc xi. imperante Honorio. 47) Hi quidem populi subegerunt sibi Hispanos, sed quia cum iis in unam gentem coaluerunt, eorum uictoriae cesserunt etiam in Hispaniae utilitatem. J.

48) Ir-

fulmen, 48) non ipsam modo Hispaniam corripiens, sed uno impetu in Galliam transiens, Saracenorum uiribus in immensum effusis. Exacti e 16
Gallia, et uiciniore Hispania, illi Mauri ultra Baetim, et Iberum, 49) consederunt. Reliquae Hispaniae partes in diuersa, et plerumque aemula imperia 50) abiêre, donec in primum coaliturae 51) Hispaniae pignus Isabella, quae fratri 52) in regnum Castiliae successerat, Ferdinando 53) Arragonio nupsit, et magnitudine dotis Arragoniam semper liberiorem, 54) quam sub iusto rege, 55) prouinciam 56) in mariti 57) iura coërcuit. Mox ambo communibus armis domitos 17
Mauros, paene octo iam saeculis 58) Hispaniae incubantes, 59) suae Africae reddidêre. 60) Sub 18
eorun-

48) Irruptio hostilis a Mauris, seu Saracenis, facta ab A. C. Iↄ cc ix. Iↄ cc xi. Iↄ cc xiii. quo anno Rodericus, ultimus Gothorum rex, cum omni exercitu internecione deletus, et Hispania a Saracenis occupata est. 49) Hispaniae fluuios, quorum ille *Guadalquiuir*, hic *Ebro*, dicitur. 50) Legionense, Nauarraeum, Aragonense, Castellanum. 51) In unum regnum coiturae. J. 52) Henrico IV. mortuo A. C. cIↄ cccc lxxiv. B. 53) Ferdinando Catholico, Aragoniae regi. J. 54) Welches Königreich ihm allezeit mehr Privilegien und Freyheit angemaſet hat, als andere Königreiche in Spanien. B. 55) Als unter einem absoluten Monarchen, oder souuerainer Herrſchafft ſeyn kan. B. 56) Castiliam. J. 57) Ferdinandi Catholici J. 58) Ab A. C. Iↄ ccxiii. usque ad A. C. cIↄ cccc xcii. per annos Iↄ cc lxxviiii. 59) Possessionem Hispanicarum prouinciarum iniuste usurpantes. B. 60) Eiecerunt Mauros ex Hispa-

eorundem 61) auspiciis Americam aperuit ille Columbus, 62) ad occasum positae Indiae paene 63) autor, et, ut prosperis undique fatis res Hispana emicaret, 64) huic etiam Belgium, ascito in communionem generis et imperii Philippo Au-
19 striaco, 65) accessit. Eodem tempore pulsa ex Apulia 66) arma Gallorum, Neapolim 67) Fer-
20 dinando 68) concessêre. Mox nouis, et crescentibus, rebus 69) reuerentiam, et quandam maturitatem, 70) addidit Carolus V. imperii titulo auctus, 71) strenueque Mediolanum sibi as-
21 serens. 72) Restabat ex omni Hispania nomine, et

Hispania in Africam, unde uenerunt. J. 61) Ferdinandi Catholici et Isabellae. J. 62) Christophorus Columbus, Genuensis, qui A. C. cIↄ ccccxcii. aditum in Americam primus aperuit, in quam deinde Americus Vesputius penetrauit altius. B. 63) Inuentor. Nemo certe ante Columbum eo peruenit, quamuis fuerint, qui terras ibi esse, subodorati ante eum sint. 64) Potentior fieret. J. 65) A. C. cIↄ ccccxcvi. Philippus Austriacus, Maximiliani I. Imperatoris, filius, ducit Ioannam, Ferdinandi Catholici et Isabellae filiam natu secundam, ex qua Carolus V. et Ferdinandus I. nati sunt. 66) Regni Neapolitani prouincia. J. Id factum A. C. cIↄ Iↄ iii. 67) Vrbem primariam cum uniuerso regno. J. 68) Catholico, Aragoniae, quin imo uniuersae Hispaniae, regi. B. 69) Crescenti in dies Hispanorum potentiae. J. 70) Summum quasi dignitatis ac felicitatis fastigium. J. 71) Imperator Romano-Germanicus electus A. C. cIↄ Iↄ xix. 72) Ducatum Mediolanensem, tanquam Feudum imperii, aduersus Franciscum I. Galliae regem, sibi armis strenue uindicans, inprimis A. C. cIↄ Iↄ xxiv. et

et affectu Lusitania dispar, 73) Orientis commercio grauis, 74) ad quem per immensa, et infida, Africae littora magno ausu nauigans, uicto etiam, et per sparsas colonias occupato, imperabat. 75) Sed hanc quoque prouinciam in suae 76) 22
Hispaniae corpus restituit Sebastiani regis casus, 77) quo amisso Lusitani in Philippi II., Hispani, potestatem concessêre. Tam ingentibus incrementis 78) non mutati in Hispanis quidem mores, sed magis aliquanto excusati. Quippe eorum rebus adhuc humilibus 79) dignus tamen hodierna magnitudine tumor fuit, in quem suae naturae sponte 80) nati sunt. Et hic 81) illis uitiorum

rum

et cIↄ Iↄ xxv. J. 73) Quae adiacet quidem Hispaniae, ab ea tamen semper diuisa fuit, aliud nomen, alios mores habuit, aemula semper Hispaniae, et obtrectatrix. B. 74) Diues potensque facta ex nauigationibus in Indiam orientalem, quorsum primus nauigauit *Vascus Gama*, Lusitanus, A. C. cIↄ cccc xcvii. conf. Mariana libr. XXVI. Hist. B. 75) Orienti, seu populis Indiae Orientalis quibusdam deuictis, et coloniis passim deductis. J. 76) Antiquae. J. 77) Mors uiolenta. In Africa enim contra barbaros pugnans obiit, haeredem relinquens nullum, praeter patruum, Henricum, Romanae sedis purpuratum patrem, iam senem, quo A. C. cIↄ Iↄ lxxx. mortuo, Philippus II. rex Hispaniae, Lusitaniam cum Hispania coniunxit. Perierat autem rex *Sebastianus* in Africa A. C. cIↄ Iↄ lxxviii. B. 78) Potentiae. J. 79) Quum parua adhuc esset eorum potentia, nihilo tamen minus illi superbi fuerunt. B. 80) Sic Tacit. Annal. libr. II. cap. LIX. *sponte principis*, et libr. IV. cap. VII. *sponte incolarum*. 81) Tumor, fastus. J.

82) Cum

24 rum ac uirtutum causa est. Graues enim animi, et cum pondere quodam elati, 82) non subito impetu effunduntur in diuersa, 83) nec uincere magis sciunt, quam uictoria uti. Ita ad omnia pericula peruicaces, ne tempore quidem, et taedio, 84) uincuntur, factamque natura et arte constantiam 85) uix de illis locis amoueris, quos se-
25 mel insederit. Sed uerba, quibus se, suosque, attollunt, ingrata audientibus, fabulisque scribentium traducta, 86) uultus quoque cum hoc grandi sermone conspirans, et conuictus, 87) nisi seruientibus, et domitis, animis grauis, seuerae ma-
26 iestati paene quoddam odium addit. 88) Vnusquisque in acie, ac maxime phalange, 89) quam
27 singulari discrimine 90) melior. Seruatas parsimonia opes, et ad temperantiam institutis corporibus saepe negatas, in uestitu consumere amant,

82) Cum lentitudine quadam, ut solent grauia, et pondere grauata, **mit einer langweiligen** Grandezza. J. 83) Consilia, ita ut modo hoc suscipiant, modo illud, quippe quae mutatio grauitati Hispanorum esset aduersa. J. 84) Diuturnitate temporis ac morae. J. 85) Hispanorum, **man bringet ſie nicht von der Stelle, wo ſie einmahl eingeniſtelt ſind, oder wenn ſie auf etwas kommen.** J. 86) Satyricis quorundam scriptorum sermonibus risui aliorum sunt exposita. B. 87) Consuetudo, conuersatio. B. 88) Si non grauis et molestus est animis seruituti assuetis, tamen odiosam reddit grauem illam et seueram Hispanorum, quam affectant, grauitatem. J. 89) In pedestri acie. 90) Certamine singulari, quod *duellum* uulgo uocant, fortior, animosior, generosior. B.

91) Wenn

mant, et sic ad ostentationem proferre, 91) immensa sui fiducia, sed apud timidos, aut patientes, maiore. 92) Illis frugalitas eximia, 93) non 28
tantum in suae Hispaniae aestu, 94) ubi corpora nimio sole marcentia cibum pati non uidentur, sed ubicunque suorum nummorum periculo 95) edunt. Modicus panis, nec pretiosa herbarum condimenta, 96) assuetis tam rigidae uirtuti 97) plerumque sufficiunt. In alieno autem sumtu 98) haud facile alii ad mensarum hilaritatem meliores. 99) Nulla tunc series 100) opulenti conuiuii, quam non totam oculis manuque percenseant. 1) In ultima paupertate supercilium 2) 29
non omittunt. Sutori egeno, cum iam fata 3) instarent, aderat filius in paternam sortem natus. 4) Is 5) cum rogasset, ecquid sibi decessurus

91) Wenn ſie es gleich beſſer haben könnten, leiden ſie doch lieber halb Hunger, und wenden das Geld dafür auf die Kleider, daß ſie nur groß thun können. J. 92) Fiducia illa, quam in sua uirtute collocant, maior fit, magis ab ipsis iactatur, si in timidum quempiam, aut iniuriarum patientem, inciderint. J. 93) Sie eſſen ſehr wenig. B. 94) Domi, in calida sua regione. J. 95) Auf ihre Koſten. B. 96) Zugemüſſe. J. 97) Temperantiae, frugalitati, parsimoniae. B. 98) Wenn ſie aus anderer Leute Beutel zehren. J. 99) Es ſind keine beſſere Tiſch-Compagnions, keine luſtigeren Gäſte. J. 100) Ciborum, ferculorum. J. 1) Sie beſehen alles genau, und wenden es vielmahls um. J 2) Fastum, superbiam, iactantiam. J. 3) Mors. B. 4) Auch ein armer Schuſter. J. 5) Filius. J.

rus praeceptorum relinqueret? iam defecta uoce pater: vt, inquit, memineris in maiestatem as-
30 surgere familia tua dignam. 6) Miraculo nobis fuit ex Hispania mulier, uix centonibus 7) satis tecta, tribusque, qui comitabantur, liberis precarium spiritum tristi mendicitate producens. 8) Forte in Gallorum coetum inciderat, et ex his statim unus spectaculo 9) motus: Ego, inquit, o mulier, hoc te onere ex parte leuabo. Maiorem ex tuis liberis [et is forte ad decennium peruenerat] mihi trade. Hunc leuibus, 10) suaeque aetati paribus, ad seruiendum officiis assuefaciam. Vbi adoleuerit, meo sumtu, curaque, hoc artificii genere, quod maxime probauerit, imbuetur. 11) Ad haec mulier: Nec Deus hoc siuerit, inquit, o mi homo, quanquam pauperem me uides, ut in tantam humilitatem 12) filium damnem. Qui aut tu, aut ego, sciamus, in quae fata sit genitus? 13) aut quam claris uirtutibus subsidium patriae paraturus? Satius illi, si ita fata tulerint, inedia extingui, quam ad seruitutem [sub externo

6) Sic Tacitus Hist. libr. IV. cap. XXIII. *Assurgere in collem.* Velleius libr. II. cap. LI. *Assurgere in triumphum.* 7) Alte geflickte und geſtickte Lumpen. B. 8) Muſte ſich mit Betteln ernähren. B. 9) Hoc tristi. J. 10) Non difficilibus, aut ultra aetatem grauibus. J. 11) Soll er ein Handwerck auf meine Koſten lernen, worzu er Luſt hat. J. 12) In einen ſo niedrigen und verächtlichen Stand. J. 13) Was etwa noch für ein anſehnlicher Mann aus ihm werden kan. J.

14) In-

no praecipue domino] 14) egregiis 15) homini-
bus indignam accedere. Fallunt tamen Hispani 31
tantorum spirituum specie, 16) quales naturae
sponte, et saepe incogitantes, effundunt. Nam 32
plerique illorum, parca modicaque sorte conten-
ti, ne spem quidem ad maiora fastigia, et super-
cilio suo digna, uidentur attollere. 17) Hinc
uideas ad arcium praesidia modico stipendio
collocatos, uelut in patriis Laribus, inter impares
tam ambitiosis uerbis curas 18) ad senectutem
peruenire. Quod utique minus pati Gallorum 33
animi possint, ad noua subinde omnia erecti, et
Italica sedulitas, semper illam, quae uentura est,
fortunam obseruans. In Hispania studia littera- 34
rum eo cultu non nitent, 19) quem haec aetas
nudis 20) et squalentibus Musis reposuit, cum
periisse uideretur ille eruditionis spiritus, qui
omnem scientiarum partem debet implere. Non 35
enim Latinae eloquentiae studium ibi 21) uiget,
22) non uenustas Poëtices, non Historiae, prisco-
rumque rituum utilis et robusta lepiditas. 23)
Veterem

14) Inprimis non Hispano. J. 15) Nobili genere natis. J. 16) Externa hac ostentatione et iactantia. J. 17) Sie dencken nicht einmahl höher oder weiter hinaus. J. 18) Inter seruitia militis gregarii tanta ostentatione indigna. *B*. 19) Non ita excoluntur. J. 20) Omni elegantia et ornatu destitutis. B 21) In Hispania. J. 22) Philippus tamen V. rex Hispaniae, et Ioannes I. rex Lusitaniae, multum sumtus, operaeque, posuerunt in amplificandis literarum studiis, quae nunc laetius ibi uidentur efflorescere. 23) Antiquitatum utilis co-

36 Veterem ac paene barbaram inquirendis scientiis rationem obtinent, Philosophiae incumbunt, Theologiam amant, non spernunt legum et ca-
37 nonum peritiam 24) Sed illas scientias Graeca, Latinaque, eruditione mitigari 25) indignantur, putantque hoc modo fucum addi, quo uirilium
38 literarum 26) lineamenta elangueant. Vir nuper non ignobilis 27) in literis famae, cum ab iis, quibus obsequium addixerat, 28) iussus esset in Hispania diuinarum rerum scientias profiteri, statim hac politioris doctrinae uelut infamia euiluit, admotisque precibus supplex a suae libertatis dominis impetrauit alias sedes, et suae huma-
39 nitatis patientes. 29) Praecipua ad Germaniae morem ibi eruditionis species, 30) prolixis uoluminibus pauca complecti, sed et illa plerumque ex aliis autoribus superuacuo labore decerpta. Et hoc quidem Academiarum malum 31) est.
40 In ceteris urbibus non adeo frequens est scientiarum commercium, nisi quod in suae regionis di- gni-

gnitio, quae eruditionem facit masculam. B. 24) Iuris ciuilis ac Canonici cognitionem. B. 25) Suauiores effici Graecarum Latinarumque literarum notitia indignum putant. J. 26) Scientiarum et Facultatum superiorum, Theologiae, Jurisprudentiae, Medicinae, Philosophiae. B. 27) Seu *Andreas* ille *Schottus* fuit, seu alius quispiam eruditus e Belgio, Iesuita. B. 28) Ab ordinis sui magistratu. J. 29) Vbi docere cum dignitate posset humaniores literas. J. 30) Ostentatio, iactantia. J. 31) Vitium. J.

32) Quia

gnitatem libros, patrio sermone conscriptos, amant habere, prorsus ut in militaris nominis ambitum 32) uideantur hanc formam seuerioris in
Musas 33) negligentiae quaesiuisse. Reconditae 41
illis mentes, 34) et ad lenta consilia idoneae. 35) Hinc longos cuniculos agere, 36) et ueluti obsessis inaspectos, 37) arma et pacem ex suis 38) temporibus sapientissime aestimare, opibus animos subigere, 39) et hac inuicta arte de fortissi-
mis gentibus triumfare. Maxime autem solenne 42
est ad parandam reuerentiam nomine coelitum 40) uti, specieque sacrorum subducere ambitum
41) oculis uulgi. Numini suas cupiditates im- 43
putant, et, ueluti pro illo 42) depugnantes, solertissime sibi 43) uincunt. Illa ueluti praefatione 44) in omnium rerum coepta, tanquam in scenam

32) Quia affectant Hispani fortium militum famam. J. 33) literas humaniores. J. 34) Quam quae diu possint consilia sua occultare. B. 35) Quae diu agitantur ante, quam ad exitum deducantur. B. 36) Metaphora ducta ab iis cuniculis, quos faciunt milites in terra, dum obsident urbem, qui Lauff-Gräben, Sappen, dicuntur, id uult dicere Barclaius: In occulto et abdito Hispanos struere consilia, et ex longinquo aggredi solere, ne deprehendantur, aut sentiantur ante, quam oppressio fiat. B. 37) Statii uocabulum, quod frustra quaeras alibi. 38) Opportunis, commodis. B. 39) Diuitias negligere, nec ab iis pendere J. 40) Dei et Diuorum. J. 41) Ambitionem suam sic dissimulare, ut, tecta religionis uelo, non appareat uulgo. J. 42) Pro honore Dei. J. 43) In suam utilitatem, suo commodo. J. 44) Unter dieſem Vorwand.

44 scenam et tragoediam, intrant. 45) Ferdinandus et Isabella 46) hunc iam patrium morem nepotibus 47) tradiderunt. Quippe in hostibus suis inueniebant publici odii causam, adeo ut semper in bellis credi uellent diuinae iracundiae ministrare. 48) Cum externarum gentium principibus acturi non ex optimatibus, ducibusue, 49) oratorem 50) legebant, sed ab alicuius monasterii solitudine extractum. 51) Ita praeter recisos legationis sumtus 52) fidem quoque eiusmodi fe-
45 ciales, 53) et reuerentiam negotio faciebant. Equidem dignissimum laude putem, quod Hispani in magna hominum penuria uastum tamen, et dissipatum, 54) imperium suorum ciuium coloniis, aut praesidiis, tenent, suique aerarii famam opulen-

---

wand. 45) Greiffen ſie alles an, um darunter deſto ſicherer ihre Perſon zu ſpielen. Sic *intrare in familiaritatem alicuius*, *intrare in rerum naturam*, *in mentem iudicii*. Cicero ad Qu. Fratr. libr. I. cap. I. de Orat. libr. II. et libr. V. de Finib. Bon. et Mal. 46) Catholicus, rex Hispaniae, et coniux eius, Isabella, Castellani regni haeres. B. 47) Secutis regibus. J. 48) Sie wollen ſtets für ſolche angeſehen ſeyn, die GOtt brauche andere zu züchtigen und zu ſtraffen. Sic Cicero in L. Piſon. *Clodianis Furiis miniſtrare faces.* 49) Von ihren Generalen. J. 50) Legatum. J. 51) Einen kahlen Mönch. B. 52) Praeterquam quod sumtibus parcunt, in legatorum pompam alias erogandis. J. 53) Legati de pace, aut bello, missi, quod sacri ordinis homines essent, maiorem negotio fidem ac reuerentiam facere uidebantur. B. 54) In uariis orbis terrarum partibus. J.

55) Magni-

opulentiae Indicae nomine, et ingentibus 55)
praeterea uerbis, cauta et industria fraude susten-
tant. 56) Ceterum in Hispanica gente pompa 46
uerborum, gestuumque, ideo minus ingrata est,
quod non ascititia, 57) aut extorta, 58) sed ueluti
ex naturae praecepto, intumescit, cuius omnis
impetus, etiam in uitia declinans, nescio, quo ge-
nio, decet. 59) Sed nec indignos putes illa spe- 47
cie animi, in cothurnos assurgentis. 60) Sordes
saltem palam odere, cultuique corporis amant,
munditiei, et patricii ritus uestibus, indulgere, 61)
arma, etiam deficiente penu, 62) tanquam prae-
cipuum in uiro ornamentum, et seruant, et gesti-
tant. Nihil in illis ineptum, nisi si quid iacta- 48
tio 63) expresserit, in colloquiis, ceteraeque uitae
usu, callidis, aptisque ad omnia, ingeniis, nec se
ipsa eodem fuco ignorantibus, 64) quem facere
aliis

---

55) Magnificis, großprahlend. J. 56) Unter dem Vorgeben, als bekämen ſie groſſe Schätze aus America, wiſſen ſie ſich liſtiger Weiſe bey dem Credit, als hätten ſie Geld und Vermögen genung in Cassa, zu erhalten. 57) Affectiret. B. 58) Gezwungen. B. 59) Etiam, quum uitiosus est, decorus est Hispanis peculiari quadam naturae indole. J. 60) Grandiloquentiam, et uerba sesquipedalia sese efferentis. Verbis enim sublimibus utitur Tragoedia, cuius signum cothurnus est. B. 61) Sie bleiben bey ihrer Spaniſchen Tracht, die allezeit reinlich und ordentlich ſeyn muß. B. 62) Re familiari. J. 63) Auſſer ihre Rodomontaden. 64) Bene norunt ipsi suam debilitatem, licet fucum faciant, et alios uelint decipere externa specie. J.

49 aliis uerborum pompa uolunt. Sermonum, et amicitiarum, exordia per speciem mitiſſimae humanitatis 65) adornant. Hos tu quoque illis initiis optime poteris eadem tranquillitate adoriri, 66) ſuccedentes autem ad faſtum mutua ma-
50 ieſtate excipere. 67) Si uero te Gnathonem 68) anguſtior fortuna 69) uoluerit eſſe, timido ſilentio, plauſuque, ſatia 70) animos in ſuam, aut patriae, magnitudinem diffuſos. 71) Ac tunc quoque, niſi quod iam admordeas, 72) tuum eſſe ne duxeris, memineriſque, ut te promiſſis onerant ſupra fidem ingentibus, largiorem etiam, quam praeſtare unquam poſſis, operam, mendacium aſtruente 73) fiducia, polliceri.

CAPVT

65) Mit ſonderbarer Höfflichkeit und Complimenten. J. 66) Eadem ratione cum illis loqui. J. 67) Wenn ſie groß thun, kanſt du ihm ebener maaßen ſo begegnen. J. *Succedere ad faſtum* dictum uidetur ad imitationem Liuii libr. XXXIV. cap. XV. *Succedere ad caſtra hoſtium.* 68) Adulatorem. J. 69) Paupertas tua. J. 70) Laude et admiratione delectare potes Hiſpanorum animos. J. 71) Prolixe loquentes. J. 72) Niſi quod iam manu teneas, ac uelut dentibus, ne id crede in tua poteſtate eſſe. B. 73) Ita quidem, ut audacia et fiducia tua in pollicendo uideatur uerbis tuis fidem facere.

# CAPVT VIII.

## *Hungari, Poloni, Mosci, gentes reliquae ad septentrionem positae.*

PAnnoniam, 1) iam nutantibus Romani imperii rebus, 2) Longobardi însedêre, Hunnique, 3) qui, transfuso in prouinciam nomine, 4) Hungariam appellauerunt. 1
Huic 5) pro diuersis regnantium 6) uiribus saepe mutata limitum sedes est, nunc illos in uiciniam proferente, 7) nunc in arctius cogente fortuna. 2
Sauo, Tibiscoque, 8) fluminibus rigatur. 3
Ister, 9) iam plurimis fontibus auctus, interfluit, capacique apud Tau-

1) Pannonia olim duplex erat, Superior atque Inferior. Haec nostro saeculo Hungaria dicitur, illa complectitur Austriam, Stiriam, Carinthiam, uicinasque regiones. B. 2) Deficiente et collabente Romanorum potentia. J. 3) Gothi primi Romanis hanc prouinciam ademerunt saeculo IV. Hos Hunni secuti sub initia saeculi V. pulsis Gothis, Hungariam occuparunt, duce Attila. Quo mortuo, Gothi et Gepidae iugum Hunnorum excusserunt, ipsi regna condiderunt. Longobardi autem, saeculo VI. Hungaria potiti, paulo post in Italiam penetrarunt, et in eorum locum Auares successerunt, qui cum Hunnis, saeculo VIII. in Pannoniam reuersis, demum in unam gentem coaluisse dicuntur. B. 4) Volunt aliqui ex coniuncto *Hunnorum* et *Auarum* nomine *Hungariam*, quasi *Hunn - Auariam*, dictam esse. B. 5) Hungariae. J. 6) Principum ac regum. J. 7) Amplificante, extendente. J. 8) Die Sau und die Teiſſe. J. 9) Die Donau. J.

 10) Quod

4 Taurunum 10) alueo excipit Sauum. Regio a Polonia, atque Germania, ad Dacos, et Moesiam, 11) excurrit. Qua Illyricum, 12) et Dalmatiam, spectat, Alpium molibus 13) tecta est. Omni
5 prouentu felix solum. Vberrimas segetes alit, pascuorum ingentium fidem exteris gentibus facit, uenalibus per orbem armentis. 14) Paulo minus centum millibus boum in singulos annos Germaniae transmittit, illincque 15) in uicinas Germaniae terras. Partem quoque Italiae iisdem
6 cibis 16) alit. Vinum generosissimum est, nec multum illi dispar, quod in Hispania gignitur.
7 Coelum 17) quoque ad ualetudinem commodum, nisi

10) Quod nunc Belgradum dicitur, Griechiſch-Weiſſenburg. B. 11) Illa regna, quae nostro aeuo Seruia, Bulgaria, Vallachia, Transylúania, appellantur. B. 12) Regio ab Histria et Arsia, fluuio inter mare Adriaticum, et iuga montium Albiorum, Bebiorum, Cerauniorum, Ardiorum, usque ad Scardum montem in Macedoniae, Moesiaeque, finibus porrecta, ex aduerso Italiae, diuisa olim in Liburniam et Dalmatiam, quarum illa, Histriae contermina et occidentalis, quum Dalmatiae, quae Macedoniae propinquior, adeoque orientalis est, opponitur, *Illyricum* sigillatim h. l. uocatur. 13) Non illorum, qui Italiam a Germania discriminant, sed montium, quos paulo ante dixi, Albiorum, Bebiorum, Cerauniorum, Ardiorum, quibus ad septentrionem secernitur Pannonia ab Illyrico ad fontes Vnae, Timaci et Drini confluentes. 14) Bobus Hungaricis, qui uenduntur passim. B. 15) Ex Germania. B. 16) Carne bubula. J. 17) Aër salubris et commodus ad tuendam et conseruandam ualetudinem. J.

18) Die

nisi quod sub autumno intemperies mutantis in
horas aëris morbos creat, maxime hospitibus sae-
uos. 18) Noctes scilicet multo frigore horrent,
ingens aestus succedit, media luce campos, cor-
poraque, adurens. Sub uesperam gelidus aër ite-
rum incautos astringit. 19) Varii generis, pretii- 8
que, metalla in uisceribus tellus habet, aurum-
que 20) interdum cum arena fluuii uoluunt, fera-
cissimi piscium, quos ibi nimia copia uiles facit.
Indolem gentis ideo magis arduum 21) scire, quod 9
hoc saeculo horribili clade perculsa 22) est, suis-
que moribus uix relicta, hinc urgentibus barbaris,
potitisque magna parte prouinciae, hinc milite
ex omnibus Europae populis ad auxilium lecto,
moraque, 23) et multitudine, aliquid suorum mo-
rum sensim in illam regionem transfundente.
Dixerim, bello, et assiduis malis, factum, 24) 10
ut uulgus, quod in agris habitat, excussa 25) ru-
sticitatis simplicitate, in saeuitiam plerumque
abierit.

---

18) Die öfftere Abwechſelung des Wetters verurſachet viele Kranckheiten, welche denen Fremden ſonderlich ſehr gefährlich ſind. 19) Frigefacit illos, qui contra horridiorem aërem se non munierunt. J. 20) Gold-Körner, die aus denen Flüſſen gewaſchen worden. B. 21) Difficile. J. 22) Per Turcas, qui inde ab A. C. cIↄ Iↄ xci. ad A. C. cIↄ Iↄ ciii. perpetuo bello Pannoniam misere affixerant, imperante *Rudolpho II.* Germanis et Hungaris, *Mahummede III.* Turcis. 23) Commoratione diuturna in Hungaria. J. 24) Esse, accidisse. J. 25) Nach abgelegter Bäuriſcher Einfalt. J.

26) Facto.

abierit. Nullo discrimine 26) in suos, atque
hostis, milites insidias struunt. Si quibus sub
noctem aberrare contigerit, adsunt statim ad
praedam, et ingratissimo 27) scelere suos milites,
sibi opem per omnia discrimina ferentes, non ali-
ter a se, quam nudos, et in ultimae mendicitatis
11 imaginem, 28) amittunt. 29) Nobilibus, ut
par est, mens erectior, 30) meliorque frons, et
animus ad magnificentiam factus, membra, in-
cessusque, compositi ad uenustam maiestatem.
12 Togis et tunicis 31) utuntur ad morem orientis,
purpureis maxime, aut quae caeruleum colorem
acceperunt. Et hic uestitus egregie uiros decet,
breui ut plurimum acinace ad togatum latus 32)
13 appenso. Callidis, et ingentibus, consiliis ua-
lent, 33) parique audacia, praesertim si breui
14 duntaxat, et furtiuo, 34) impetu opus. Ingen-
tes proceribus opes sunt, magna quoque, licet in
regno,

26) Facto. J. 27) Quum iuuare potius ipsos, sibi auxilio missos, et pro se contra Turcas dimicantes, deberent. B 28) In der ſchmählichſten Dürftigkeit. J. 29) *Amittere* frequentissime pro *dimittere* usurpatum a Plauto, ut in Milit. Glor. Act. IV. Scen VIII. v. 66. et Act. V. Scen. I. v. 23. 28. a Terentio Phorm. Act. III. Scen. II. v. 22. Heautont. Act. III. Scen. I. v 71. B. 30) Honestior. J. 31) Togae sunt uestes illae talares, quas Hungari gestant, fibula connexae, tunicae autem uestes, quas sub toga gestant. B. 32) Ad latus corporis, ubi toga replicata est. J. 33) Sie unternehmen wichtige Dinge mit groſſer Verſchlagenheit, und nicht geringerer Kühnheit. J. 34) Celeri et clandestino. B.

35) Quam-

regno, 35) libertatis uestigia. Vnicuique pro
opibus 36) multitudo clientium, 37) et illis in
patronos ingens fides. Non alia ingentior no- 15
bilibus cura, quam ne quid de iis praerogatiuis
38) decedat, quas iam a multis aetatibus inteme-
ratas habent. Et ideo maior armorum pertina-
cia 39) contra Turcas, qui in unam 40) seruitu-
tem omnis claritudinis, sanguinisque, familias
premunt. Absque hoc 41) inclinatio animo-
rum 42) in illis timeretur, aliunde potius reges,
quam Germania, perituris. Quippe Hungaros, 16
Germanosque, uulgare uiciniae malum, superba
aemulatio, inter se committit. 43) Probra 44)
utrinque in domesticis colloquiis saeua, alternis-
que 45) uitia curiose aut explorant, aut fingunt.
Hungari equorum studiosi, quos optimos habent, 17
uestes quoque, et arma, ad delicias, pompamque,
exigunt. Equis malunt, quam pedibus, prae-
lium inire, auidissimi honorum, timerique cum
ambitu 46) quaerunt. Italica ingenia, artesque,
sequuti,

35) Quamuis regem habeant. J. 36) Nachdem er viel oder wenig Vermögen hat. J. 37) Unterthanen, die ihnen ſehr treu ſind. J. 38) Vorrechten, Priuilegiis. J. 39) Dahero fechten ſie ſo verzweiffelt wider die Türcken. 40) Aequalem. J. 41) Wenn dieſes nicht wäre, daß die Türcken hohe und niedrige in gleiche Dienſtbarkeit führeten, und die Könige ihnen ihre Vorrechte nicht lieſſen. B. 42) Ad Turcas. B. 43) Hetzet ſie wider einander zuſammen. B. 44) Schimpffliche Vorwürffe. J. 45) Vicibus modis, eines um das andere. J. 46) Ex ambitione quadam, adeoque solicite, et anxie, et impense. B.

47) Der

sequuti, 47) ne ab eorum quidem uitiis creduntur abhorrere, et uindictae facinora peragere di-
18 cuntur iisdem artibus, parique liuore. 48) Ad amicitiam facillimos putes. Sed haec uerane sit, aut tuta, nulli melius aestimabunt, quam ii ipsi, qui illam inibunt, serio reputantes, num amari meruerint, an uero illa gens, utilitatem captura, 49) simulatione beneuolentiae fraudem paret.
19 Insignis est apud illos magistratus, quem Palatinum 50) dicunt. Is nihil ex se 51) decernere, sed obstare regi potest, quicquam publicum sancienti, cui postquam suo suffragio intercessit, 52) infirmum est, quod deinde statuitur. Et hunc 53) plurimi colunt, tanquam uindicem libertatis, oppositumque regibus, ut olim tribunatus 54) Romanis consulibus potestatis modum 55) fecit.
20 Hinc scias, magnos gentis animos, nimiumque tumentes, dura, aut soluta 56) imperia pati non posse, nisi, quod in prouinciis illic cernas, quas Turcae inuasêre, ad reuerentiam dominorum acri metu cogantur, et premente 57) spem o-

mnem

47) Der Italiäner Räncke, Griffe, und Findlein. B. 48) Odio, uehementia. B. 49) Seines Nutzens halber. J. 50) Qui maximus a rege est, et Palatinus Hungariae appellatur. B. 51) Sua auctoritate. J. 52) Wenn er durch ſein Votum darwider protestiret. J. 53) Palatinum. J. 54) Officium, potestas, auctoritas, Tribunorum plebis. J. 55) Certos terminos, limitesque, posuit. J. Sic Cicero in Verrem, Act. II. *Modum orationi facere* dixit. 56) Absolutae, non limitatae, potestatis imperia. Soluta igitur legibus uidelicet. B. 57) Opprimente

ac

mnem libertatis. Illyrici, Dalmataeque, quos 21
Istros, Sclauosque, appellamus, ad Hadriatici
maris littora incolunt. Illinc, qua introrsus terram spectant, 58) in Pannoniae fines perueniunt.
Immanium montium dorso ea regio horret, 59) 22
perpetua hyeme in cacuminibus rigente. Quae
in ualles demittuntur, 60) mitiora sunt, uicisque,
et arcibus, frequentia. Gens alieni iuris est, 61) 23
diuersisque dominis iamdiu assueta, in eorum
plurimum mores, ac ueluti indolem, abit. Pars
62) Principibus Austriae subest, Veneti non pauca ad mare obtinent, reliqua Turcarum imperio
accessêre. Hinc Germanici habitus, atque mo- 24
res, 63) Italici etiam, ac denique barbari, pro do-
minorum genio dispensati. Paene inuia regio 25
est, 64) nisi quod in portibus naues interdum
excipit, quae a Venetis in Orientem soluunt, 65)
aut illinc in Adriaticum remeantes, cetera peregrinos non inuitant. 66) Inde lectis militibus 26
forti-

ac supprimente. J. 58) Vbi longius a mari recedit. 59) Inamoena est, et horrida. J. 60) Was tief lieget, iſt angenehmer und leidlicher, auch mehr bewohnet. 61) Sub exterorum principum potestate posita. B. 62) Illyrici et Dalmatiae. J. 63) Lebens-Art und Sitten haben ſie theils von den Deutſchen, theils von denen Venetianern, theils von den Türcken. B. 64) Es reiſet faſt niemand dadurch, es gehet faſt keine Straße durch, es kömmet niemand leichtlich dahin. 65) Die Levanten-Fahrer landen bisweilen allda an. 66) Ein Fremder findet ſonſt nichts daſelbſt, was ihn dahin zu reiſen bewegen könnte. Quanquam iam, postquam *Tergeste* portu libero, insignique

fortitudinis et audaciae fama est, in Turcarum praecipue castris, paucique praeter illos Constantinopoli in Praetorianas cohortes 67) leguntur.
27 Hungariae a septentrione Polonia 68) est, inde ad Oceanum 69) procedens, Russiaeque contermina.
28 Tot spatiis diffusa regio paene nullibi in montes assurgit, et a planitie factum 70) nomen,
29 quam Scythico uerbo *Pole* appellant. Campi in immensum patent, quos nix altissima hyeme obruit. 71) Hac discussa, segetes crescunt, non in indigenarum tantum usus, 72) sed et, mari delatae, per multa Baltici littoris spatia sterilibus
30 fundis, annisue, opem ferunt. 73) Saeuae hyemes terram, fluminaque, aduinciunt, 74) quia uiolentia Aquilonis, nullis montibus repercussa, liberum, ut in pelago, coelum rapit. 75) Accedit septentrionis 76) uicinia, et ibi emoriens solis

---

signique mercatu, auctum est, longe aliter se res Histriae coeperunt habere, et *sinus Tergestanus* frequentari nauibus solet. 67) Unter die Janitſcharen. B. 68) Vicinia, confinis, contermina. J. 69) Mare uidelicet Balticum, die Oſt⸗See. J. 70) Est, fuit. J. 71) Es giebet da ungeheuere Flächen, die im Winter gantz verſchneyet werden. 72) Non alendis tantum sufficientes inquilinis. J. 73) Nauibus exportatae annonam leuant in iis locis, quae, uel soli uitio, uel tempestatis, satis frugum incolis non proferunt. J. 74) Adstringunt gelu. *Aduincire* pro *adstringere* dixit nulla cuiusquam ueterum, quod sciam, auctoritate. 75) Aërem frigidiorem secum rapit ac congelat. B. 76) Poli Arctici. J.

77) Ca-

solis uis, 77) praesertim cum recessit ad bru-
mam. 78) Natura subsidium 79) admouit pro- 31
fundissimas siluas, 80) quae et, in ignem datae, frigus expellant, et in suis praeterea umbris animalia alant, quorum pelles fulciendis 81) uestibus pretiosissimae habentur. Hac duplici ope utun- 32
tur in 82) hyemem, alio quoque commodo suis siluis obnoxii, 83) quippe alicubi immensa examina apum feruent. Agrestia illa sunt, nec cuiusquam cura aut pastum, aut tecta, accipiunt. 84) Vacuis quercuum ramis, aut truncis, inhaerent, ibi cereas domos exstruunt, et optimo melle implent. Hinc ingens, facilisque, in regionem prouentus. 85) Ceram mercatores deuehunt, ipsi melle conficiunt potum, quem in deliciis habent. 86) Flumina, paludesque, plus iusto 33
quasdam prouincias obruunt, adeo ut aestate uix possint adiri. Concretis per hyemem undis curricula

77) Calor solis ibi tepidior, et elanguescens. B. 78) Zumahl, wenn der kürzeſte Tag kömmet. B. 79) Aduersus hyemem. J. 80) *Profunda montium et siluarum* dixit Tacitus in Agric. cap. XXV. *Profundas libidines*, Cicero in L. Pisonem. *Profundam auaritiam*, Sallustius Bell. Jugurth. *Profundissimae siluae* igitur sunt *densissimae, spississimae, abditissimae*. B. 81) Zum Unterfutter, unter zu füttern. J. 82) Contra, aduersus, J. 83) Sie haben noch einen beſondern Nutzen aus ihren Wäldern. B. 84) Es ſind nur wilde Bienen, die niemand wartet, und denen niemand Stöcke, oder Körbe, ſetzet. J. 85) Ex his Poloni facile diuitias ingentes colligunt. J. 86) Meth, mulsum. B,

ricula habent, quae lubrica glacies facile euol-
uit. 87) Ita per regionem feruntur. Et hoc
est commercii tempus, quo externi ad eos com-
meant, ceramque, et pelles, mercantur, ac si
quid praeterea sub tam rigido coelo in pretium
34 88) nascitur. Plerumque 89) lapides exstruen-
dis domibus desunt. Lignis ad parietes utun-
tur, stramentoque 90) operiunt, praeterquam in
celebribus oppidis, arcibusque optimatum, 91)
35 quantum illa regio ferre potest, excultis. Polo-
nis ut plurimum dura 92) uita, coelo aspero, nec
populi moribus factis ad nostri saeculi uenusta-
tem, et hinc aliquando saeuiora ingenia. 93)
36 Diuersoria peregrinos excipiunt, longe a nostra-
rum terrarum ratione. Deducuntur in sedem,
quae inanis, et plerumque perfossis ad accipien-
dum lumen parietibus, 94) uentis quoque, et
hyemi, patet, nulli, quibus decumbant, lecti, non
erecta ad epulas mensa, longo, ac multiplici, cla-
uo paries fixus est. 95) Illic 96) hospites sarci-
nas, quas habent, in ordinem appendunt. Mul-
to

87) Schlitten, die leichtlich über das Eyß gehen. J. 88) Quod pretio redimi mereatur B. 89) In plerisque prouinciis. J. 90) Sie decken es mit Stroh oder Schoben. J. 91) Der Woywoden, Caſtellanen, Staroſten, die, nach daſiger Landes-Art, noch gut genung gebauet ſind. J. 92) Laboriosa, aerumnosa, molesta. B. 93) In iracundiam et saeuitiam prona. B. 94) In ein leer, wüſte Hauß, das auf allen Seiten offen iſt, damit das Licht hinein fallen kan. J. 95) Es ſind viel Nägel in die Wände eingeſchlagen. J. 96) Ad hos clauos. J.

97) Ne-

to deinde stramento sternitur solum, et hoc in illis diuersoriis pro toro est. Itaque per illam re- 37
gionem processuri ad iter ita se comparant, quasi domum circumducant, cibos, et cetera, 97) in alimentum ferunt, lectulos in rhedis collocant, ut, nudis illis tectis excepti, sua supellectile et famem, et frigora arceant. Gens est ad ferociam et li- 38
centiam nata, quam uocant libertatem, 98) adeo ut infandae barbariei legem multis saeculis ibi solennem, uix nunc demum omiserint. Ea scilicet cauerant, ut, qui hominem peremisset, solueretur metu iudiciorum, 99) si in iacentis cadauer proiecisset pauculos nummos, quorum numerus eadem lege destinabatur. Nec tam uile fecissent humanae uitae pretium, nisi sui genii impetu pro leui facinore haberent humanum cruorem prodigere. 100) Ipsum nomen non 39
tantum seruitutis, sed et iusti, ac legitimi, regni 1) oderunt. Rex ad patrias leges ui, et armis, adigitur. Nobilitas tristibus 2) praerogatiuis se ipsa donauit, quibus possit sibi inuicem, et impune,

97) Necessaria. J. 98) *Libertas* est, quum quis liber est, sed suam libertatem agendi restringit ad rectae rationis praeceptiones. *Licentia* contra est uitium, quo quis libere quidem, sed praeter rationem, et ita agit, ut magis indulgeat uitiis, quam sequatur uirtutem. B. J. 99) Nicht ſolte vor Gerichte gefordert, noch geſtraffet werden. J. 100) Liederlich zu vergieſſen. J. 1) Sub rege, qui legitimam regis maiestatem impleat, unter einem Souuerain. J. 2) Ex quibus non nisi lites, discordiae, bella oriuntur intestina. B.

pune, nocere, quippe principi non satis iuris
40 est, 3) ut, quod peccauerint, ipse uindicet. Maxime sibi credunt, 4) nec maior libido est libertatis in moribus, uitaque ciuili, quam in religionum, et coelestium rerum, sensu, 5) de quibus, ut placet, sine metu et sentire uolunt, et loqui, scilicet immani fiducia sui, quibus sapere alieno
41 ductu pudet. 6) Hinc in diuersa hodie scissae mentes, errorumque omnium lues, quicunque
42 antiqua saecula polluerunt. 7) Quisque in suae familiae laudem intentus est, praesertim si in exteros incidit, et expertes suarum fortunarum. 8) Saeuire, quam decipere, promtiores, et ipsi magis
43 fraudibus, quam ui, patent. 9) Vltra Poloniam Russia iacet, quam obtinet Moscouitarum princeps. 10) Nomen imperio ab urbe Mosco est, quam illius Russiae caput 11) multitudo incolarum,

3) Non habet liberam potestatem exercendae inter equites Polonos iustitiae, quando illi non plus iuris in eos concessum est, quam comitia indulserunt. B. 4) In suis maxime uiribus quisque confidit, et, quod uult, credit. J. 5) In opinionibus ac sententiis de cultu diuino. J. 6) Meliora edoceri ab aliis sibi turpe putant. J. 7) Diuersas de religione sententias, et errores uarios, qui Christianam ciuitatem olim distraxerunt. J. 8) Qui ignorant Polonorum statum. J. 9) Procliuiores sunt ad saeuitiam, quam ad dolos struendos, sed ipsi facilius dolo, quam ui superantur. J. 10) Qui uulgari uocabulo appellatur *Czaar*, et iam quidem Imperator Russorum cupit appellari. 11) Quae et ipsa nomen suum a praeterlabente fluuio eiusdem nominis habere dicitur. B.

12) Zur

rum, et habitatio regum, 12) fecit. Ab Oceano 44
ad Caspium 13) mare immenso tractu patet. Di-
uersis lateribus 14) Polonis, Suedisque, confinis
est. In aliis eius limitibus 15) Tartari haerent.
Longo frigore, et penetrabili, damnata est. 16) 45
Vix prouecto iam uere redditur 17) terra, quam
niues oppresserant. Inde aestas grauissime in-
cumbit, et, quasi redimeret moras, 18) quas lon-
ga hyems fecit, subito aestu percoquit 19) fru-
ctus, non tamen ad nostrarum arborum felicita-
tem. Paene supra fidem est, ibi quoque pepo-
nes 20) maturescere, quibus apud nos non fla-
grantes modo soles 21) quaeruntur, sed et saepe
repetiti. Crebrae siluae campos attollunt. In 46
iis pretiosae pellibus ferae, 22) cerae etiam copia,
atque mellis. Et hinc praecipuum in illis regio-
nibus mercaturae commercium. Multi incolae
sunt, neque tamen 23) pro terrarum amplitudine,
quas possident. Seruituti gens nata, ad omne 47
libertatis uestigium ferox est, 24) placida, si pre-
matur.

12) Zur Haupt-Stadt des gantzen Reiches. J. 13) Quod et *Hyrcanum* uocatur. B. 14) Ad occidentem. 15) Ad meridiem Europaei Tartari, ad septentrionem Asiatici. 16) Der Winter hält bey ihnen mit durchdringender Kälte lange an. Sic *damnari crimine*, *damnari capite* passim apud Ciceronem. 17) Resoluitur, niue liquefacta reuirescit. 18) Quasi compensare uellet moras diuturniores, quas nexuit. J. 19) Maturos reddit. J. 20) Melonen, Pfeben. J. 21) Viele warme Tage. J. 22) Marder, Zobel, quarum pelles in magno sunt pretio. J. 23) Satis multi. J. 24) Vt primum aliqua libertate frui

matur. 25) Neque abnuunt iugum. Vltro fa-
tentur, principi se seruire, illi in suas 26) opes, in
corpora, uitamque, ius esse. Sordidioris reue-
rentiae humilitas Turcis 27) non est in suorum
Ottomannorum sceptrum. Ceteras quoque gen-
48 tes ex suo genio aestimant. Hospites, siue for-
te, siue consilio, in Moscouiam aduectos, in idem
iugum 28) damnant, et seruire suo principi uo-
lunt. Si quos furtim abeuntes retraxerunt, ut
49 fugitiuos, plectunt. Magnatibus, licet ipsi ser-
uiant, 29) in minores suus fastus est, et uulgus
50 horum maxime supercilium timet. 30) Fertur
populus adeo literarum rudis esse, 31) ut pauci
inter illos uulgatissimas preces memoria teneant,
51 quibus numen propitiamus. 32) Bello, quam
otio, aptiores, et plerumque in armis sunt, siue
quo

frui coeperunt, incipiunt ferocire. J. 25) Duro imperio et adstricto. J. 26) Ciuium. J. 27) Turcae humilius subiectiusque suos Imperatores, quorum primus *Ottomannus* dictus est, non uenerantur. B. 28) Seruitutis, ut eadem humilitate et subiectione uenerentur principes suos. J. 29) Licet ipsi principibus suis seruire cogantur, ingentem tamen superbiam in homines inferioris ordinis exerunt. J. 30) Fastum magnatum maxime plebs timet. J. 31) Nostra autem, in quibus uiuimus, tempora docent, quod, qui Russis praefuit, magnus Princeps, Petrus I. Alexii filius, susceptis per Germaniam, Batauiam, Galliam, Angliam, ante annos aliquot itineribus, allectisque in Russiam peregrinis, id egerit sedulo, ut ruditas literarum ac morum excuteretur, constituta etiam Petroburgi Academia. J. 32) Das Vater-Unſer.

33) Saecu-

quo Tartarorum impetum frangant, ſiue alio limite Polonos laceſſant, aut repellant. Iſta quoque aetate 33) ciuilibus odiis inter ſe certauerunt. Acies illis ex equitibus tota, pedite ideo uix utuntur, quod omnium bellorum momenta 34) in celeritate conſtituunt, magno impetu uel impreſſionem 35) adorti, uel fugam. Sed ubi pauere inceperunt, ad deſperationem quoque uertuntur, 36) adeo ut, ex praelio fugientes, ſi aſſequitur hoſtis, nihil auſi repugnare, ita ſe uictoribus dedant, ut nec mortem deprecentur.
Caſtigandis 37) furtis remiſſi 38) ſunt, tamen 52
praedones ultimo ſupplicio ulciſcuntur. Gens 53
eſt cauta, nectendisque fraudibus apta. Neque ignorant, ideo mercatoribus ſe ſuſpectos, quos ut placabiliores habeant, interdum in mutuis commerciis aliam patriam ſibi fingunt. 39) Perpotandi ſtudium acre eſt, et praeter patrios potus 40) ne aduecta quidem uina 41) deſunt.
Vxoribus longa captiuitas, quas domi ſerio con- 54
tinent, dignas quoque maioribus malis. Adeo ſeruilibus ſupra fidem ingeniis demiſſas eſſe aiunt. 42) Virorum in ſe beneuolentiam ex uerbe-

33) Saeculi XVII. B. 34) Feliciratem. J. 35) Anfall auf die Feinde. J. 36) Animum plane deſpondent, ac de omni ſalute deſperant. J. 37) Puniendis. J. 38) Negligentiores. J. 39) Aſſerentes, Ruſſos non eſſe. J. 40) Cereuiſia et uinum, quod aduſtum uocant uulgo. J. 41) Frembde Weine. J. 42) Vsque adeo ſeruilia habere ingenia dicuntur, ut ad abiectiſſimum quodque genus

uerberum numero aestimant, nunquam melius suo iudicio habitae, quam cum in saeua ingenia
55 inciderunt. 43) Quidam e Germania in Moscouiam migrauerat, uir e plebe, et, si nomen in tantilla re 44) placet, Iordanes dicebatur. Haesit ergo in illa regione, et cum sibi eae sedes placerent, inde etiam duxit uxorem. Hanc cum charam haberet, omnibusque officiis mutuam 45) gratiam affectaret, illa, deiectis luminibus 46) moesta, crebro in singultibus, et ceteris moerentis animi indiciis, erat. Viro denique, sciscitanti moestitiae causam, se enim nullis, quod sciret, amicitiae muneribus 47) defuisse: Quid tu, inquit mulier, tam egregie fingis amorem? Num putas latere me, quam tibi uilis sim? Simulque largos gemitus coepit effundere. Ille attonitus, in amplexus moerentem 48) recepit, rogare perseuerans, numquid eam offendisset? Peccauisse se forsitan, sed culpam emendatione deleturum. 49) Ad haec illa, ubi autem sunt uerbera, inquit, quibus te amare docuisti? Hoc certe potissimum pacto maritorum in uxores apud nos beneuolentia, et cura, sancitur. 50) Hoc a Jordane

obsequii se demittant. B. 43) Jemehr ſie von den Männern geſchlagen werden, iemehr bilden ſie ſich ein von ihnen geliebet zu werden. Fabulam hanc quis non putet in contumeliam earum confictam? J. 44) In einer Sache, daran wenig gelegen. J. 45) Vicissim ab uxore. J. 46) Oculis in terram defixis. J. 47) Officiis. J. 48) Vxorem. J. 49) Er wolle es nicht mehr thun. J. 50) Du haſt mich ja

Jordane audito, primum stupor continuit risum,
mox, utroque uanescente, e re sua esse putauit,
ut uxorem eo modo haberet, quem ipsa praescri-
pserat. Nec multo post arripuit caedendae mu-
lieris causam, et illa, fustibus mitigata, 51) tum
primum bona fide 52) amare et colere uirum
coepit. Nec tenuit ille modum, sed iam ferior,
quam misera coniux optasset, ad extremum gran-
di ictu dicitur huius etiam crura, et ceruicem, af-
flixisse. 53) Germania, qua Baltico alluitur ma- 56
ri, Cimbricae Chersoneso 54) confinis est, par-
uoque maris discrimine 55) ceteras insulas uidet,
quae idem Cimbrorum regnum faciunt. Hodie
Daniam appellamus. Inde breuis in Suediam
traiectus est, 56) cui ad Boream Noruegia adia-
cet. Et hae quidem regiones sunt, ex quibus 57
tantae gentes, 57) numero suo, uictoriisque, cele-
bratae, quodam turbinis aestu toti olim Europae
infusae sunt. Inde Cimbri, Teutonesque, inde
Gothi, Vandalique, prorupere, per quos Italia,
Libya,

ja noch nicht geſchlagen. Und dadurch beweiſen doch bey uns die Männer, daß ſie ihre Weiber lieb haben. J.
51) Post accepta uerbera. J. 52) Sincere ac constanter. J. 53) Fregisse, er hat ihr endlich die Beine und das Genicke entzwey geſchmiſſen. J. 54) Quae iam Jutia uocatur. J 55) Quod uocatur de kleine Belt, und der groſſe Belt. 56) Durch den Sund nach Schonen, oder auch durch die Nord-See aus Jütland, und durch die Oſt-See aus Seeland nach Schweden. 57) Normanni, Gothi, Dani, qui Angliam, Galliam, Italiam, Hispaniam, et turbarunt, et ex parte occuparunt.

Libya, 58) Hispania, cum Galliae parte, 59) af-
58 flicta est. Recentioribus saeculis, quae inde
coloniae 60) emigrabant, Northmanni diceban-
tur, id est, homines a septentrione uenientes.
Per hos diu occupata Britannia, 61) in Galliis 62)
plurima ferro, ignique, corrupta sunt, sed illic 63)
post uaria discrimina pax placuit, et, concedenti-
bus Gallis, Neustriam insederunt, quam exinde
uocauere Normanniam. Adeo nihil in Europa
intactum illis fuit, et omnibus formidabiles, etiam
59 uulgo 64) indomiti, censebantur. Vnde 65)
tanta hodie multitudo, et uelut fons gentium
aruerit, 66) incertum est. Certe iam minus cre-
bra in illis regionibus oppida, tantumque a mit-
tendis coloniis absunt, ut, cum bella ingruerint,
externo milite uti consuescant. Crediderim bar-
baras gentes, cum frugales ibi olim in inculto
solo essent, ignaraeque uitiorum, multa sobole
increuisse, 67) et, quoniam infelicitas terrae nu-
meroso

58) Pars Africae, quam Vandali saeculo IV. post Christum natum, imperante *Valentiniano III.* occuparunt. 59) Illa, quae maritima est, et nostro adhuc saeculo Normandia, Piccardia, Britannia, dicta. 60) Turbae hominum alias sedes quaerentes. 61) Ab A. C. uidelicet cIↄ xv. ad A. C cIↄ xlii. a Danis, a Normannis autem Ducibus ab A C. cIↄ lxvi. usque ad A.C. cIↄ cliv. 62) Inde ab A. C. Iↄ cccxlv. et *Caroli Calui* imperio. 63) In Anglia. J. 64) Vulgari opinione. J. 65) Quibus ex caussis. J. 66) manere desierit, et quasi exarefactus sit, ut tantae coloniae ex regionibus septentrionalibus mitti amplius nequeant. J. 67) Multos generasse liberos.

meroso populo alimenta negabat, saepe dimisisse iuuentutem nouas sedes quaesituram, cui se sponte omnis aetatis homines applicabant, nunc autem insano 68) comessandi bibendique uitio obruisse genitalem uim, 69) nec habitatores, nisi suis regionibus, sufficere posse. 70) Illic Germa- 60
nia perpotandi studio superatur. Mane, primum excitati, 71) stomachum implent ingesto calidissimo potu, 72) quem ab ipso uino igne exprimunt. Sic refectis missa ad caput aestuantis potionis caligo somni cupiditatem facit. 73) Breuis quies est, rursusque secedunt ad potum. Vinum tunc bibunt, aut si quibus, ut uocant, cereuisia placet. Quod inde spatii ad medium diem est, negotiis datur. Tandem ad prandium conueniunt, quod utique saepe non dubitant continuatis sermonibus in coenae tempus extrahere 74) Hinc ut plurimum in thalamos 75) deferuntur, contumelias nec facere promti, nec pati. Datae dexterae fidem non uiolant. Multa 61
Germa-

liberos. J. 68) Immodico, nimio, ut saepe apud Plautum *insanum* pro *grandi et immenso* dicitur. B. 69) Perdidisse uigorem illum naturae, qui generandis liberis inseruit. J. 70) Adeo, ut colonias emittere non possint. J. 71) So bald ſie frühe aufſtehen. J. 72) Mit Brandewein. J. 73) Wenn ſie einen guten Schluck gethan haben, kömmet ihnen der Tummel in den Kopff, und ſie werden ſchläffrig. Da ſchlaffen ſie denn wieder ein wenig. 74) Sie ſitzen biß gegen Abend zur Tafel. J. 75) In lectos, ad somnum.

76) Multa

Germanicae in his linguae sunt, sed in moribus
62 plura uestigia. 76) Noruegiam rari incolae tenent. Vt plurimum uenatione uitam tolerant. 77) Nullibi comodiores malis, 78) aut nauium
63 tabulatis, arbores crescunt. Gens est rudis, et apud multos ueneficiis 79) infamis. Aiunt uenalem apud illos uentum 80) esse, quem inde nauigaturi emant, Vlyssis, Aeolique, fabulam 81)
64 uero aequante prodigio. Dirae apud illos hyemes, et plerumque incautis 82) infestae. Torpens aër 83) remisso, ac paene nullo, sensu 84) occupat corpus, ne ante, quam perieris, intelligas, te perire. Memorabili exemplo huic pesti 85) is ereptus est, quem numen ad regnum Britanniarum destinauerat, tunc unius Scotiae rex, Jacobus. 86) Filiam Annam illi desponderat Fredericus II. Cimbricae Chersonesi 87) rex. Sed cum illa in Scotiam ueheretur, non semel in Noruegiam eiecta est, ui sortium, malisque geniis ad uene-

76) Multa habent in suo sermone uocabula, quae Germanicis gemina sunt, sed multo plura habent uestigia morum Germanicorum in suis moribus. B. 77) Bringen ihr Leben mit Jagen zu J. 78) Zu Maſt- und Seegel-Bäumen. J. 79) Wegen Hexerey. J. 80) Sie könnten für Geld Wind und Wetter machen. J. 81) Quam fabulam narrat Homerus Odyss. K. seu libr. X. 82) Iis, qui sese non satis muniunt aduersus frigora. B. 83) Die faule Lufft. B. 84) Faſt unvermerckt ſchleichet ſie ſich ein in den Cörper. J. 85) Dem Scharbock und Erfröhrung der Glieder. B. 86) Jacobus, rex Britanniae, qui in Scotia Jacobus VI. erat. 87) Daniae. J.

88) Durch

ueneficae imperium uentos cientibus, 88) quae aliquanto post facinoris poenas luit. Sed rex interim, amore et iuuenta impatiens, 89) ad coniugem deferri constituit, prouectaque iam hyeme, 90) illud mare glacie infame ingressus est. Coelo, et tempestatibus, luctatum 91) Noruegia excepit, nec multo post, quae eum uexerat nauis, uelut in aridam 92) delata, ita circumstanti glacie immobilis haesit. Res 93) ad Jacobum delata est, statimque libuit hoc insolenti 94) spectaculo frui, quippe nulla suae Britanniae littora concretas undas tenent. Sudum erat, 95) neque portus ab hospitio regis procul. Processit igitur, nec spirantibus uentis, nec acriter, ut uidebatur, inhorrente aëre, contemplatusque paulisper glacie stratum mare, in thalamum rediit, nec dum aliquid de pernicie 96) hyemis suspicatus. Sed, dum foco 97) se admouet, ex circumstantibus unus in dexteram regis manum, ut forte fit, intuens, aduertit uicinum pollici digitum caerulo, et exangui, liuore 98) rubentem, peritusque coeli 99) illius: ne tu, inquit, rex, ad ignem accesse-

88) Durch Teuffels-Künſte einer Zauberin. J. 89) Quum absentiam sponsae ferre diutius non posset prae amoris iuuenilis aestu. J. 90) Tief im Winter hinein. J. 91) Da er lange genung durch Sturm und Wind auf der See herum getrieben war. J. 92) Terram, ans feſte Land. J. 93) Quae obtigerat naui. J. 94) Dergleichen er in Schottland noch nicht geſehen. B. 95) Es war ein heller Tag. J. 96) De noxio aëre. J. 97) Camino. J. 98) Schwartz, blau, und gelb. J. 99) Aëris illius. J.

200) Er-

cesseris. Nocuit tibi aër, et digitum exanimauit. 200) Sic iam affectum peius ignis intempestiuo calore perdiderit. 1) Frigoris lues alio frigore pellenda est. 2) Admiratus rex primum se laesum negat, quippe nullo doloris sensu tentatus. Sed non diu dubitauit, quin recte moneretur. Nam stupebat rigens digitus, 3) sensumque cum sanguinis calore amiserat. De remedio quaerenti referunt, certam esse, et in promtu, medicinam, cuius se salubritas breui quidem, sed acerrimo, dolore insinuet. 4) Id pati oportere, 5) nisi malit intercidere digitum tam noxia hyeme contactum. Allatumque est uas subito, plenum niue, non quidem ad ignem domita, 6) sed per ipsum triclinii teporem iam sensim diffluente. 7) Illo 8) rex digitum inserere ex praecepto incolarum monetur, subitoque ingens dolor per torpentes paulo ante articulos 9) paene illius patientiam excussit. 10) Remeantis in digitum sensus documentum primum fuit,

200) Erfröhret. J. 1) Du wirſt es durch Wärme ärger machen. J. 2) Der Froſt muß aus der Hand durch Froſt gezogen werden. B. 3) Der Finger wurde ſteiff. J. 4) Das bald und gewiß, aber nicht ohne empfindlichen Schmertzen, helffe. 5) Regem. J. 6) Non liquefacta ad ignem. J. 7) Durch die ordentliche Wärme der Stube. 8) In uas illud. J. 9) Digiti. J. 10) Tantus dolor inuasit digitum, ut rex paene pati haud posset. J.

fuit, quod doleret. Eo modo rex incolumis euaſit, admonitoque tam improuiſi mali facilior poſtea cautio fuit, uel certe medicina, 11) quippe et paulo poſt aurem dexteram equitantis eadem peſtis 12) aduſſit.

CAPVT

11) Er nahm ſich hernach beſſer in Acht, oder wuſte doch ſich eher zu helffen. 12) Idem frigus corrupit.

1) Tur-

# CAPVT. IX.

## *Turcae, Judaei.*

1 TUrcarum 1) ferum genus, et ad urbium, ar-
tificiorum, scientiae, excidium natum, no-
2 stris uitiis, quam sua uirtute, felicius fuit. Haec
publica orbis lues, barbaro impetu, 2) tum mul-
titudine hominum, et austera parendi discipli-
3 na, 3) inualuit. Primum illis a Scythia, 4) quam
Tartariam appellamus, exordium. Hinc, siue
stipendiarii, dissidentibus Persis, 5) ad auxilium
accersiti sunt, siue ultro inopes patriae campos
reliquerunt, inuitati felicitate uiciniae, ducis,
quem sibi constituerunt, auspicium 6) mira re-
4 ligione sequuti sunt. Huic se, suaque, addixêre,
siue libertatem nunquam uiderant, siue ultro
5 proiecerant. 7) Nec in aliis gentibus constan-
tior in modestos, et legitimos, principes fides,
quam

1) Turcae, Asiatica gens, parua primis initiis, mox, oppressis Saracenis, a quibus uocati erant in auxilium, potentiam suam stupendum in modum auxerunt. B. 2) Partim crudelitate. B. 3) Seuera obsequii exactione. J. 4) Seu Sarmatiam Asiaticam, in qua inter Meotin paludem, et mare Caspium, ad septentrionem Caucasi, latius Turcae olim incoluisse, ac per portas Caspias erupisse dicuntur, tractis secum uicinis gentibus Comaris, Massagetis, Tauris, Moscis. Quod circa A. C. Iↄ ccLVI. factum esse, auctor est Theophanes in Chronogr. p. 366. 5) Saracenis, qui Persiam insederant. J. 6) Ductum, et imperium. J. 7) Deseruerant, nihili pendentes eam. J.

8) Sub-

quam illis in atrocem, cui se damnauerunt, 8) tyrannidem, nisi quod tantae reuerentiae impetus sensim creditur iam torpere sub principibus illo obsequio minus dignis, nimiis quoque in populo animorum affectibus nunquam diu constantibus. 9) Per hos primum correpta 10) pars Asiae, 6
quae olim fluere deliciis 11) dicebatur. Hinc sub Amurathe 12) in Europam, Ligurum ope, remigioque, 13) transuectis, illa Graecia, illud Musarum domicilium, 14) concessit in praedam. Ipsi 7
tamen, dura indole eluctati humanitatem, 15) in maiorum feritate perseuerant, prorsus ut intelligas, sub molli coelo immania ingenia esse posse. 16) Quamdiu in Bithynia 17) haeserunt, aut 8
in Thraciae deinde littoribus, aemula hinc Graecorum,

8) Submiserunt ipsi. Damnatus cum casu tertio Lucretius libr. I. v. 1230. dixit: *Damnatus morti.* 9) Animus populi facile mutatur, nec, quod uehemens est, et nimium, diu durat. J. 10) Occupata. J. 11) *Fluere mollitia* dixit Cicero Tusc. Quaest. libr. II. 12) Turcae, primum in uarios principatus diuisi, circa finem saeculi XIII. et initio XIV. in unum coaluere regnum, Ottomanno rerum potito. B. 13) Nauibus Genuensium. J. 14) Vbi olim omnis eruditio suam quasi patriam ac domicilium habuit. B. 15) Dum omnem humanitatem atque doctrinam oppresserunt. B. Quod tamen secus esse, et Hadrianus Relandus in Dissert Miscell. et horum temporum conditio, arguit. 16) Quum alias aër temperatus temperet quoque naturas et animos hominum, id contra fit in Turcis B. 17) Asiae regione, in qua *Prusa* fuit sedes Amurathis. B.

 18) Graeci

corum, hinc Trapezuntinorum, imperia, 18) per quae 19) uinci oportebat, 20) nisi ipsi uincerent, accendebant saeua ingenia, 21) et tunc quodam
9 primarum uictoriarum aestu feruentia 22) Vbi pudendo nobis bello tantos hostes sustulerunt, 23) Constantinopolim a Mahumete captam 24) habuêre

18) Graeci imperii sedes Constantinopolis erat. Sed quum urbs haec saeculo XII. a Balduino, Flandriae Comite, expugnata esset, isque Imperator renunciatus, factum est, ut duo principatus maiores ab exulibus Graecis constituerentur, alter Nicaeae in Bithynia, alter Trapezunti in Ponto. Quorum principes quum essent ex Imperatoria stirpe, sese Imperatores appellauerunt. Desiit autem imperium Nicaeum, postquam Michaël Palaeologus eripuit Latinis urbem Constantinopolin, circa A. C. cIↄ cc LXI. Trapezuntinum autem, quod Paphlagoniam, Colchidem, et Pontum, complectebatur, penitus euersum fuit a Turcis, post Constantinopolin A.C cIↄ cccc LIII. expugnatam, A. C. cIↄ cccc LXII. Aemulatio autem fuit perpetua inter haec duo imperia, quorum illud a familia *Palaeologorum*, hoc familia *Comnenorum*, regebatur. In quibus si fuisset concordia, facile potuissent, armis sociatis, resistere Turcarum potentiae. B. 19) Imperia Graecorum et Trapezuntinorum. B. 20) Turcas. J. 21) Turcarum. J. 22) Weil es den Türcken in der erſt ſo wohl gelungen war, wolten ſie nicht nachlaſſen, ſondern waren begierig, ihr Glück weiter zu verfolgen. B. 23) Postquam Turcae uicerunt Graecos et Trapezuntinos bello, cuius nos merito pudere debet Christianos, quod scilicet auxilio pressis Graecis non fuimus, nec modum successibus Turcarum posuimus. J. 24) A. C. cIↄ cccc LIII. J. 25) Fini-

buêre in praecipuum regni caput, deliniti situ
urbis, quae Europae, Asiaeque, faucibus haeret, 25)
et commoditate pulcherrimi portus, tum fama
imperii, quod ibi multis aetatibus inclytum du-
rauerat. 26) Quod in Oriente reliquum erat, 10
uel a Soldano 27) tenebatur, qui Syriam, uici-
nasque regiones, Aegypto addiderat, 28) uel sub
Persarum iure erat, terras, quae ab Euphrate ad
Indiam late iacent, uno imperio iungentium. 29)
Persa, 30) palam Turcae 31) infestus, de regni li- 11
mitibus quotidiano odio belloque certabat. Vtri-
que cum Aegyptio 32) foedus erat, sed uisus Se-
lymo Turcae Aegyptius id cum Persa arctius, et
religiosius, colere. Et haec statim causa armo-
rum. Nunquam tam breui bello 33) parta ma- 12
ior uictoria, spoliis, uiris, terris, et, quod est am-
plius, 34) diuturna earum rerum, quae uictae
sunt,

25) Finibus, ubi per angustum mare, Bosphorum Thracicum, Asiae et Europae limites discernuntur. J. 26) In urbe Constantinopolitana, uelut sede imperii Orientis, ab A. C. ccc xxx. usque ad A. C. cIↄ cccc LIII per annos cIↄ c XXIII. 27) Aegypti praefecto. J. 28) Subiecerat. J. 29) Persici regni ab occasu finis est Euphrates fluuius, ab ortu Oxus fluuius, a meridie Sinus Persicus, a septentrione Oxus fluuius, et mare Caspium, teste Oleario in Itinerario. J. 30) Persarum rex Ismael Sophi. 31) Turcarum principi Selymo. J. 32) Soldano, cui nomen *Caruson Gauri* fuisse, perhibent. J. 33) Intra spatium uidelicet fere unius anni A. C. cIↄ Iↄ XVI. 34) Quod adhuc maioris aestimandum est. J.

sunt, possessione, quippe duobus iustis praeliis,
unoque tumultuario,35) omnes Soldani regiones,
opes, arma, in Selymum 36) fortuna contulit.
Hinc ille, in Persam grauior, 37) Europaeque
simul imminens, nostras 38) opes fastidiose de-
13 spicere. 39) Sed a Syria cum triumpho redeun-
tem 40) acer morbus oppressit, eodem illo lo-
co, 41) ubi quondam in parentem Baiazetem acie
certauerat, uelut diris patriam uindictam repo-
14 scentibus. 42) Sed statim Solymannus ipso pa-
tre acrior 43) Pannoniam inuasit. 44) Rapta
Buda, 45) quae Hungariae caput est, ausus quo-
que Viennam Austriae obsidione tentare. 46)
15 Sensim tamen Byzantinae 47) deliciae illorum
principum animos a nostris cladibus auerterunt.
16 48) At nos, intestinis interim odiis, et aemula-
tione

35) Scharmützel. B. 36) Turcarum Imperatorem. J. 37) Ante uictam Aegyptum uicisse Persas, iisque Armeniam extorsisse fertur, testibus iis, qui de illo argumento commentati sunt. 38) Christianorum J. 39) Superbissime contemnere. J. 40) A. C. cIↄ Iↄ xx. postquam ab A. C. cIↄ Iↄ xii. imperasset. 41) Pagum *Ciurlanum* dici aiunt. B. 42) Quasi Dei ira uindictam ab hoc impio filio, qui contra patrem pugnarat, hic sumtura fuisset. B. 43) Crudelior. J. 44) A. C. cIↄ Iↄ xxi. quo anno Solymannus II. Bellogradum expugnauit. 45) Quod A. C. cIↄ Iↄ xxvi. caeso cum exercitu ad Mohatium Ludouico rege, factum est. 46) A. C. cIↄ Iↄ xxix. J. 47) Vrbs Constantinopolis, antiquo nomine Byzantium dicta, a Constantino M. conditore, appellata est. B. 48) Vt tam frequentia bella non intulerint. J.

49) Vi-

tione gentium, fracti, non erubescimus pacis, bellique, momenta 49) ab iis expectare, in ipsos nihil sponte audentes, contentique non lacessi, 50) adeo ut legatos, uelut belli redemtores, et deprecatores foederum, 51) ad hos Byzantii tyrannos dimittamus, quos illi, siue sua superbia, siue religionibus nostris, offensi, 52) nullo colloquio, ac uix quidem conspectu, dignos putant, rati infra sui imperii dignitatem, 53) suos quoque legatos ad mutuae amicitiae commercium in has
oras 54) destinare. Ceterum, ut tot uictoria- 17
rum felicitas maiestatem principis Turcae paene supra humani fastigii cultus subuexit, 55) ita ipsum populum, 56) cuius manu, impetuque, partum

49) Vicissitudines. J. 50) Si Turcae nos non aggrediantur, wir dancken GOtt, wenn ſie ſtille ſitzen. J. 51) Qui, uel promisso tributo annuo, uel muneribus datis, pacem redimant a Turcis. J. 52) Entweder aus angebohrnen Hochmuth, oder weil ſie einen Abſcheu für unſerer Religion haben. J. 53) Fuit ea superbia Turcis illo tempore, quo haec scripsit Barclaius, ut ex Busbequii epistolis liquet. At longe mansuetiores, tractabilioresque, fecit eos Christianorum et uirtus, et felicitas armorum, praesertim postquam ad urbem Viennam A. C. cIↄ Iↄc LXXXIII. et saepissime deinde repetitis cladibus, amissaque Pannonia, usque ad A. C. cIↄ Iↄc XCIX. quo pax Carolouicensis coaluit, afflicti fuerunt a Christianis, Leopoldi Imperatoris auspiciis. J. 54) Ad principes Christianos. J. 55) So, daß ihn die Seinigen faſt göttlich verehret. J. 56) Veterem illum Turcicum, qui fortitudine sua peperit principi suo tantum imperium. J.

partum imperium, [mirum dictu] uidetur afflixis-
18 se. 57) Nam, adhuc humilibus 58) Ottomannorum principum rebus, cum paene suam gentem, 59) quantacunque tunc erat, in castris haberent, certe, quicquid dignitatum, praedarumque, uellent diuidere, spargendum 60) in illos ipsos milites erat, nec alios, praeter hos Scythas, habe-
19 bant, quibus amicitia 61) miscerentur. Auctis nunc opibus, liberoque delectu ex suis, domitisue, gentibus, quos malint ad rempublicam 62) admouere, a praecipuis honoribus arcent ueteres illas stirpes, 63) illorum militum nepotes, 64) a quibus Ottomannica domus idipsum cum imperio olim accepit, ut iam ingrata esse possit. 65)
20 Nescias id fastidio 66) factum, an consuetudine, quae, postquam inualuit, barbaris pro religione 67) est, an secreto ad sui regni securitatem consilio, quod ingentes praefecturae, tribunalia, digni-

57) In humilem uitae conditionem detrusisse. J. 58) Illo tempore, quo Turcarum potentia adhuc exigua erat. J. 59) Nichts als ihre National-Trouppen. 60) Dispertiendum, diuidendum. J. Sic Plinius libr. XII. cap. VI. *in brachia ramorum spargit se arbor, in aristas herba.* 61) Quos ad consilium publicum adhiberent, et ad regendam rempublicam. Amici enim principum, consiliarii eorum, et praefecti, olim uocabantur. B. 62) Ad dignitates, et munera publica. J. 63) Veteres familias Turcicas. J. 64) Posteros. J. 65) Undanckbar gegen die um das Ottomanniſche Reich hoch verdienten Familien. J. 66) Fastu et superbia. J. 67) Non solet mutari, sed seruatur sanctissime. J. 68) In

dignitates, non aliis permittuntur, quam iis, qui
ex Christianis parentibus nati sunt. E Dalma- 21
tia potissimum, et Illyrico, de sinu parentum
abrepti pueri, uirginesque in destinata Constan-
tinopoli claustra 68) ducuntur. Ibi sacra paren-
tum, quae uix infantes meminerunt, in uesanas
superstitiones mutant, 69) circumcisis genitali-
bus, et reuerentia in Mahumetem imbuti. Et 22
hi coetus, ex tam miserabili rapina coacti, regi
Turcae pro seminario ducum, principumque,
sunt, quibus corporis sui curam, uiresque impe-
rii, tradat. 70) Hinc praeterea spadones, ad in-
tima destinati obsequia, ideoque non uile, aut
pudendum, ibi genus. 71) Hinc reginae, pelli-
cesque, et semper tanto regi regnaturae post se
sobolis mater. 72) Suas quoque amitas, et so-
rores, ex illa cohorte delectis 73) nuptum dant,
sibi

68) In palaestras, in quibus a puero armorum exercitationibus dant operam. J. 69) Religiones paternas Muhammedicis superstitionibus permutant. B. 70) Aus dieſer jungen Bruth nimmt er ſeine Baſſen, Generale, Beglerbegs, Vezire, Aga. J. 71) Die Verſchnittenen, qui ad mulierum custodiam adhibentur in palatio Imperatoris, quod Italo uocabulo *il Seraglio* appellatur. Atque hi in maximo honore habentur apud Turcas, ut qui intimae sunt apud Imperatorem admissionis. J. 72) Quae enim primum ex gynaeceo peperit Imperatori filium, mater fit Imperatoris futuri, et Augusta. J. 73) Principibus, quos ipsi *Bassas* uocant, qui duces exercituum sunt, et prouinciis praefecti, dant Imperatores nuptum cognatas, et filias. J.

23 sibi patrueles et nepotes daturis. Adeoque est in pretio de Turcica stirpe non nasci, 74) ut summa in imperio munera, quae isti ex Christianis parentibus geniti tenent, in eorum liberos 75) nunquam transeant. Nec alia causa est, quam quod illos in legem, ritusque, Turcarum ediderunt. Et hoc illa gens patitur, suo quoque iu-
24 dicio uilis. Turcis enim rustica ac demissa 76) indoles, neque digna libertate, quam non curant
25 uindicare. 77) Rudes animos ne ulla scientiarum humanitate mitigent, Mahumetes lege cauit, quo facilius ignari componerentur in legis 78) uesaniam, quam praescripsit. Gregum, armentorumque, et supellectilis praecipua illis cura. Aedificia uix ad usus, 79) nedum ad cultum, exstruunt, siue adhuc Scythicae originis memores, et uitae in plaustris errantis, 80) siue quod unus-

quisque

74) Es hat, wer nicht von Türckiſchen Geblüthe entſproſſen iſt, ſo viel Profit, daß zu denen Charges, darzu er kömmet, kein gebohrner Türcke gelangen kan, allermaßen auch ſeine Kinder darzu nie gelangen. J. 75) Vtpote qui non e Christianis, sed iam Turcicis, parentibus nati sunt. J. 76) Non erecta, aut altum appetens. B. 77) Sibi asserere, ſie geben ſich keine Mühe deswegen. J. 78) Alcorani stulta praecepta. J. 79) Vtilitatem, commodum. J. 80) Scythae enim sedem constantem non habent, sed omnem familiam imponunt plaustris seu uehiculis, et sic cum pecoribus suis e loco in locum demigrant, pascua quaesituri. Graecis inde ἁμαξόβιοι dicti sunt, *in plaustris degentes*, conf. Justinus libr. II. cap. II. B.

81) Non

quisque suum agrum precario iure 81) possidet, ad principis nutum non fundos illos tantum, sed et prouinciam, mutaturus. Principem ingene- 26
rato affectu 82) mire colunt. Vmbram hunc, et effigiem, numinis uocant. In ea gente saeuis- 27
simi, foediusque in Christianorum odium intenti, non sunt illi, qui longa maiorum serie in Turcis sunt, 83) sed qui in eorum ritus a nobis defecere. 84) Ceteris mitius ingenium perhibetur, longe tamen a moribus nostris, esse. 85) Venena non alibi ingeniosius parantur, et uix 28
credibile, quantis artibus uim nocentium rerum 86) exprimant, copulentque, 87) nec aliter scilicet, quam per mirabiles astus, illa lue 88) quemquam tollant, omnibus, quo hanc mortem et effugere possint, et tradere, in pari uitio calliditatem quaerentibus. 89) Quis credat, non gustu, 29
sed nec tactu, opus esse, leui aura 90) hanc pestem

81) Non ut proprium, et haereditarium bonum, sed quod Imperator possit, cum libet, ad se trahere, et eripere. J. 82) Amore. J. 83) Quorum maiores iam pridem Turcae fuerunt. J. 84) Die Renegaten. J. 85) Ceteri sunt quidem mitiores in nos, alienissimo tamen in maiores nostros animo. J. 86) Venenosarum herbarum succum, et si quod praeterea natum e terra uenenosi habet aliquid. J. 87) Misceant. B. 88) Veneno illo. J. 89) Es ſuchet immer einer den andern hierinnen zu überliſten, daß er ſich für Vergifftungen hüten, andere aber vergeben könne. B. 90) Da auch ein kleines Windgen ſolchen Gifft einem Menſchen beybringen kan. B.

stem 91) insinuante, corruptisque uitalibus ne lentam quidem mortem inducente? 92) Nuper Alepensem praefecturam 93) emerat a gratiosis in aula hominibus 94) quidam ex illarum dignitatum candidatis. 95) Vrbs est uix bidui itinere a Cilicio mari 96) summota, mercatorum frequentia, Orientisque commercio, grauis, 97) unde merces partim Euphrate, partim iumentis, 98) delatas accipit. Inde suis rectoribus ingentium opum causa, 99) tam licenter 100) in prouinciam grassantibus, quam profuse illam emunt. 1) Hoc igitur homine in praefecturam misso, alius maioribus donis solicitat fidem eorundem optimatum, 2) iubeturque illi priori succedere, qui prouinciam

91) Venenum. J. 92) Adeo ut subita mors sequatur, dum membra, et uiscera, cor, hepar, pulmo, quae hominis uitam conseruant, statim corrumpuntur per attractionem eiusmodi aëris uenenati. B. 93) Quae Syriae princeps praefectura est, a capite prouinciae, *Aleppo*, quod olim *Hierapolis*, seu *Berrhoea*, fuit appellata. Ceterae Syriae praefecturae sunt *Tripolitana*, et *Damascena*. 94) Von denen Fauoriten, Mignons, des Käyſers. J. 95) Der lange darnach getrachtet, lange darauf gepaſſet hatte. J. 96) Quod est pars mediterranei maris, alluens Ciliciam. 97) Plena quasi, et onusta mercibus, ex Oriente asportatis, adeoque emporium Orientis. Es iſt allda die Niederlage derer Orientaliſchen Waaren. B. 98) Durch Camele und Maul-Eſel. J. 99) Denen Baſſen zu Aleppo träget ſie groſſes Geld ein. B. 100) Tanta auaritia. J. 1) Maximis enim eam muneribus emunt. J. 2) Er bietet mehr.

3) Er

uinciam uix dum libauerat. 3) Is, hoc nuncio celeriter, amicorum fide, perlato, uehementer, ut par erat, improuisa clade 4) perculsus est, nec dum ulla scilicet praeda ambitum emtae praefecturae repensante. 5) Igitur amicorum, qui aderant, consilium aduocat, apud illos amissas opes 6) deflet, perfidiamque aulae queritur, tam foede uenalem. 7) Incertus consilii erat, pareretne reuocantibus Constantinopolim litteris, 8) an successori armatam manum obiiceret, audaciae 9) ueniam a Byzantinis proceribus 10) nouis muneribus impetraturus, aut saltem publico suo decori, simulque domesticae rei, superstes non futurus. 11) Inter has cogitationes furentem, anxiumque, seduxit 12) fidissimus amicorum, monet, ne quid temere audeat. Si restiterit ad mandatam prouinciam uenienti, 13) id regem pro defe-

3) Er war kaum recht warm worden darinnen. B.
4) Hac calamitate rerum suarum. J. 5) Exactionibus nondum reparauerat sumtus illos, quos impenderat in aulicos, quorum gratia prouinciam nactus erat. B. 6) In munera erogatas frustra. J. 7) Beſchwehret ſich, daß man bey Hofe alles auf ſo treuloſe Art ums Geld verkauffe. J. 8) Ob er dem Rappel folgen, und das Gouuernement ſeinem Nachfolger abtreten ſoll. B. 9) Huius suae. J. 10) Aulae Constantinopolitanae. J. 11) Nolens quippe uiuere diutius, quam sua dignitas, et res familiaris, permitteret, et utroque maneret incolumis. J. 12) In locum secretum deduxit. B. 13) Nouo proregi, et successori suo, wenn er Possess nehmen wolte. J.

14) In

defectione habiturum. Nullum in sua gente 14) atrocius crimen esse, quam non modo uiolantis, sed uel remorantis, obsequium. Tutius, inquit, consultum tibi uolo. Accedenti aemulo 15) etiam cum donis occurre, et, ne tua benignitas sit suspecta, apud eum querendum est, tuarum rerum spes hac intempestiua successione propemodum esse accisas, tamen nihil tibi antiquius, quam parere. Accipiat sane prouinciam, cui destinatus esset, in amicitiae quoque pignus illa munera, 16) quae hospitali comitate protuleris, 17) iis satis gratiam habiturus, si in regiam redeunti 18) litteras dederit, quibus significet, nihil te cunctatum, 19) imperium, statim ut iussus es, urbem, iura, prouinciam, tradidisse. In tuis autem donis strophiolum erit, inquit, quod habeo, multi operis, 20) sed nocentissima tabe 21) peruncutum. Hoc si, quasi artificii uenustatem monstraturus, ad illius uultus explicas, sic ut uel minimo halitu perfundatur, 22) spondeo, nunquam in Alepensi urbe regnabit. 23) Vtitur sagacissi-

14) In gente Turcica. J. 15) Successori tuo. J. 16) Accipiat. J. 17) Er möchte doch die Geſchencke annehmen, die du ihme, als einem ankommenden Fremden, aus guter Meynung brächteſt. B. 18) Tibi Constantinopolin redituro. J. 19) Du hätteſt gar keine Schwürigkeit gemachet. 20) Ein künſtlich gewürcktes Schnupfftuch. J. 21) Veneno. J. 22) Wenn du es ihm vor den Augen alſo ausbreiteſt, daß der Wind davon ihm in den Mund und die Naſe gehet. J. 23) Praefecturam suscipiet, morietur ante, quam praefectura illa potiatur.

24) Ille

gacissimi uiri consilio praeses, 24) longaque et multiplici pompa exceptum successorem in aedes deducit. Ibi inter insidiosae 25) liberalitatis blandimenta euoluit fatale 26) strophiolum, auro, et serico, distinctum. Laetus hospes suae mortis instrumentum 27) aspexit. Inde diuertunt 28) ad coenam. Sed hic fraudibus agens, simulabat, primo se mane iter Byzantium uersus ingredi uelle. Expressit itaque eadem illa nocte litteras suorum officiorum testes. 29) Neque enim tam beneuolo decessori iste miser perfunctorie indulgebat. 30) Sic, exacta noctis parte, ad quietem secessum est. 31) Primo mane nouus praeses inspirato per strophioli auram ueneno impar fuit. 32) Jacebat in strato exanimis, nec tam repentini casus aliis causa patebat, quam illis, qui incautum peremerant. Peracto facinore, ueneficus praeses 33) Constantinopolim litteras destinat, tam illas, quibus successor significabat, ut 34) optime esset exceptus, quam alias a se 35) eiusdem

24) Ille prior iam decedens prouincia. J. 25) Insidiabatur enim uitae noui praesidis eo strophiolo. B. 26) Mortiferum, lethale. B. 27) Das Tüchlein, das ihm den Reſt geben ſolte. 28) Conferunt se. J. 29) Qui testarentur, quam promtus in exequendis Imperatoris iussibus, et quam officiosus in se fuerit. B. 30) Er wolte ihm recht nachdrücklich dienen, und zu Gefallen ſeyn. J. 31) Vterque iuit dormitum. J. 32) Non potuit resistere ueneni uiribus. J. 33) Ille prior, qui uenenum praebuerat alteri. J. 34) Wie. B. 35) Scriptas. J.

36) Weil

dem successoris interitum nunciaturas, orantesque, tunc saltem imperium sibi, et prouinciam, prorogari. Nec id aegre impetrauit, tanto scele-
30 ri felicitatem indulgente fortuna. 36) Ex hoc saeuo, et in flagitium mirabili, 37) astu non plus 38) studium uenenorum, miserabili subtilitate excultum, suspexeris, 39) quam corruptos in ea gente mores, uenundatos magistratibus populos, 40) fas, aequumque, infra pecuniam positum,
31 41) et cetera ultimae tyrannidis mala. Vix ambitus, aut repetundarum, actio, 42) uiles magnatibus iniuriae, ac paene indignae uindicari, quibus uulgus affligitur, 43) diuturnitate seruitutis, et institutione parentum, non ausum aspernari tam

36) Weil ihm das Glücke bey aller ſeiner Boßheit noch wohl wolte. J. 37) Der ſich zu Ausführung ſolcher Boßheit recht wunderlich ſchicken muſte. 38) Nicht ſo wohl über die ſo ſchelmiſch ausgeſonnene Gifft-Miſcherey. J. 39) Admireris. J. 40) Gantze Länder werden ums Geld den Gouuerneurs Preiß gegeben, daß ſie die Unterthanen nach Gefallen ſchinden mögen. 41) Juris et aequitatis nullam haberi rationem, sed solius pecuniae, secundum illud Horatii libr. I. Ep. I. v. 53. seq. *O ciues, ciues, quaerenda pecunia primum, uirtus post nummos.* 42) Vix auditum est unquam, accusari quenquam apud Turcas ambitus, id est, dignitatum per largitiones acquisitarum, aut repetundarum, quae dicuntur, quum reposcuntur res iniquo modo ablatae, wenn man von einem Rechnung fordert, wo er die eingenommenen Gelder gelaſſen habe. B. J. 43) Plebi illatae nihili aestimantur a magnatibus iniuriae. J.

44) Tam

tam deiectae sortis cladem. 44) Non aliud in 32
Turcis magis mirer, quam quod homines, im-
mortalitatem animorum tam constanter asseren-
tes, ut his inde 45) uilior haec uita sit, sibi eo-
rum flagitiorum 46) licentiam faciant, quae et-
iam absque lege natura refugiat. Tamen in ege- 33
norum ac hospitum opem multorum animi illic
effusi sunt. 47) Ad haec humanae miserationis
opera 48) passim aedes exstructae, in quas aegri,
aut fessi, diuertant, ibique constitutae priuato-
rum testamentis, et publico sumtu, opes. 49)
Nos 50) etiam, quanquam canes et credunt, et
uocant, non arcent a tanti beneficii humanitate.
Ingens in parentes reuerentia, et, si quando mo- 34
lesti sint, plus recordatio dati spiritus, 51) quam
acerbitas iniuriae ualet. 52) Multi cibi gens, 53) 35
et plus curando corpori intenta, quam animo.
Omnis autem libidinis, qua sunt infames, minor 36
his ipsis culpa, quam foedo Mahumeti, 54) has
cupidi-

44) Tam humilis conditionis miseriam, ein ſo ſclaviſches Tractament. B. 45) Propter illam de immortalitate animi opinionem. J. 46) Sodomiae et paederastiae, a quibus flagitiis ipsa natura uidetur abhorrere, tametsi lege nulla sint uetita. B. 47) Inter Turcas multi ualde liberales sunt in pauperes ac hospites. B. 48) Vt hae eleemosynae percipi possint. J. 49) Vitae praesidia, alimenta pauperum. J. 50) Christianos. J. 51) Acceptae a parentibus uitae. B. 52) Wenn ihnen auch die Eltern noch ſo viel Uberlaſt thun, dulten ſie es doch, in Erinnerung, daß ſie ihnen ihr Leben zu dancken haben. B. 53) Edaces sunt Turcae. J. 54) Nimiae
Veneris,

cupiditates, maxime innatas mortalibus, sed numinis, pudorisque, uinculis astrictas, 55) sua lege exsoluenti. 56) Ita allicere 57) placuit militarem quidem populum, sed, ut in Oriente, ad uoluptates molliorem 58) Inde his uitiis, tanquam concessa remissione, 59) exercentur, mi-
37 serabili uirtutis inscitia. 60) Neque abest a libidine crudelitas, saltem in principe, tam suorum 61) sibi sanguinem, quam opes, uindicante. Constantinopolim rex Turca obibat, 62) in proximos agros uenatione decreta, cum ad militis fores adolescentulum uidet impudice fractis oculis uibrantem. 63) Accensa teterrimi principis libido est, rapique, et in regiam duci iubet. At miles, qui puero 64) assueuerat, reuerentiam 65) amore uincente, non dubitauit pro scorto 66) oppo-

Veneris, qua sunt infames, culpa non tam in ipsos Turcas, quam in Muhammedem ipsum, redundat. J. 55) Legibus diuinis, et naturae, seu rationis rectae, iudicio, coërcendas. B. 56) Permisit enim Muhammedes asseclis promiscuas libidines, et licentiam multis utendi uxoribus et concubinis. B. 57) Ad suam religionem J. 58) Procliuiorem. In Venerem enim inprimis proni sunt Orientis populi. B. 59) Voluptate, oblectatione, otio ad recreandum animum. J. 60) Commiseratione digni sunt, ut qui nesciunt, quid uirtus exigat. J. 61) Ciuium. J. 62) Ibat per uicos et plateas urbis, equo, quod solet, forte uectus. J. 63) Er ſahe ſehr verliebt aus J. 64) Pueri amoribus. J. 65) Reuerentiam, quam principi suo debebat, amoris in puerum uehementia superante. J. 66) Pro puero, cuius turpi amori assue-

opponere suum pectus, strictoque gladio irruentes ministros 67) submouere. Sed quid unus in multitudinem posset? Ipse princeps, ad omnem suorum contumaciam tam peruicacis irae, 68) tamen hanc amantis uiolentiam in crimen non duxit, 69) illum 70) quoque, tanquam in pretium abrepti pueri, 71) rustico praedio donat, et stipendium iubet augeri. Neque mora, uilissimi scorti amore rex flagrare, 72) nec tantum in deliciis habere, sed et in ambitiosae amicitiae locum. 73) Quod miles cum audiret, eum, 74) olim sibi charissimum, aspicere inter tantos honores concupiuit. Donis itaque ac precibus euicit a custodibus, 75) qui stabant ad fores, ut, cum rex in hortis uesceretur, clam a satellitum tergo ipsum 76) accumbentem, simulque adolescentulum, intueretur, nam et is solebat regiis conuiuiis adhiberi. Constituto tempore adest. 77) Jacebat rex in tapetibus patrio more, 78) neque procul impurissimum scortum, et nimio impudicitiae

assueuerat. J. 67) Imperatoris Turcici. J. 68) Qui alias ira uehementissime exardescebat, si quis negasset obsequium. J. 69) Pro crimine non habuit. J. Sic Tacitus Annal. libr. VI. cap. V. *Ne uerba praue detorta, neu conuiualium fabularum simplicitas in crimen duceretur.* 70) Militem. J. 71) Hoc ipso quasi exsoluturus rex militi pretium pro puero, quem ei rex rapuerat. J. 72) Coepit statim. J. 73) In numero aulicorum, comitum, consiliariorum. B. 74) Puerum. J. 75) Arcis, et corporis regii. J. 76) Regem accumbentem. J. 77) Miles. J. 78) Sedebat coenaturus, more Turcico. J.

citiae pretio iam superbum. 79) Inter haec miles incautius forte prodire, 80) sic ut a puero conspiceretur, qui, ueteris obsequii 81) memor, statim ad ipsum cursu defertur, amplexaeque 82) dexterae osculum ponit. Princeps, in redeuntem 83) insiliens, fronte, oculisque, furore ardentibus, interrogat, quo uecors et infidus diuertisset. 84) At ille, ad priorem, inquit, herum, 85) rex, quem a me saltem oportuit salutari. Haud mora: Rex, aemulatione insaniens, breui ferro, quo erat accinctus, sui amatoris 86) perfodit pectus. Sed ut labentem uidit, sequutus in terram, 87) suo sinu uulnus fouit, ingemuitque morienti. Jussus statim miles mori, siue quod prodire in uetitum locum ausus, siue quasi tanti doloris principi causa. 88) Sed ille, inter tumultum elapsus, ipso fauore satellitum euasit, latebris, et suorum silentio, tectus, donec princeps
38 mitigaretur. Adeo nullius amicitiae nexu tuti sunt a tyrannide tam atroci, nec incolumitatem suam

79) Quum uideret patientia se sua id consequi, ut regi Turcico esset charissimum, et in summo pretio. J. 80) Coepit. J. 81) Turpissimae consuetudinis. J. 82) Quam amplexus fuerat puer. J. *Amplexus* heic passiue sumtum, ad imitationem forte uocis *complexus*, quam passiue acceptam a Cicerone pro Roscio, et aliis, nouimus. 83) Puerum. J. 84) Ad quem se proripuisset, contulisset. J 85) Me contuleram. J. 86) Pueri amasii. J. 87) Quum uideret et Imperator puerum moribundum procidere, ipse procidit una. J. 88) Fuisset. J.

89) Ma-

suam tantum, sed et uoluptates, supra 89) uitam
suorum ciuium aestimante. Arma autem, iam 39
cessantibus principibus, 90) sub quorum aspectu
91) ingens militum audacia erat, modicis in ea
gente studiis, nec ex parentum impetu 92) culta
sunt. Praetoriani 93) in urbe regia, quos Janis- 40
sarios uocant, desueti iam dum uero puluere 94)
exerceri, in otio, et ciuilibus deliciis, ad turbi-
dam, 95) sed gnauam, 96) audaciam instituun-
tur. Hinc soluendae disciplinae initium super- 41
bis militibus, 97) nec laborem, nec felicitatem,
pati idoneis. Non aliis uitiis olim euersi sub 42
sua mole Romani iacuerunt. 98) Et illud 99)
forte imperium, iam deficientibus uentis, 200)
quibus alte intumuit, suo pondere, uitiisque, ob-
ruetur. Illi tamen, qui Aegypto praesident, ma- 43
xime ad Memphim 1) collocati, ueteris militiae
decus

89) Maioris, quam. J. 90) Dum ipsi Turcarum Imperatores iam non amplius bellis adsunt. B. 91) Praesentibus quibus. J. 92) Non tanto studio, nec tanto impetu, excoluntur, quantus erat in maioribus hodiernorum Turcarum. B. 93) Die Leib-Garde zu Fuß. B. 94) Veris ac seriis pugnis, seu praeliis, licet in ludis militaribus exerceantur. B. 95) Tumultuosam. J. 96) Seriam, frequentem. J. 97) Daher kömmet es, daß die Krieges-Zucht ſo verfallen iſt. B. 98) Eben dieſes hat ehemahls der Römer Macht geworffen. B. 99) Turcicum. J. 200) Remissa disciplina militari, quae hic cum uento, naues propellente, confertur. B. 1) Vrbem Aegypti ad ripam Nili, olim regiam, ubi Apis, Aegyptiorum Deus, custodiebatur. B.

 2) Ara-

decus cum ingenti laude obtinent, scilicet ab aula semoti, arcendisque praedantium manibus, 2) qui de montium iugis erumpunt in uallem, in
44 quotidianos labores exerciti. Sed in fugientium latronum agmen fortes, 3) tantumque instare cedentibus, 4) si in nostrorum hominum 5) robur inciderent, fortasse equorum celeritate, qua praestant, ad salutem, non praelium, 6) uterentur.
45 Sagittarum, quae praecipua Turcis uis, iam neglectus ille usus, qui olim formidabilis orbi fuit, credo, 7) quia sine longo sudore, corporisque ad laborem obsequio, 8) ad hanc artem 9) perueniri non potest, et hodie milites, fracti otio, et languente disciplina, tanti non emunt fortes esse. 10)
46 Breues arcus sunt, inflectique, nisi a peritis, difficiles. Ceterum multo maiore impetu tela expellunt, quam quo machinae nostrae 11) plumbeas glandes 12) eiiciunt. Vidimus quidem, et fidem oculis nostris tarde 13) habuimus, chalybem, tres digitos altum, ab exigua sagitta pertransiri, 14) nec minoris prodigii fuit, destitutum

2) Arabum turmis infestati perpetuo. J. 3) Iidem milites Turcici. J. 4) Soliti, qui fugientem insequi hostem didicerunt. J. 5) Militum Caesareanorum et Britannicorum. J. 6) Ad fugam, non ad praelium. J. 7) Ego quidem puto, id fieri ex ea caussa. J. 8) Multa corporis exercitatione. J. 9) Sagittandi. J. 10) Cum tanto sudore et labore uolunt fortes esse. J. 11) Flinten, Muſqueten, Stücke, Bomben, Carthaunen. J. 12) Kugeln. J. 13) Non, nisi re bene iterum iterumque perspecta. 14) Mit einem Pfeil durch drey Finger dicken Stahl durchgeſchoſſen

tum ferro 15) telum in modicae arboris truncum arcu impelli, et utrinque defigere. 16) Hanc artem 17) clarissimo apud nos uiro, cum Constantinopoli esset, tradidit Solymanni uetus miles, confessus illam artem interire suorum socordia. 18) Vix tres esse in tam uasto imperio, quibus curae fuerit hanc maiorum fortitudinem in se producere. 19) Ceteris 20) laxos arcus, nec aliis, quam leuis armaturae hominibus, esse timendos. Quod si numinis beneficio, et illo- 47
rum 21) uitiis, uti uellemus, quid hac tempestate facilius, 22) quam opimas extorquere prouincias a barbara gente, suumque impetum, quem pro fortitudine habuit, dediscente? 23) Hoc gemen- 48
tes sub tam ferae tyrannidis mole expectant a nobis Christiani, immensa multitudo, sed ducibus, armisque, defecti, 24) hoc 25) nostri quoque ritus, 26) et templa, quae uesani 27) deleuêre, hoc de illorum imperio deiecta humanitas, 28) terraeque olim cultissimae, nunc uelut informes, nec in sui decoris honestatem, nisi nostris auxiliis, reditu-

---

geſchoſſen worden. 15) Cui ferrum, seu spiculum, nullum praefixum erat. B. 16) Iſt durch und durch gegangen. J. 17) Sagittandi. J. 18) Ignauia Turcarum. J. 19) Deriuare, transferre, propagare. J. 20) Turcis. J. 21) Turcarum. J. 22) Foret. J. 23) Das nun gar nicht mehr mit ſolcher Hefftigkeit den Feind weiß anzugreiffen, als vormahls. 24) Carentis, destituti. J. 25) Expectant. J. 26) Christiana sacra, et religiones patriae. B. 27) Barbari Turcae. J. 28) Omnes artes ac disciplinae Turcarum imperio prorsus prostratae. B.

49 rediturae. 29) Quod si quem moueant 30) experta 31) toties arma, frustraque exhaustae diuitiae, dum nostri maiores a Saracenorum impetu Syriam, Palaestinam, Aegyptum, contendunt uindicare, in Turcas etiam ingentibus saepe copiis mouentes, 32) cogitet, eos magis aemulatione 33)
50 inter se, quam hostibus illis, 34) uictos. Vt omiserim principes Graecos, semper infestos militibus ab Occidente uenientibus, 35) quoties ipsi inutilibus odiis nostros impetus, in nos conuersi, 36) consumsimus? Non oportet recentibus exemplis nostri saeculi pudorem onerare, 37) ac ne curiose quidem recensere ueteres clades. Satis erunt ad doloris et cautionis 38) argumentum Gallorum, Anglorumque, in eiusmodi bellis funesta dissidia.
51 Richardus II. rex Angliae, cui ex leonis corde cognomen est, 39) in Syriam exercitum duxerat, ultusque iniurias, quas Cyprii intulerant, 40) ad ultimos metus 41) Soldanum

29) Die zu vorigen Aufnehmen nicht wieder gelangen können, es ſey denn, daß wir helffen. 30) Ad contrariam sententiam. J. 31) A Christianis. 32) Bellum, arma. J. 33) Mutuo odio, obtrectationibus, inuidia. J. 34) Turcis ac Saracenis. J. 35) Imperatores Constantinopolitanos, ut taceam, semper obstitisse conatibus et successibus nostrorum militum. 36) Nostras uires debilitauimus, quoties contra socios sacrorum pugnauimus. 37) Nostrum dedecus augere. J. 38) In tempora futura. J. 39) Qui propter fortitudinem appellabatur das Löwen-Hertz. B. 40) Nauibus Anglicis, quas fuerant depraedati. B. 41) Ad desperationem. B. 42) Aegy-

num 42) adegerat, iam Hierosolyma tradere, et sic cum Christianis pacisci cogitantem, cum, ecce! Gallorum rex, Philippus, quem Augustum appellârunt, reuersus et ipse a Syria, et Richardo infestus, cum exercitu in Normanniam mouet, [haec tunc Anglici iuris erat] et, oppida adortus, quaedam ui capit, alia metu, aut factione, 43) subigit. Sic Richardum, tunc publicis orbis rebus 44) intentum, ad rerum suarum tutelam in Europam reuocauit, et tunc Saraceni, Gallorum 45) manibus, Christiano exercitui erepti sunt, qui postea Anglis quoque beneficium debuerunt. 46)
Quippe uix saeculum inde effluxerat, cum Philip- 52
pus, cui cognomen Valesio, Francorum rex, omni regni sui mole 47) ad haec bella transmarinae pietatis 48) conuersus est. Aderant in auxilium Nauarrae rex, Arragoniae, atque Bohemiae,

42) Aegypti principem. J. 43) Durch Verrätherey und Anhänger. Quod ab A. C. cIↄ c xcII. factum legimus contra iurisiurandi, quod Richardo, regi Angliae, praestiterat, fidem. In eo bello A. C. cIↄ xcIx. sagitta uenenata ictus Richardus interiit. J. 44) Saluti publicae Christianorum A. C. cIↄ cxcI. et cIↄ cxcII. quo anno sub auctumnum Richardus domum rediit. B. 45) Bellum aduersus Anglos temere gerentium uitio et culpa. J. 46) Qui eadem ratione postea, quum in Galliam Angli irrumperent, ab internecione seruati sunt. J. 47) Omnibus uiribus. J. 48) Quae trans mare in Asia et Africa per caussam religionis gerebantur, et inde bella sacra, expeditiones sacrae, dicebantur. B.

miae, 49) multique praeterea mortales, 50) quos rei magnitudo, sanctitasque belli coëgerat. 51) Jam in anchoris classis stabat, quae quadraginta armatorum millia ueheret. Trium annorum commeatus addebantur. 52) Exercitus terra 53) iturus trecentorum millium erat. Sed tam grauem apparatum, tantamque spem mundi, interuertit 54) Eduardus III. Angliae rex, tunc 55) primum Franciae sceptrum, tanquam matris Isabellae 56) haereditatem, aggressus uindicare. 57) Sic in nostra uiscera acti sumus, 58) et, a nobis superati, triumphos Saracenis, Turcisque, con-
53 cessimus. Tristissimi quidem hi casus, sed illorum ingens solatium, nobis adhuc uires esse 59) eruendo illi barbarorum imperio, ac ne coniurationem quidem nostrorum principum 60) in hoc 61) quaeri. Plures ex illis esse, qui soli 62) huic uictoriae sufficere possint. Non enim innumero exercitu opus est, nec uelis 63) immensum

sum

49) Carolus II. Nauarrae, Jacobus II. Balearidum, et Joannes, rex Bohemiae. 50) Variae conditionis homines. J. 51) In unum corpus. J. 52) Proviant auf drey Jahre. J. 53) Terrestri itinere. J. 54) Fecit initium et frustraneum. J. 55) Illo ipso tempore, anno uidelicet cIɔ cccxl. 56) Quae fuerat Eduardi II. Angliae regis, uxor, Caroli IV. regis Galliae, soror, Ludouici X. filia. 57) Sibi asserere, ad se trahere. J. 58) Contra nosmet ipsos pugnauimus. J. 59) Idoneas, quae sufficere possint euertendo illi imperio. J. 60) Alliance, Vereinigung. J. 61) Negotio expediendo. J. 62) Sine aliorum principum auxilio. J. 63) Nauibus, Er bedarff nicht

unge-

sum mare tegentibus. Vir insignis iudicii, ani- 54
mique, et iam longissimo usu rerum Turcicarum
peritus, suo regi spondere non dubitat, si sibi
classis detur, triginta millium exercitu imposito,
in biennium stipendia, in annum commeatus, se
eo tempore 64) Peloponnesum, Euboeam, magnamque Achaiae oram, 65) in illius ditionem
redacturum. Nî fecerit, idem exercitus, qui sibi committetur, decepti regis exigat poenas, 66)
uindicetque atrocissima morte temeritatem irritae sponsionis. Eandem spem uictoriae, paene 55
nec tanto sumtu, ausus maximo regi ante aliquot
annos dare eximius belli dux, opibusque, et sanguine, dignus, 67) cui tanta expeditio crederetur. Sed mors illius consilia occupauit, incertum, an ueneno maturata. Vtrique causa 68) 56
sperandi ex nostrorum militum robore, bellique
disciplina, tum ex Christianorum 69) numero,
atque uotis, 70) nostra arma illuc ad se uocantium, denique ex languentibus Turcis, 71) qui
fortitudinis famam non alio iure obtinent, quam
ob maiorum suorum nondum expirantem 72)
memo-

ungeheurer Flotten. J. 64) Intra hoc biennium. J. 65) Morea, Negroponte, und ein groſſes Theil der Küſte von Griechenland. 66) A se duce. J. 67) Diues, et clarissimo genere ortus, adeoque dignus. B. 68) Erat. J. 69) Qui sub Turcico imperio gemunt. J. 70) Wegen ihrer Sehnſucht und Verlangen, daß wir mit einer Armee dahin kommen möchten. 71) Deficientibus Turcarum uiribus. J. 72) Obliuioni datam. J.

57 memoriam. Sed aiebant isti duces, in ipsius hostis sinum 73) iaciendam hanc facem, non tutandis limitibus standum, 74) in quibus summum uictoriae praemium est, 75) hostem a patria submouere, mox saeuius rediturum, uictis 76) autem et sua, et patriae captiuitas imminet. Ideoque uolebant non in Pannonia nos haerere, sed ingenti procursu 77) in media Graecia, Thracia-
58 ue, castra metiri. Hanc in bellis inferendis rationem plerique ueterum iniuêre. Sic in Italia Hannibal uincebat Carthagini, 78) sic Romanis in Africa Scipio, sic denique ipsi Turcae, quas gentes nunc obtinent, 79) armis in earum prouincias prolatis domuerunt. Neque Galliam Franci, neque Normanni maiorem Britanniam, lento bello, remotoque, uelut a limine, salutauerunt. In ipsas prouincias irrupêre, etiam ante uictoriam paene occupata mercede uictoriae.
59 80) Quid? quod multa, quae iam sunt ad haec

73) In medias Turcarum regiones hoc bellum ingerendum esse. B. 74) Man ſolle nicht immer defenſiue gehen. J. 75) Davon man weiter nichts hat, als daß es hieſſe, man habe den feindlichen Einfall einmahl verhütet, der doch bald mit mehrerer Wuth wieder geſchehen kan. J. 76) Gelinget es aber übel ſo iſt nichts gewiſſer, als eine erbärmliche Sclaverey. J. 77) Durch einen ſtarcken Einfall. B. 78) Patriae suae uincebat, dum non in Africa haerebat, sed in Italiam bellum transferebat. B. 79) Sub sua potestate habent J. 80) Praemium uictoriae ipsas sibi terras subita irruptione uindicarunt, antequam de Francis triumphassent plene.

81) In

haec bella adiumenta, nostris maioribus defue-
runt? Hostem ad extrema Orientis 81) quaere-
bant, tunc primo uictoriarum aestu feruentem,
82) quem hodie in ipso Pannoniae sinu, et in
aduerso Italiae littore, 83) statim inuenias, scias-
que, plena, et mox recessura, fortuna senescere,
84) uel ideo, quod non augescit. 85) Patrum 60
86) quoque nostrorum erroribus edocti, ea ipsa,
quae in illis expeditionibus peccauerunt, habebi-
mus in melioris disciplinae cautionem. 87) Nunc 61
etiam urget hostis, ut paene in hoc tantum de-
liberare liceat, perdere malimus, 88) an uinci.
Juuenis Achmetus, 89) qui hodie tyrannide po-
titur, ad bellum respexit, et Transiluaniae immi-
net 90) Siue lassus suo otio animum ad hanc 62
expeditionem adiecit, siue apud suos reuerentiam
paraturus, ingens inde rerum nostrarum discri-
men est, cum languens apud illos 91) militia his
stimulis exsuscitari possit, et princeps, hactenus
inter uoluptates segnis, solicitari 92) uictoriarum
gustu,

81) In extremis Orientis regionibus. J. 82) Superbum, audacem. J. 83) In Dalmatia, et Graecia. J. 84) Quasi consenescere, ac debiles fieri, fortunae iam adimpleta uelut mensura. J. 85) Quod uel ex eo intelligi potest, quia eorum potentia iam desinit crescere. J. 86) Maiorum. J. 87) Unſerer Vorfahren Verſehen können uns klug machen. J. 88) Hostem. J. 89) Hoc nomine gaudebat imperator Turcicus, quum Barclaius haec scriberet. B. 90) Will wieder zu den Waffen, und Siebenbürgen angreiffen. J. 91) Turcas. J. 92) Könte angelocket werden, wenn er ein- oder ander mahl ſiegete. J.

93) Co-

gustu, atque inde acrius in nostram perniciem
63 ardere. Aiunt Carolum, 93) qui ultimus ducum Burgundici nominis fuit, primam partem egisse iuuentutis, non expertem modo armorum, sed et maxime quietis studiosam, mox Gallia flagrante eo bello, 94) cui publici boni titulus fuit, 95) adeo in contrarios motus uersum, 96) ut exinde 97) nullum uitae tempus habuerit, quo a militaribus consiliis uacaret. Absit, in eosdem im-
64 petus hic Achmetus consurgat. 98) Sed quis in tanto periculo non praestabilius credat arma mouere, 99) dum illi nondum ueternum excusserunt, 300) quam expectare, ut, usu et uictoriis graues, 1) a media [quod absit!] Italia atque Germania nobis ad unam seruitutem ferale 2)
65 signum tollant? Quod si Achmetum sua luxuries reuocabit ad otium, non a nobis extrusum, 3) non in suis Penatibus arma nostra audientem, certe

93) Cognomento Audacem, qui A C. cIↃ cccc LXXVII. in praelio ad Nanceium caesus est. 94) Bello ciuili, quod inter regem Galliae, Ludouicum XI. et proceres eius, A. C. cIↃ cccc LXV. gestum est. 95) Vtpote quod foedus BONVM PVBLICVM uocabatur. 96) Adeo immutatum, et a pacis studio in belli cogitationes conuersum esse. J. 97) Ex eo tempore. J. 98) GOtt laſſe nicht den Achmet auf gleiche Gedancken kommen. J. 99) Contra Turcas. J. 300) Debiles quippe adhuc, et molles, ex diuturno otio, et usu uoluptatum. B. 1) Denuo experientia bellica instincti in odium nostri. B. 2) Ihren Roß-Schweiff, der uns Tod oder Sclaverey dräuet. 3) Non armis nostris pulsum. J.

4) Diui-

certe hanc paene turpem, pudendamque, salu-
tem fortunae debebimus, non uirtuti. 4) A 66
Turcis ad Judaeos abire hîc liceat, uel ideo, quod
post Turcas 5) illis sumus. A Judaeo percun- 67
ctati, de quibus melius sentiret, Christianis, an
Turcis? fuit, quo frontem 6) hominis mirare-
mur. In nos enim, inter quos erat, uix ausus
inclementer 7) dicere, tamen sensum non pres-
sit, 8) et: certe, inquit, Turcae saltem genita-
lia circumcidunt. 9) Gens est uagis erroribus 68
dissipata, 10) nullius prouinciae potens, 11) acris
cogendis opibus, 12) ad omnem mercaturam stre-
nua, et per foenoris flagitium diues. 13) Vbi- 69
cunque sit, seruit, et iam domitos 14) animos,
quondam ad libertatem tam acres, 15) huic sor-
ti 16) assuefecit. Mores passim miscuerunt, 17) 70
et suae indoli, cui cum peruicacia adhaerent, ad-
dunt regionis spiritum, 18) in qua nascuntur.
Per-

4) Diuinae prouidentiae, quae nostri miserta est, non nostrae fortitudini. J. 5) Maiori honore dignantur Turcas, quam nos. B. 6) Impudentiam, ferociam. B. 7) Mali quicquam, aut conuicii. B. 8) Er kunte dennoch ſeine Meynung nicht bergen. J. 9) More Judaeorum. J. 10) Per totum terrarum orbem passim circumerrat fere, nec certam sedem habet. B. 11) Nullam prouinciam, quae sit sui iuris, possidet. J. 12) Sehr erpicht auf Gewinn. B. 13) Wird reich durch übermäßigen Wucher. J. 14) Sub iugum missos, seruitute subactos. J. 15) Olim tam fortes ad tuendam libertatem. J. 16) Seruituti. J. 17) Cum moribus aliarum gentium. J. 18) Indolem, ingenium. J.

71 Pertinax illis superstitionis ingenium, et uix in
nostram pietatem, 19) quantumcunque simulent,
72 sincere mutabile. Eorum corpora olere 20) non
sine argumento 21) uulgatum est. Foeda quippe in ipsorum domibus, uestibusque, incuria est,
73 et, nescio quid, insolens 22) exhalat. In summis diuitiis non augent corporis cultum, siue nostram inuidiam reueriti, siue inter se amantes
74 paritatem. 23) Magnum seruitutis argumentum est, quod nec arma, nec fundos, possidere concessum sit. 24) Recte 25) uires adimuntur hostili populo, et nos peius, si polleret, mulctaturo.
75 ro. 26) Jam uero 27) enumeratis populis, et ueluti ad censuram uocatis, quorum animos, moresque, cognoscere iis prodest, qui in publica luce, interque homines, uicturi sunt, ad uaria ingeniorum genera, et affectus, 28) ueniendum est, qui, ut unam aliquam nationem, ueluti suo iure, non possident, 29) ita, per omnes gentes uagi, 30) multisque ubique hominibus insidentes, uirtutibus, uitiisque, aut semina, aut alimenta, suppeditant.

CAPVT

19) Christianas religiones. Raro enim Judaeus Christiana sacra, quae amplexus est, constanter sequitur. B. 20) Foetore. J. 21) Nicht ohne Grund. J. 22) Extraordinarie foetidum. J. 23) Ne ditiores Judaei uideantur praestantiores pauperibus. B. 24) Judaeis. J. 25) Prudenter ac de iure. J. 26) Infensissimo nobis, et qui nos male sit excepturus, si tantum haberet uirium. J. 27) Per antecedentia capita. J. 28) Animorum diuersos. J. 29) Man trifft ſie nicht bey einem Volcke alleine an. J. 30) Dispersi.

# CAPVT X.

*Praeter patriae indolem dari cuique mortalium suos affectus, atque ingenium. Praecipua inuestigari posse, non scribi omnia. De ingeniis ad subitos iocos, aut sententias, ualentibus. De aliis, qui spontanea eloquentia diffunduntur. De hominibus tardioris, lentiorisque prudentiae. Perfectos demum esse, qui inter haec duo genera sunt positi. Vtrum sint praestantiores animi, qui litteris idonei, an qui administrandis rebus publicis? Delicata ingenia assiduo, aut diuturno, minus apta, quam tarda et depressa.*

VEluti sub iis sideribus, 1) quae multo fri- 1
gore, humentiue 2) aëre, solent candi-
dos, 3) caesiosque, 4) populos educare, nonnulli
haud secus, quam in uicinia solis, 5) fusco uultu
inumbrantur, in iis autem plagis, quae, nimio
sole flagrantes, 6) plerumque spissiori sanguine
subiectas gentes tingunt, 7) quorundam hominum candor 8) a patria ferrugine 9) recedit, ita
in humanis populis quaedam asperae mentes rigent,

1) In iis regionibus. J. 2) Pluuioso. J. 3) Albos colore corporis. J. 4) Qui habent caesios oculos, Grau-blaue Augen. B. 5) In iis regionibus, quae solem uicinum habent, seu propinquum J. 6) Quae sub Zona torrida iacent. J. 7) Pingunt, atros uultus incolarum efficiunt. J. 8) Albus in uultibus color. B. 9) Colore atro et fusco. B.

10) Quasi

gent, 10) aliae de patria barbarie nihil habent,
crassae 11) aliquae in tenui coelo mentes, tenues-
que 12) in opaco. Nec ulla est regio tam pro-
speris, aut malignis, illustrata sideribus, 13) quae
non omnium uitiorum examen, 14) simulque
2 uirtutum, in suis alumnis exceperit. 15) Quippe
singulis mortalibus, praeter patriae suae indo-
lem, 16) adhuc proprium aliquid natura con-
cessit, prorsusque ingenti miraculo per tot secu-
la, et nomina populorum, unicuique hominum
sua lineamenta inuenit, 17) quae tam frontis,
quam animi, habitum 18) a reliquorum corpo-
rum, mentiumque, similitudine distinguerent.
3 Hunc illius 19) mirabilem ludum, tot hominum
affectibus, animisque, uariatum, haud quis faci-
lius cogitando assequetur, quam pictor suis ta-
bulis 20) omnium corporum species, atque for-
4 mas, incluserit. 21) Licet tamen, tanquam
eminentes in condensis siluis arbores, praecipua
ingeniorum et affectuum genera intueri, quibus
homines agi 22) solent, ac propemodum com-
poni, 23) simulque a ceteris 24) insigni discrimi-
ne

10) Quasi frigore, ſind hart und unbeugſam. J. 11) Tumm, von ſchlechtem Begriff, ſchweren Köpffen. 12) Subtiles, fähig, herrlich. J. 13) Tam mitis, aut aspera J. 14) Copiam. J. 15) In suis incolis ostendat. J. 16) Communem unicuique regioni. J. 17) Dedit natura. J. 18) Rationem, Art, Beſchaffenheit. J. 19) Naturae. J. 20) Imaginibus. J. 21) Exprimere poterit. J. 22) Impelli, J. 23) Temperari. B. 24) Hominibus J.

25) Quae

ne separari. Neque superflua cogitatio erit eo 5
modo percensentis diuersissimas hominum clas-
ses, in quibus se unusquisque inueniet, et, qua-
lis esse uelit, aut timeat, tanquam ex sequestra, 25)
et aliena, imagine deprehendet. Ac praeterea 6
cum nullius ingenii species tam lubrico, aut ui-
cino, uestigio in uitia propendeat, 26) quae non
facile prudentiae habenis 27) intra rectum 28)
flecti possit, nihil quoque tam cognatum 29)
uirtutibus, quod non prauitas utentium corrum-
pat, iuuabit 30) affectus, impetusque mortalium,
suis bonis, malisque, stipatos, 31) contemplari,
et, quatenus aut noceant, aut prosint, uestigare,
ne deinde aliquos immodice laudemus, uel su-
pra fas et aequum auersemur. Igitur morta- 7
lium ingenia recensenti 32) statim occurrent ex-
temporaneae subtilitatis homines, 33) illi scilicet,
qui, quoties loqui placet, subita, 34) ac plerum-
que festiua oratione per susceptum argumentum
35) decurrunt. Hi, si iusto pondere, 36) ut so- 8
let,

25) Quae pro sequestro quasi sit, atque nos doceat, quibus ipsi moribus praediti, atque ab aliis distincti simus. Nam *sequester arbiter* dicitur, qui litigantibus interuenit, pronunciatque, ac docet, quid sequi debeant. B. 26) **Kein Gemüthe kan ſo leichte in allerhand Laſter verfallen.** 27) Moderamine. B. 28) Virtutem, ne ad uitia prolabatur. J. 29) Conueniens, consonum, conforme. J. 30) Vtile erit. J. 31) **Mit allem dem, was daran gut oder böſe iſt.** 32) Mihi. J. 33) **Leute von hurtigen Einfällen.** 34) Non laboriose praemeditata. B. 35) Per materiam ad dicendum oblatam. J. 36) Pru-

let, destituuntur, nec studio 37) eloquentes, nec sapientes consilio, sed tum demum, cum loquuntur, roganturque, Philosophi, aut oratores facti, possunt uno pretio cum mercibus aestimari, quae, per se inanes, 38) ipso fuco artificii imponunt. 39)
9 Eorum duo genera inuenias. Quidam in priuatis, et consciis, 40) sermonibus regnant 41) breui, nitidoque, acumine, et semper ueluti in aliorum ineptiam intento. 42) Alii propius ad eloquentiae dignitatem perueniunt, quandocunque placuerit, statim torrente ingenii, publice, aut inter suos, dicturi, rerum omnium, quas uiderint, legerintue, opportuna subeunte memoria. 43)
10 Vtrorumque promtos, ac faciles, impetus 44) mirantur non modo imperiti, sed et interdum, qui meliori eruditione imbuuntur, dum ab eiusmodi ingeniis multos iocos, atque sententias, uident facile, ac ueluti temere, 45) effundi, quas ipsi non, nisi anxio et seuero labore,

denti ratione, quae solido eloquentiae et prudentiae fundamento nititur. B. 37) Per studia solidiora. J. 38) Da ſie an ihnen ſelbſt nichts taugen. J. 39) Colore externo, quem addit artifex, fallunt incautos, wenn ſie neuen Glantz und guten Anſtrich bekommen. J. 40) De iis rebus, quarum ipsi notitiam habent. J. 41) Eminent praeter ceteros. J. 42) Ita, ut aculeos suos semper dirigant contra aliorum ineptias, eosque diuexent uariis iocis. J. 43) Sie ſtocken nicht einmahl, beſinnen ſich auch nicht lange, ſondern es fället ihnen alles von ſelbſten zu. B. 44) Einfälle. J. 45) Sine praemeditatione, extemporaliter. J.

46) Libido

bore, possent exprimere. Nam quid illis homi- 11
nibus, [ut ab illis scilicet ordiamur] quorum bre-
uis, uiuaxque, procacitas 46) eminet, magis pu-
tes ad industriae, simulque leporis, 47) imagi-
nem factum? Quid elegantius, quam ad omne ar-
gumentum sententiolam habere? 48) Quid ur-
banius, quam omnium dicta, factaque, excipe-
re improuisis salibus, 49) uel prudentia, 50) quae
facilis, et nata sub manu, ipsa celeritate placet?
51) Huic uenustati si accedit corporis gratia, 52) 12
uel hominis dignitas, et praeter haec non immo-
dica, sed secura, audacia, 53) regnabit 54) ubi-
que illa iocatio, his etiam non ingrata, quos la-
cesset, et ueram, exactamque sapientiam in egre-
giis, sed tardis, 55) hominibus suo strepitu ob-
ruet. 56) Sed haec loquendi felicitas frequenter 13
suis morbis infesta est. 57) Tolle illos 58) de
priuato consortio, et a subitis, fractisque, sen-
tentiis,

46) Libido iocandi, et alios lacessendi suis dicteriis. J. 47) Elegantis et iocosi sermonis. J. 48) Wenn man bey aller vorkommenden Gelegenheit zu reden ſeinen Poltzen auch darzu ſchieſſen kan. 49) Schertz-Reden. J. 50) Prudenti sermone. J. 51) Weil ſie einen nicht ſchwer ankömmet, und gleichſam in die Hand fället, und unverſehens kömmet, wird ſie deſto angenehmer. J. 52) Eine annehmliche Leibes-Geſtalt. J. 53) Quae securum de aliorum maligno iudicio reddat. B. 54) Eminebit, laudabitur. J. 55) In eruditis uiris, quibus nec ingenium promtum, nec lingua expedita est. J. 56) Ita perturbabit, ut contra nihil ausint dicere. B. 57) Suis uitiis laborat. J. 58) Eiusmodi homines. J.

tentiis, 59) id est, a uelitatione prudentiae, 60) deduc in certamen prolixae orationis, 61) tum 62) sterilitatem egenarum mentium, nec sufficientium ad ueram, longamque, sapientiam, haud dubie
14 contemnes. Quod si et illa, quae in iis miraris, dicta concisa, et ueluti breui fulgure micantia, scriberentur, ut non abrepto, et intercepto, animo simul incidant, atque effugiant, 63) sed ad maturam iudicii seueritatem exigi possint, quam saepe inania, aut inepta, uiderentur, quae nunc inani praeiudicio, 64) et lepore celeritatis, fal-
15 lunt? 65) In iis igitur hominibus non altum, et perenne, 66) ingenii flumen, sed naturae impetus aliquis, quae, 67) ut exiguas aquas, si in sublimi

---

59) Et eripe illis concisas, et quasi fractas, sententias, kurtze abgebrochene Redens-Arten. B. 60) *Velites* dicuntur equites leues, qui ad subitos in hostem impetus adhibentur. Eorum impetus et dimicatio *uelitatio* appellata. Itaque *uelitatio prudentiae*, ein jählinger ſinnreicher Einfall. B. 61) Vbi certandum et disserendum est prolixioribus argumentis et rationibus. B. 62) Tum demum. J. 63) Ita quidem, ut non statim animo elabi possint, simulac inciderint in eum, quem sua breuitate et elegantia quasi abripiunt, et occupant. J. 64) Durch falſche Einbildung einer Weißheit, nicht weniger durch ihre Artigkeit und Geſchwindigkeit, da ſie einem gleich auf die Zunge faſſen. J. 65) Eos, qui non satis attendunt. J. 66) Fons *perennis* dicitur, qui semper manet. Ita his ingeniis adest quidem aliquod flumen sapientiae, sed non profundum, et quod interdum quasi parum aquae habet. B. 67) Natura. J.

sublimi natae sunt, 68) et iniqua tellure 69) opprimuntur, quo angustior est exitus, eo maiori nisu in altum propellit, ita scintillas sapientiae, statim, nisi excipiantur, expiraturas, 70) magis uiuo, et sonoro, strepitu laxat 71) de custodia paruarum mentium, et in hanc tantum abortiuam sapientiam felicium. 72) Alii autem, qui- 16
bus ita in prolixam eloquentiam fusa ubertas est, 73) ut per inexhaustum spiritum 74) uerba utique, et sententiae, sufficiant, clari quidem apud populum esse solent, si inter publicos coetus in foro, templisue, audiantur, grati quoque in priuato usu uitae, 75) si tam possint tacere, quam loqui. 76) Sed cum omnia animalia id, quo 17
potissimum ualent, 77) arcano impetu sentiant, et eo uti ament, tum isti, 78) maxime sua eloquentia delectati, qua una insignes sunt, haud facile modum tenent, quamcunque rem dicendi libido rapuerit, 79) ut mirari iure possis, in tanta impru-

68) Si paene in superficie terrae oriuntur. J. 69) Angustis meatibus terrae quasi supprimuntur et impediuntur, quo minus prosiliant. J. 70) Emorituras, die gleich verlöschen werden. J. 71) Velut ex angusto foramine ac carcere emittit. J. 72) Quae felices appellandae non sunt, nisi quod sapientiam subitam proferunt, uelut partum abortiuum J. 73) Quibus larga dicendi facultas est. B. 74) Ingenium. J. 75) In consuetudine quotidiana. J. 76) Si seruarent modum in dicendo, nec uellent perpetuo soli disserere B. 77) Praecipuam uim naturae suae, et quod maxime praestare possunt. B. 78) Tales homines. J. 79) Arripuerit,

 sibi

18 imprudentia tam commode 80) dici posse. Solutis deinde colloquiis, quae importune produxere, 81) cum illos, quos loquendo fatigauerunt, laetae, et porrectae, frontis uident, non cogitant, ab intempestiuae orationis fastidio dimissos gaudere, 82) sed, ut perfusos magnifica uoluptate, eo omine sinunt abire, 83) ut, si in se rursus in-
19 ciderint, de eodem cibo 84) gustent. Amplae hae mentes, 85) et sponte naturae per omnium paene rerum seriem patentes, 85*) non tamen exactae, neque tinctae, aut imbutae, 86) sed sin-
20 gula praecipiti cursu libantes. 87) Et, ut echo neque postremas, quas acceperit, uoces tenere, neque quidquam ulterius suo ingenio 88) loqui potest, ita isti omnium rerum, scientiarumque, primas species, sibi a capaci natura subiectas, 89) facilli-

sibi sumserit edisserendam. J. 80) Prolixe, nec sine omni iudicio. J. 81) über die Zeit lang gemacht haben. J. 82) Non putant, illud, quod ostendunt illi, gaudium ex eo esse, quod liberati demum sint fastidio audiendi. J. 83) Sed eos sinunt abire non aliter, ac si praecipuam creassent ipsis uoluptatem, et hac spe, fore, ut, etc. J. 84) Fastidiosi sermonis. J. 85) Quae cogitationes prolixas possunt continere. 85*) Et rursus effundere. J. 86) Quae capiunt omnes scientias et doctrinas. 87) Es iſt nur oben hin, nichts gründlich. Habent colorem sapientiae et scientiae, at ille color non alte insedit. Es heiſſet, in omnibus aliquid, in toto nihil, ſie gehen darüber weg, wie der Hahn über die Kohlen. Delibant omnia, ut canis e Nilo, B. 88) Für ſich. J. 89) Praepositas. J.

facillime, ac paene nec cogitantes, admittunt, 90) aliquid autem amplius, atque exactius, in earundem rerum studiis aut facere, 91) aut uelle, uix possunt.
Ingens quidem argumentum 92) esse 21
crediderim, non iudicio animi, sed impetu, et ueluti fortuna, 93) tantam rerum copiam, ac indigestam 94) uenustatem, ab iis produci, quod omnino, de quacunque re sermonem instituerint, illa pari ubertate huic uerborum, et sententiarum, pompae sufficiant. 95) Vt 96) uero aliquid memoria in ipso orationis cursu subiecerit, 97) ad hoc illico diuertunt, inde quoque in aliam, ut forte inciderit, 98) partem, tandemque, per diuersa capita diffusi, 99) non saepe originis meminerunt, unde uniuersus sermo defluxerit. 100)
Ergo isti uagis animis, nec in certam rem 1) de- 22
finitis, non summam modo illam, sed et uulgarem, inter mortales, prudentiam plerumque non
uident. Quidam sui ipsius immodici laudato- 23
res, alii nec amicos, nec seipsos, iis officiis iuuantes,

90) Memoriae et ingenio imprimunt. J. 91) Praestare. Sic Plinius libr. V. cap. XIX. *Ars, in qua plurimum facit.* B. 92) Beweiß deſſen. J. 93) Fortuito. J. 94) Nondum iusto ordine dispositam. J. 95) Prolixe possint dicere. J. 96) Quam primum, simulac. J. 97) Wenn ihnen in währenden Reden etwas beyfället. J. 98) Wie es ihnen vorfället. J. 99) Prolixum instituentes sermonem de diuersis argumentis. J. 100) An die Haupt-Sache, davon ſie angefangen haben. J. 1) In unum, certumque, argumentum orationis. B.

uantes, quibus sedulus labor, unique negotio inhaerens, 2) aptandus 3) est, leues plerique, et, ut, passim prouolantibus rebus, uarii, 4) ita nec a sententiis, quas uidentur imbibisse, in alias trans-
24 ire difficiles. 5) Tamen, ut maximam speciem habent cultae indolis, et per omnes scientias adornatae, plerunque ad rem, et famam, promouentes, debita uni sapientiae bona occupant, 6) maxime, si, ut uim suam 7) intelligunt, ita et uitia non ignorent, habilique uelut fuco 8) se tegant, ne cui, saltem e uulgo, sit aditus ad nae-
25 uorum suorum 9) contemplationem. Id autem potissimum assequentur, si in loquendo sibi imperent, 10) neque sinant euagari subditas cupiditates, et, quoniam, ut aptissimo ad omnia condimento, ita eloquentia omnia auribus conciliantur, 11) uarios sermones cum uariis callido delectu instituant, semperque eius generis, quo audientibus possint imponere, 12) nimirum apud mili-

2) Qui alieni ab officio nihil suscipit agendum. J. 3) Accommodandus. J. 4) Mutabiles, ut primum res sibi aliae obiiciuntur, adeoque leues et inconstantes. J. 5) Ita facile quoque accipiunt alias sententias, quas imbibisse uidentur. J. 6) Perueniunt ad opes et honores plerumque, adeoque ad illa bona, quae debentur solis uere sapientibus, quales ipsi non sunt. J. 7) Praestantiam ingenii sui. J. 8) Colore. J. 9) Defectuum, daß der Pöbel wenigſtens ihre Schwäche nicht einſehe. B. 10) Moderentur. J. 11) Persuaderi aliis possunt. J. 12) Vt scilicet credant, homines se inprimis sapientes esse, quamuis uera hac laude careant. J.

13) Hu-

militares uiros, aut ignaros uetustatis, de diuinis rebus agant, de ritibus antiquorum, de populorum gentiumque, origine, et si quid est praeterea in scientiis curiosa uenustate spectabile, cum iis, quos lychni, umbraeque 13) scholarum, rudiores 14) ad ciuilis gubernationis disciplinas faciunt, de populorum et imperiorum fatis, de principum genio, disputent, neminem
denique in sua arte lacessant. 15) Neque enim 26
ingratum in sociandis 16) interdum sermonibus ad res iis, qui audiunt, alienas, aut ignotas, diuertere, praesertim cum et noua nos delectent, et de iis, quae nescimus, quaedam nos altior
opinio, et reuerentiae plena, subeat. 17) Mi- 27
nus periculi istis oratoribus erit, ubi cum humili, et angusto, animorum genere agent, cui omnia, quae audaci, laetaque, facundia effunduntur, 18) tanquam sacrae, et per oracula editae,
uoces placent. Igitur has ubique partes susci- 28
piant, quas ex audientium sorte 19) ad suam famam esse crediderint. 20) Quod quidem ideo faci-

13) Humilis uita scholastica. J. 14) Ineptos. J. 15) Sed semper loquuntur de iis rebus, quas illi ignorant, cum quibus loquuntur. J. 16) Conferendis. B. 17) Praeclarius enim sentimus fere de iis rebus, quae ignoramus, aut non intelligimus. J. 18) Quasi orator talia sibi probe cognita habeat. J. 19) Pro conditione eorum, qui audiunt, et qui, quoniam res prolatas ignorant, oratorem admirantur. B. 20) Ex quibus se famam posse acquirere credunt. B.

facilius poterunt, quia adeo diffusa 21) ingenia per cunctas scientias, atque artes, erudiri ita possunt, natura praeeunte, 22) et modico forte usu, 23) ut de rebus omnibus non inepte loquantur, cum tamen singula magis non ignorent, quam
29 teneant. 24) Scribere autem eiusmodi oratori tam arduum erit, et plerumque ad famam exitiabile, 25) quam facile et uenustum est loqui. 26)
30 Raro enim illi spontaneae eloquentiae 27) additur uis iudicii, quae stilum 28) perenni gratia 29)
31 ad posteritatem deducat. Quippe promtus, et paene turbulentus, 30) animus, ubi in otio, quod scribentibus datur, seipsum recognoscit, 31) ipsa rerum, quae occurrunt, multitudine oneratus, et confusus, diuitiis suis 32) premitur, nec scribere, quae inuenit, omnia, nec, quae potiora 33) sunt,
32 eligere potest. Denique tam diuersa est a lo-

quendo

21) Capacia. J. 22) Beneficio naturae, quae uelut uiam monstrat. J. 23) Breui et facili exercitatione. B. 24) Habent aliquam, nec perfectam tamen, rerum notitiam. *Non ignorare* enim est aliquam rerum scientiam habere, at non plenam: *Tenere* est probe cognitum habere, et perfecte nosse. B. 25) Edere aliquid speciminis in lucem publicam. Non difficile modo erit ei, sed famae quoque illius nocebit maxime. B. 26) Quam expedite ac eleganter solet dicere. J. 27) Extemporandae. B. 28) Scripturae genus. J. 29) Perpetuo ad posteros duratura placendi facultate. B. 30) In quo turba et confusio est multarum rerum. J. 31) Sich ſelbſt kennen lernet, und einſiehet. 32) Ipsa copia rerum, quarum notitiam habet. J. 33) Praestantiora ceteris. J.

34) Vti

quendo scribendi ratio, tamque alii nerui, 34) ut, qui robusta facundia 35) assueuerat, quacunque liberet, decurrere, 36) iam in ipsa scriptione euanidos 37) moliatur, et ueluti in somniis, ictus.
Coeci 38) tamen, suaque, et aliorum, adulatione 33
corrupti, nonnunquam gloriam, eloquentia quaesitam, scribendi cupiditate destruunt, multo magis e re sua facturi, 39) si longam spem suarum scriptionum facere orbi possint, nunquam autem editis libris in famae periculum uenire. 40) His 34
cautionibus ille uiuax, et per omnia dissipatus, 41) animus subducet imbecillitatem suam oculis populi, et in speciem sapientiae assurget, 42) siue se regere ipsum possit, [quod utique frequenter non uideas] siue saltem consilii patiens, 43) suadentibus amicis, acquiescat, ut, qui, prima uini caligine domiti, adhuc sciunt nec se sapere, nec

moni-

34) Vti neruis corpus nostrum constringitur apte, sic aequabili aptitudine orationis membra constringi coniungique debent. B. Itaque *nerui orationis* sunt, die Verbindungen bindiger Gründe und Schlüſſe. 35) Mit einer männlichen Beredſamkeit. 36) In dicendo progredi, quousque uellet. B. 37) Inanes frustraneos, conatus. Lufft-Streiche. Er ſchreibet etwas, das gantz ohne Safft und Krafft iſt. B. 38) Destituti recto iudicio. B. 39) Multo sibi rectius, suisque rebus, consulturi. J. 40) Immer Hoffnung zu allerhand Schrifften machen, ihre Schwäche aber nie bloß geben. J. 41) Der in allen etwas will gethan haben. J. 42) Wird das Anſehen machen, als wäre etwas rechtes darhinter. 43) Aliorum consilia admittens. J.

44) Wie

monitis familiarium peruicaci sui fiducia obsi-
35 stunt. 44) Ex aduerso eiusmodi hominum est aliud genus, prima fronte 45) tam a specie suae uirtutis alienum, 46) quam isti eloquentes a uitiorum, in quae nati sunt, 47) imagine recedunt.
36 Hi igitur, cum subito loquendum est, tardam, aegriusue sequentem, 48) orationem habent, haerentque 49) saepissime, blandimentis lacessiti, uel iocis, quae 50) subiti, et expediti, ingenii homines in quotidianis colloquiis, tanquam leuia tela,
37 contorquent. 51) Neque autem sola uerba aegre 52) expediunt, sed, sicubi etiam dicenda sententia, quaerunt, quid sentiant, 53) neque statim inueniunt. Verum, aduocato animo, 54) et in sese ad meditandum reducto, in rerum, et negotiorum, uim 55) idonea subtilitate penetrant,
38 uerba, quibus utantur, apta 56) concipiunt. Vis in illis recondita, 57) utilesque, et uerae, non fucatae,

44) Wie die, ſo einen kleinen Rauſch haben, weil ſie wiſſen, daß ſie ihnen nicht vollkommen mächtig, guten Freunden folgen. J. 45) Primo aspectu. J. 46) Tam longe remoti uidentur a sapientia, quam tamen possident. J. 47) Quae in ipsis sunt. J. 48) Difficulter fluentem. J. 49) Nesciunt, quid dicant. J. 50) Blandimenta et ioca. J. 51) In eiusmodi tardos homines. J. 52) Difficulter proferunt. J. 53) Quam debeant exponere sententiam. J. 54) Wenn ſie ſich recht bedacht haben. B. 55) Grauitatem, auf das Haupt-Momentum der Sache, worauf dieſelbe eigentlich beruhet. J. 56) Quae cum rebus ipsis accurate conueniant. B. 57) In uerbis illis uis est, ut cum efficacia proferri et

catae, et ex scholis umbratiles, 58) sententiae, et, si eruditio ipsis accessit, ususque scribendi, 59) plerunque dignissimae, quas posteris ipsi tradant.
In hoc uero iis fortuna male consuluit, 39
quod, angustis, retusisque, animis ipsa primorum motuum, uerborumque, specie simillimi, 60) iniquissimo praeiudicio 61) saepe iacent, 62) temnunturque. Ideoque ignota magnitudo ingenii 63) non utique habet semper propitiam uirorum principum manum, 64) qua ad dignas sua industria curas, et honores, tollatur, ueluti pretiosissimarum mercium decor, si sine titulo 65) intra uiles fasciarum nodos latet, non adducit emtores.
Iis igitur hominibus utilitatis plenis- 40
sima ratio est 66) uiam facere, qua ad sua animi interiora adeatur, 67) nebulasque 68) amoliri,

---

et exprimi queant. B. 58) Quae in scholis quidem usum habent, non autem in uita ciuili. B. 59) Exercitatio stili. B. 60) Videntur stupidis ingeniis primo obtutu simillimi, quia tardiores sunt ad primos animi uerborumque impetus. *Angusti retusique animi* opponuntur *amplis*, et *magnarum rerum capacibus*. B. 61) Dum contemnuntur praeter meritum, nec dum satis recte iudicati. B. 62) Spernuntur, parui aestimantur. B 63) Quod latet adhuc talium ingeniorum bonitas, tecta uelut externo stupore. B. 64) Non semper ab optimatibus et principibus euehitur, aut promouetur. B. 65) Inscriptione, quae significet, quid sit intus. J. 66) Vtilissimum erit. J. 67) Qua liceat pernoscere sapientiam in animis eorum reconditam. B. 68) Stuporem illum externum, qui obstat, quo minus inter-

41 ri, quas in suo limine natura stipauerat. Hoc porro assequentur uel scribendo, [nam quid est aliud tabulam animi proponere?] 69) uel assiduo usu 70) excitando lentioris ingenii acumen, ut, quantum est, tantum esse sciatur, 71) aut denique, quam possunt, intima, longaque, familiaritate cum illis optimatibus se miscentes, qui, ut multo usu 72) agnoscere robustae mentis uires,
42 ita agnitas possunt prouehere. 73) Inter haec nimii ponderis, 74) et leuitatis, mala posita indoles 75) ad humanae dignitatis fastigium peruenit. Huic modica inest, et tantum, cum opus est, eloquentia, et, si tempus, studiumue, accedat, uenustior in familiari usu uitae, promta, et nitida, non haerens, et turbata, oratio, uis iudicii non multum inuoluta, 76) et, quanquam acris 77) subito, tamen post moram, et consilium,

internae animi dotes eluceant, et cognoscantur. B. 69) *Sermo* est character animi, et *scribere* nihil aliud, quam animi sui imaginem, uelut in tabula depictam, proponere. B. 70) Perpetua exercitatione. J. 71) Vt alii etiam sciant, animum illorum tam praestantem esse, quam uere praestans est. J. 72) Longa consuetudine, conuersatione diuturna. J. 73) Ad honores et dignitates promouere. J. 74) Tardioris ingenii, quod sanguinis frigiditate redditur grauius. B. 75) Quae nec tarda nimis, nec nimium leuis sit, sed media inter utramque. J. 76) Sed quae facile se possit explicare. B. 77) Hat zwar auch bisweilen ſchnelle Einfälle, iedoch wird, nach reiſſerer Uberlegung, alles weit beſſer eingerichtet. J.

78) Spe-

lium, ualidior. Hic est demum idoneus uirtutibus homo, ad priuatam sapientiam, 78) et publicam, 79) factus, aut, si uitiis foecundum 80) animum tradet, non quotidianae 81) nequitiae uelut moles, 82) in quamcunque partem incubuerit, perniciosissimo casu omnia affligens. 43
Ampla autem ingenia ab opacis 83) mentibus uelut hac nota natura distinxit, quod haec dignitatem suam agnoscant, peragantque omnia liberalius, 84) uerecundis quidem, sed erectis, spiritibus, 85) semperque diffusum aliquid, et uiuidae maiestatis, 86) contemplantibus, retusae 87) uero mentes in angustas cogitationes, atque consilia, ipsae se damnent, 88) nunquam ausae a timida humilitate excedere. 44
In paruis 89) interim, et mensuram sui animi non superantibus, ad ultimam diligentiam exactae sunt, cum scilicet astus quidam, illis ingeniis accommodatus, sit, 90) non altus ille, aut nobilis, sed, ut 91) in exiguis et inualidis animantibus uidemus, per diffidentiam suis rebus semper intentus. 92) 45
Sunt quidam ex 46
litte-

78) Speculatiuam, quae in contemplando et sciendo consistit. B. 79) Practicam, quae consistit in agendo. B. 80) Capacem. B. 81) Sed extraordinariae, et uelut exquisitae. J. 82) Pondus fiet. J. 83) Tardis, obscuris. B. 84) Manierlicher. J. 85) Animis. J. 86) Qui semper magnum quiddam, et maiestate plenum, cogitant. J. 87) Stupidae. J. 88) Coniiciant. J. 89) Rebus. J. 90) Insit. J. 91) Qualem. J. 92) Qui nihil aliud agit, quam suas res, idque ex singulari timiditate ac diffidentia uirium suarum. J.

93) Quia

litteratorum numero, qui, siue disciplinis suis fa- uentes, 93) siue eruditionis utilitate [quam eximiam esse quis unquam, nisi ex barbaris, ignorauit?] decepti, negant aliquod ingenium in magnis numerandum, nisi quod possit litteras 94) capere, aut ullum ad iustum decorum perueniss-
47 se, quod non illis ornatum sit. In hunc modum homines publicis uirtutibus 95) claros, natosque regendis populis, si ad litterarum subtilitatem inepti sint, a uerae humanitatis, et magnitudinis, classe excludunt, pessimo prorsus suffragio, 96) ac errore, aut, si mauis, insania, quandoquidem e contrario uerius dicas, neminem esse ciuilibus rebus 97) parem, nisi in ipsis naturae diuitiis 98) conceptum, multos autem in umbra scholarum etiam ad laudem peruenire, inanes, 99) et superflui acuminis uiros, quippe quorum indoles, intra metam, 200) nescio cuius, scientiae damnata, caligat 1) ad utilis illius prudentiae 2) lumen, cui omnium litterarum disciplina donanda est. 3) Nisi

93) Quia amant suum uitae genus. J. 94) Eruditionem, scientias. J. 95) Iis, quae requiruntur ad rem publicam bene, feliciterque, gubernandam. B. 96) Opinione, sententia. B. 97) Idoneum ad gerendam rempublicam. B. 98) Nisi a natura praeditus magno felicique ingenio. B. 99) Quia uacant a negotiis publicis, spinosis et inutilibus quaestiunculis intenti. B. 200) Intra certos limites, quos transire non audet. B. 1) Fit quasi coeca, cum contuetur. J. 2) Ciuilis, quae consulit utilitati publicae. B. 3) Impendenda, zu deren Behuff, um welcher willen, man alle andere Wiſſenſchafften lernen

Nisi forte 4) non uerius sapientia illum amabit, 48
qui augurari in populis motus, 5) et tempestiuis remediis occupare 6) poterit, quam in lunae, solisque, defectibus doctum, 7) astrorumque errores, 8) et redeuntes in circulum anni uices, 9) perpetua contemplatione numerantem. 10)
Illi 49
ipsi, qui adeo importunis 11) laudibus Musas attollunt, non hunc tantum 12) politum, aut eruditum, uocant, qui omnes scientiarum partes pari felicitate impleuerit, 13) sed satis est in aliqua modo regnare. 14) Vt si orator egregius ad argumenta se ipsam torquentis 15) Philosophiae ineptus sit, aut si non natus ad eloquentiam Philosophus, si historiae, aut poëseos rudis, non hunc ideo

---

lernen ſoll. Sic Petronius in Satyr. *ambitioni donare spes suas*, et Horatius libr. I. Ep. XV. v. 32. *Quicquid quaesierat, uentri donabat auaro.* 4) Dicere uelis, hunc, qui poterit, *et cetera*, minus esse sapientem, quam illum, qui nouit lunae defectiones, *cetera.* Quae sane opinio plane absurda foret. J. 5) Seditiones ac bella futura praeuidere. B. 6) Anteuertere, auertere, impedire. J. 7) Astronomum, qui praeuidet tempora, quibus sol ac luna deficient. J. 8) Cursum. J. 9) Anni tempestates, Abwechſelung der Jahres-Zeiten. J. 10) Der es auscalculiret, ausrechnet. J. 11) Quae derogant uiris prudentibus, et ad clauum reipublicae sedentibus. B. 12) Tantummodo. J. 13) Addidicerit. J. 14) Excellere tantum in aliqua scientia. B. 15) Ineptus ad disputandum de argumentis Philosophicis, spinosis, et difficilibus, in quibus se Philosophus misere torqueat, ac fatiget. J.

ideo a scientiae, aut praestantis indolis, titulis 16)
50 uelint arceri. Quam igitur laudem pars disciplinarum aliqua ferre potest, cur ab ista scientia audent detrahere, 17) quae est in regenda societate hominum posita, 18) ceterisque omnibus, quaecunque in humanis rebus sunt, antecellit?
51 An sapientiam Graece tantum, aut Latine, ac non potius arcano impetu, et omnium linguarum, sermonumque, conscio, 19) suis alumnis loqui existimes?
52 Parum est 20) praestanti ingenio nasci, si nihil est aliud, quam aptum ingenium ad Academicae eruditionis 21) industriam esse sortitum.
53 Illi primi, quos habemus, eruditionis principes 22) non in scholis sudauerunt, 23) et erant tamen propitio coelo nati. 24)
54 Condere ciuium mores, 25) patriam consiliis firmare, in ritus peregrinos intueri, quaeque inde placebant, in suos inuehere, 26) depre-

16) Laude, nomine, fama. J. 17) Laudem illam scientiae. J. 18) Vt conseruetur tranquillitas et salus publica, qualis Politica est. B. 19) Qui impetus in omnibus sese linguis prodit. J. 20) Non magnam laudem affert. J. 21) Scholasticae, umbratilis, quae ex ueterum scriptis, non ab usu et exercitatione, petitur. B. 22) *Plato*, *Xenophon*, *Aristoteles*, *Demosthenes*, et alii Graecorum, *Cicero*, *Hortensius*, alii Romanorum. B. 23) Non continebant se in sola scientiarum contemplatione, quae *Theoria* uulgo dicitur, sed accommodabant eam ad uitam ciuilem, seu *Praxin*. B. 24) Excellentibus ingeniis instructi. B. 25) Constituere, ordinare, rempublicam. B. 26) In patrias consuetudines transferre, bey ihren Bürgern einführen, und in Schwang bringen.

deprehendere 27) coeli motus, ne anni spatia ad statos, 28) et necessarios, gentium usus laterent, hoc tunc scientia erat, hoc nunc nostri litterati scilicet 29) imitari arbitrantur. Quippe illi an- 55
tiqui 30) dum interiore 31) cura rudes populos student mansuetudini, ceterisque conciliare 32) uirtutibus, statim facta est ciuili Philosophiae 33) origo, dum, mutua contentione prouecti, 34) hoc, uel illud, populo persuadent, 35) primae eloquentiae nata uis. Denique historiarum mo- 56
nimenta illorum ueterum prudentiam, atque astus, 36) narrant hodiernis litteratis, tanquam successoribus, 37) si et ipsi molem negotiorum 38) ferre possunt, sin autem animo non sunt ad res ciuiles idoneo, tanquam custodibus, et aedituis 39) antiquae uirtutis. Nam historiam ad so- 57
lam contemplationem 40) legere inanis et otiosa uolu-

---

bringen. B. 27) Obseruare. J. 28) Certos. J. 29) Ironice. B. 30) Philosophi. J. 31) Accuratiore. J. 32) Accommodare, adoptare. J. 33) Politicae. J. 34) Aemulantes inuicem laudabili modo. B. 35) Quid uel bello, uel pace, faciendum. B. 36) Allerhand Intrigues und Practiquen. Quae uox non ad culpam solum, sed ad laudem quoque, potest usurpari. Ad laudem quidem, cum utilitatem affert reipublicae, et damnum, aut incommodum, remouet. B. 37) In docenda Philosophia. J. 38) Publicorum. J. 39) Habendi sunt non nisi custodes et aeditui uirtutis antiquae, quam quippe uelut aeditui templum, et res sacras, custodiunt, sic sciunt quidem, non autem exercent. B. 40) Speculationem, scientiam, lectione historiarum augen-

uoluptas est, imitari autem laudatos olim uiros,
58 uera, et publica, 41) eruditio censenda est. Equi-
dem non negauerim, illud demum absolutum 42)
esse ingenium, quod ad rempublicam, simulque
scientias, factum sit. Tunc quippe mutuo auxi-
lio hae dotes 43) se in coelum ipsae attollunt.
59 Regit enim litteras, ne ineptiant, aut sordescant,
sublimis, et ad sui saeculi morem formata, calli-
ditas, 44) quam inuicem litterae armant, 45) ne
expertis tantum rebus, suique temporis notitia,
nitatur, sed peritia quoque et laboribus antiqui-
60 tatis. 46) Si quis tamen, ut interdum fit, publi-
cae luci, 47) et iuuandae patriae idoneus, non
eadem felicitate a Musis amabitur, 48) nihilomi-
nus celsioris ordinis, et elegantiae, censendus est,
quam qui duntaxat argutias umbratilis ludi, 49)
et quae cetera in scholis edocentur, capere pot-
est, inepto ad ciuiles disciplinas 50) animo, quae
61 potissimum usu constant. 51) Adeo ut non per
iocum

dam. J. 41) Quae publico bono augendo inseruit. B. 42) Perfectum. J 43) Studia speculatiua et practica, siue eruditio et ars gubernandae reipublicae. J. 44) Ars politica. J 45) Ita instruunt. J. 46) Vt non solum niti eam oporteat experientia rerum suo tempore actarum, sed etiam antiquorum, et ad praesens negotium imitatione accommodatarum. J. 47) Publicis negotiis. B. 48) Progressus in humanitatis studiis fecit. B. 49) Scholae ita dictae, quod, qui litteris tantum sunt addicti, in umbra et secessu, qui autem negotia publica tractant, in luce uersari uideantur. B. 50) Politicam. J. 51) Practica sunt. J.

52) Im-

iocum magis, quam ex Philosophiae praecepto, Fauorinus scientiam Adriani metitus sit ex magnitudine potestatis. 52) Adrianus Imperator famam scientiae quaerebat, et forte in Fauorinum Philosophum inciderat, qui, ab eo lacessitus argumentis, parcius, et ut uictus, 53) agebat, quo princeps impune exultaret. 54) Obiurgantibus 55) amicis, quod tam facile cessisset: Male, inquit, admonetis. Nam cur non doctissimum putem, qui habet uiginti legiones? Haec 62
non sine argumento Philosophus, 56) cum ex arte 57) tot legionibus moderari sit altioris scientiae, quam quicquid exercito, et per contemplationem sublato, acumine 58) in scholis deprehendas. Ceterum ut omnium rerum, tum ingenio- 63
rum maxime, pulchritudinem saepe sui fiducia 59) peruertit. Multi enim, suae imbecillitatis con- 64
scii, id conantur a laboribus 60) impetrare, quod natura negauerat, et assiduo cultu animum ita mitigant, 61) atque formant, ut deinde supra illos

52) Imperatoris. Historiam narrat Aelius Spartianus in Vita Adriani cap. XV. sed paulo aliter. B. 53) Respondebat paucis uerbis, et ita quidem, ut uideretur superatus ab Imperatore pondere argumentorum. B. 54) Laetaretur uelut uictor. B. 55) Fauorinum. J. 56) Hic dixit, er ſagte es nicht ohne Grund. J. 57) Sapienter, prudenter. J. 58) Wenn es auch noch ſo ſpitzfündig ausgeſonnen wäre. B. 59) Dum quis uiribus suis confidit nimium. J. 60) Pertinaci et indefesso studio. J. 61) Frangendo quasi, et emolliendo asperitatem, tarditatem, stuporemque ingenii. B.

los emineant, qui ad magna feliciter nati erant,
sed, suarum mentium robur inconsulte spectantes, laboribus, tanquam superuacuis, abstinuerunt.
65 Ingens quoque inter hos ipsos discrimen est, qui,
diligentiae stimulis exerciti, perficiendo ingenio
66 incumbunt. Nam nonnulli, quamcunque rem
sibi ad labores proposuerunt, in eius duntaxat
apicibus, 62) summisque fastigiis, occupantur,
ad minora, ac interdum necessaria, ne cogitatio-
67 nem demittere quidem possunt. Alios aduersus
error habet, qui, ueluti ne quid a tergo suspectum, 63) aut inexploratum, 64) relinquant,
adeo exigua quaeque scrutantur, adeo, quicquid
didicerint, scire 65) uolunt, ut nec progredi in
destinata studia multum possint, nec ad ueram
et liberalem huius rei, quam tam superstitiose
68 ambiunt, cognitionem pertingere. Sed nec o-
mnibus praeterea ingeniis uis eadem ad laborum
patientiam, et diuturnitatem, 66) concessa est.
Nam quo subtilior est animus, et in acumen magis factus, 67) eo quidem sibi facilius in impeditas res uiam facit, 68) sed et citius aut magni-
69 tudine laboris, aut longitudine, hebescit. Quippe

62) Summis capitibus, in generalioribus. B. 63) Quod ipsorum scientiae, et progressibus in ea ulterioribus, moram, aut obstaculum, ponere possit. B. 64) Metaphora a militibus desumta. B. 65) Accurate ac solide nosse. J. 66) Ad perferendos labores diuturnos. J. 67) In res penitius cognoscendas. J. 68) Eo facilius poterit penetrare in notitiam rerum impeditarum et obscurarum. B.

69) Ob-

pe eiusmodi mentium custodiam habent non opaca corpora, 69) sed aptata accipiendo coelorum haustui, 70) meantibusque sanguinis, et capitis, spiritibus laxata, 71) qui, ut aciem 72) subtilius expromunt, ita, sua tenuitate uanescentes, solo otio, et ludo, reparantur. 73) Eius- 70
modi uero hominum 74) non modo ipse labor, 75) sed et pretiosum otium, ideo erit, quia egestis mentibus 76) nouum robur sufficit, ac plerumque solutum, 77) et huc illuc errantem, animum altis, seriisque, cogitationibus implebit, uelut pinguium camporum felicitas, dum cessat a cultu, 78) interdum in plantas sua sponte luxuriat 79) nulla hortorum uenustate deteriores. Ita 71
Cosmus Medicaeus, 80) idoneus prudentiae auctor, sensit, ille conditor florentis hodie in Hetruria dominatus. Placide, et ueluti incurioso otio, in altam lucem 81) acquieuerat, cum unus forte ex amicis superuenit adhuc inter somnum, uigi-

69) Obscura, humilia, corpora, non tenent mentes eiusmodi acutas. B. 70) Sed talia corpora, quae coelestis subtilisque spiritus capacia sunt. J. 71) Quae laxantur et aperiuntur per subtiles sanguinis et capitis spiritus. J. 72) Subtilitatem suam. J. 73) Recreantur et instaurantur. B. 74) Qui subtilius habent ingenium. B. 75) Pretiosus erit. J. 76) Exoneratis laborum molestiis, et iam recreatis. B. 77) Liberum a curis, et otiosum. B. 78) Dum non colitur. J. 79) Sponte profert plantas. J. 80) Qui principatum Florentinum condidit, A. C. cIↃ cccc xxxiv. conf. Paulus Iouius in Elogio Leonis. 81) Bis zu Tag aus.

 82) Noch

uigiliamque, marcenti, 82) et: ubi, inquit, ille Cosmus, cui, tanquam Argo, 83) rempublicam credimus? De die 84) ne oculis quidem utitur. Ego quidem rebus meis iam in foro operam, iam domi meae, dedi. Ad haec Cosmus: an autem putas, inquit, meam diligentiam anteuenisse, 85) cuius quies operosior, atque utilior, tuis labori-
72 bus esse solet? Quidam tamen exemti sunt huic fato, 86) quod eximios animos a diuturnis laboribus arcet. Pauci illi, 87) et, tanquam charissima munera, rebus publicis a natura donati, qui scilicet altum, et penetrabile, 88) ingenium in prolixam sedulitatem demittant, non assiduae moli impares, 89) non diuerso negotiorum uultu confusi, 90) adeo ut nati ad imbecillitatis humanae subsidium, rerumque communium tutelam, 91) uideantur.

CAPVT

82) Noch ſchlafftruncken, halbſchlaffend. B. 83) Qui centum oculos habuisse poëtis dicitur. J. 84) Bey hellen lichten Tage. B. 85) An putas, te superasse meam diligentiam. J. 86) Malo, uitio. J. 87) Sunt. J. 88) Acutum. B. 89) Qui ferre labores etiam concatenatos possunt. J. 90) Non confunduntur negotiorum diuersitate, ſie können viele Sachen zugleich expediren. B. 91) Curam et conseruationem. B.

# CAPVT XI.

*De fortibus animis, temerariis, timidis, superbis, sordidis, languidis et reconditis, bilaribus et exertis. De inconstantibus ingeniis, omnia acriter, sed non diu, uolentibus.*

IMpauidae ad pericula mentes, suique securae, 1) 1
ita in hominum societate eminent, ut in cam-
pis, coronisue, tori ac tumuli, 2) ceteris parti-
bus per interualla superstantes. 3) Est autem 2
illa indoles inter boni, malique, confinia pari
discrimine constituta, 4) nihil ex se 5) iis, quos
insedit, 6) ministrans, praeter impetum, quo
insignes sint, 7) siue probis esse placeat, siue ad
flagitia diuertant. Nam utrinque 8) temeritate, 3
et fortitudine, cognatis quidem, sed dissimillimis,
affectibus, solicitantur 9) illi homines in uirtutis,
et uitii, partes. Temeritas paene eadem specie, 4
atque uultu, cum fortitudine est, 10) adeoque
saepe fallit, 11) ut ipsi, qui magnorum hominum
censo-

1) Quae nihil timent, dum in se ipsis fiduciam habent. J. 2) *Tori* in coronis sunt rotundae illae eminentiae, die Buckeln, die ſich von den Seiten heraus erheben. *Tumuli* in campis colles, locique tumentiores. B. 3) Supereminentes. B. 4) Tam facile prona in uirtutem, quam in uitia. J. 5) An und vor ſich ſelbſt. J. 6) Quorum animos occupauit. J. 7) Praeter ceteros emineant. J. 8) Ex utraque parte. B. 9) Alliciuntur, trahuntur J. 10) Siehet faſt eben alſo aus. J. 11) Dum habetur pro fortitudine.

censores se faciunt, [quod iniquissimum putes]
5 plerunque ex solo euentu eam aestiment. Quot ex uilissimo militum sanguine, quia superfuerunt contemtis periculis, 12) ad scientiae bellicae famam, eique destinatum fastigium, 13) creuerunt? 14) Alii uecordiae 15) accusati, 16) quod in eodem consilio, et iisdem periculis, occubue-
6 runt. Tiberius Gracchus, dum amore populi, proprioque ambitu, 17) ferendis legibus incumbit, optimatum coniuratione sublatus est. Eodem fato Caius frater 18) opprimitur. Ergo illi [in-
7 quiunt] 19) inconsultae temeritatis uiri. C. Caesar, popularitate, 20) et largitione, uulgo acceptus, 21) ad summum potentiae 22) peruenit. Illum ideo dixerint 23) fortis sapientiae uirum.
8 Agis, rex, 24) in ephoros 25) contentione prouectus, 26) Lacedaemone uilissimo laqueo 27)
9 extinguitur. Cleomenes audet caede ephororum regiam dignitatem sancire, casu, an uirtute, rem
10 utriusque existimes uerti? 28) Sed hoc maxime.

---

tudine. B. 12) Quia uitam ex periculis aditis retulerunt. B. 13) Honorum. J. 14) Eucti sunt. J. 15) Timiditatis. J. 16) Sunt. J. 17) Studio gloriam consequendi. B. 18) Gracchi. J. 19) Censores. J. 20) Studio placendi populo. B. 21) Charus plebi. J. 22) Fastigium J. 23) Tales censores. J. 24) Lacedaemoniorum. B. 25) Magistratum Lacedaemoniorum, qui ius dicebat ipsis regibus. B. 26) Er zanckete ſich mit ihnen. B. 27) Vilissimo supplicii genere. B. 28) Quid putas? Illane, quae Agis et Cleomenes ausi sunt, casu fortuito, an ex uirtute, facta sunt? B.

me. 29) Alexander, 30) composita iam Asia, exercitus partem continendae 31) Europae destinat, aliam, ne qui motus 32) in Asia existerent, apud se perseuerare iubet. Ignari milites, quo rex consilio suas copias diuideret, una face, et publica, 33) accenduntur ad tumultum. Aspernati imperium, 34) non Alexandri conspectu, non uoce, terrentur. At ille, siue consilio, 35) siue iracundia, ferox, e regia sede in furentes prosiluit, et eos, qui loquenti 36) peruicacissime obstrepuerant, ad supplicium ipse rapit, eadem maiestate in plectendis iis tutus, qua in mulcendis uix fuerat. 37) Ex consternatione militum ponentium minas 38) hoc consilium in uirtutis famam iuit. 39) Galba autem, imperator, 40) 11
dum compescere milites studet, haud paulo remissius,

29) Virtute rem actam esse existimo maxime. J. 30) Magnus, Macedonum rex. B. 31) In officio et obsequio. J. 32) Seditiones, turbae bellicae. J. 33) Vno instinctu totius exercitus. B. 34) Sie parirten dem Commando nicht mehr. J. 35) Mit Vorbedacht. J. 36) Sibi regi oblocuti fuerant. J. 37) Er wäre kaum ſo ſicher geweſen, wenn er ihnen gute Worte gegeben, als er war, da er mit gröſſer Schärffe wider ſie verfuhr. B. 38) Die gelindere Sayten aufzogen. 39) Alexandri laudem fortitudinis consecutum est. B. Sic Tacitus Annal. libr. XII. cap. LXVIII. *ire in melius ualetudinem principis uulgabat.* Et libr. XIV. cap. LXI. *ire in laudes.* Plinius Paneg. cap. LV. *ibit in saecula*, id est, *laudabitur, praedicabitur.* 40) Post Neronem primus, de quo Tacitus libr. I. Hist. cap. XL. XLI. B.

41) Eadem

missius, 41) ut uidebatur, quam sub Alexandro, agentes, 42) in medio foro confectus est. Fortitudinem, an temeritatem, appellaueris? Adeo uicina, et paene confusa, ratio hanc uirtutem uitio miscet, 43) aut, ut uerius dixeris, interdum cogitur fortitudo ad eadem consilia, in quae temeritatem furor impellit, tumque aegre a uitii suspicione expiatur, 44) nisi uel felici successu sibi reuerentiam, fauoremque, conciliet, uel ille, qui ad hanc ineundorum periculorum necessitatem adigitur, longae prudentiae sanctitate meruerit, 45) ut extrema remedia, et temeritatem imitantia, credatur non temere, sed ex praescri-

13 pto iudicii, usurpasse. Igitur hunc affectum, cum non satis sibi cauet, seuera atque atrox sui fiducia corrumpit. Fastidioso uelut nutu cuncta despiciens, 46) superbiae quoque malis infestus 47) est.

41) Eadem fere pertinacia, qua Alexandri milites. B. 42) Obloquentes, ac negantes obsequium. J. 43) So gar leichte kan dieſe Tugend der Tapfferkeit mit dem ihr entgegen ſtehenden Laſter der Tollkühnheit, oder Verwegenheit, vermenget werden, daß man kaum eines von dem andern unterſcheiden kan. 44) Liberatur, man kan ſie hernach kaum von dem Laſter unterſcheiden. J. 45) Durch viele ſchon bewieſene Proben ſeiner Behutſamkeit und Klugheit, dadurch er ihme Credit gemachet, und ſich bey iederman in den Wahn geſetzet, er thue nichts unbedachtſam, und ohne die äuſſerſte Noth. 46) Ille affectus, de quo ante dixit. 47) *Infestus* passiue, ut *infesta prouincia*, *infestus latrociniis saltus*, *infesta insidiis uita*, passim apud Ciceronem.

48) Inanem

est. In iactationem 48) ferme procliuis, nec placere, 49) aut odia saltem effugere, satis curans, per insanos 50) impetus praeceps, donec indulgentiam fortunae, et temeritatis felicitatem, consumserit. 51) 14
Cum uero tenere modum potest, tunc in uirtutem clarissimam euadit, 52) et magni- 15

48) Inanem gloriationem, Prahlerey. J. 49) Aliis J. 50) Unbeſonnene, unüberlegte, übereilte, Unternehmungen, qui sana ratione non nituntur B. 51) Donec temerarie coepta felicem exitum non habeant amplius. Sic Tacitus Hist. libr III. cap. XXIV. *ignominiam consumsistis*, ihr fraget nichts mehr darnach, ob ihr Ehre, oder Schande, einleget. Ihr habet aller Scham und Schande den Kopff abgebiſſen. Idem Hist. libr. I. cap. XLII. *instans metus eius uocem consumsit*, für Furcht hat er nicht ein Wort reden können. Curtius libr. VI. cap. VIII. *Qui misericordiam consumserunt*, die aller Erbarmung, alles Pardons, ſich unwerth und verluſtig gemacht haben. Itaque *indulgentiam fortunae, et temeritatis felicitatem consumere* est: alles Huren-Glücke, das man ſonſt gehabt, auf einmahl muthwillig verſchütten, oder verderben, ſich auf einmahl darum bringen durch ſeine Unbeſonnenheit und Übereilung. B. confer. cap. I. not. 72.
52) *Euadere*, quum de loco dicitur, et idem, quod *ascendere*, significat, cum *IN*, uel *AD*, saepe iungitur. Sic *euadere in loca clara ex abditis sedibus*, Cicero libro II. de Nat. Deor. *Euado ad summi fastigia culminis*, Virgilius Aeneid. libr. II. v. 458. Quod si *de persona*, et *re* ita usurpetur, ut *fieri* denotet, sine *Praepositione* casum sequentem cum praecedente iungit ea lege, qua solent *uerba existendi, nuncupandi, existimandi, cognoscendi*, notionem habentia. Sic Cicero: *Is perfectus Epicureus euaserat:* in Bruto, et libr. I. Deor. *eos, quos iudicabat non posse oratores euadere*.

magnitudinem animi in hoc 53) tantum attollit, ut salutis, uitaeque, discrimina leuiora existimet, quam deserti officii infamiam, 54) uel proditae
16 per ignauiam pietatis. 55) Quod si quis praeterea illam uim intrepidae mentis mansuetudine adornet, et iracundiam possit arcere, quae plurimum 56) eiusmodi ingeniorum robur stipat, 57) tum uero eximii in omnem partem consortii erit, 58) et in ipsa formidabilis pace. Id quidem ab indole habebit, 59) ne absque cuiusdam horroris reuerentia cum eo quisquam agat, a mo-
17 deratione autem sua, 60) ut etiam diligatur. Est aliud adulterinae audaciae, sed tutioris, genus, et in

---

*euadere.* Itaque minus ad genium Romanae uenustatis dictum arbitror *in uirtutem euadit*, *in uirum euadit doctum:* sed dici uenustius: *euasit uirtus, euasit uir doctus.* Visum autem forte Barclaio id commode dici posse imitatione illius Terentiani Adelph. Act. III. Scen. V. v. 64. *Illa licentia profecto euadet in aliquod magnum malum.* Sed, praeterquam quod *euadere* hic idem est, ac *exire*, *degenerare*, usus frequentior in talibus spectandus est, qui est linguarum tyrannus. *Virtus clarissima*, quam hic Barclaius uocat, *fortitudo* est. 53) Nur zu dem Ende. B. 54) Dedecus et opprobrium ex deserto officio. B. 55) Amoris et officii in principem et patriam. B. 56) Gemeiniglich. J. 57) Comitatur, sequitur, magisque forte et audax reddit. B. 58) Vbique commoda et utilis. J. 59) Wird ſolches ihre Arbeit mit ſich bringen, es wird ihre Eigenſchafft ſeyn, ſie iſt alſo geartet, oder beſchaffen. J. 60) Id habebit, dem aber, daß ſie ſich in ihren Schrancken hält, wird ſie zu dancken haben, daß man ſie auch liebet. J.

61) Seſe

in quo grassari 61) infimae humilitatis spiritus possint, cum aliquid non nostro, sed alieno, periculo audemus. Huic propemodum nihil cum 18
ea, quam describimus, indole, 62) praeter appellationem, conuenire existimem, tamen haud raro immeritis hominibus ad gloriam, et praeconia, 19
suffecit. Nec alii eam propitiam magis habent, quam praefecti militiae,et qui medicinam 63) profitentur, hi militum, illi aegrorum, periculo inclyti. Et uero quotusquisque non principum 64) 20
tantum, sed ex tribunorum, aut centurionum, numero, gloriam suorum sanguine non quaesiuit? tristi quidem militum fato, 65) quorum laudes unus 66) intercipit, excusabili tamen consilio mortalium, cum publice 67) intersit incolumes duces esse, quorum sapientia saepius hostem, quam armatorum impetus, euertit, militesque in hanc sortem scribantur, 68) ut emtas stipendio animas, ubi utile erit, reipublicae reddant. At 21
medicos non pater Aesculapii, 69) Apollo, non satis cum Apolline Musae, excusent. Illos dico, qui,

61) Sese ostentare, ac progressus facere. J. 62) Fortitudine. 63) Empyricam. B. 64) Ducum exercitus, der Generale. J. 65) Magno militum malo, damno. J. 66) Dux exercitus. J. 67) Communis omnium salutis. J. 68) Non alia conditione cogantur, ſie werden gleich darzu geworben. J. 69) Aesculapius, medicorum princeps aeuo suo, post mortem diuinis honoribus cultus fuisse fingitur, Apollinis, quem inuentorem medicinae fuisse aiunt, filius. B.

70) Die

qui, ad opes et famam praecipites, 70) non offi-
cii 71) sanctitate, aut sociae mortalitatis, generis-
que, affectu, 72) satis aegris placantur, 73) sed
eos, ueluti destinatas suae gloriae uictimas, ha-
bent, securo scelere, ideoque et frequenti. 74)
22 Inexperta, et suspecta, remedia illorum, quos cu-
rant periculo, usurpant, non contenti suae artis
documentis, 75) non praecepto antiquorum, sed
uetustatis accusatores, et, si illis crederetur, no-
23 uae arti suum nomen daturi. Si hoc modo te-
meritatem 76) fortuna adiuuerit, et remedium ab
illis, in mortem, aut in ualetudinem, 77) [nam
et utrum sit, ipsi nesciunt] propinatum, uel for-
te, uel concedente 78) iam morbo, uel ipso ro-
bore aegrotantis, 79) profuerit, statim fama, ue-
lut certae, ac propemodum diuinae, scientiae 80)
in uulgus emanabit. Et hanc unius sanitatem
sua

70) Die nur nach Gelde gehen, und mit aller Gewalt einen groſſen Nahmen haben wollen. B. 71) Quod est hominum salutem et uitam tueri, quo sane sanctius in rebus humanis esse nihil possit. B. 72) Misericordia in socios uitae, qui perinde, ac medici, homines sunt, adeoque pro uilibus animabus non habendi. J. 73) Non ita, ut par erat, aegros amant, et curant. B. 74) Quia secure, et sine poena, interficere possunt homines remediis intempestiuis, et curationibus incuriosis, id quidem, quo minus fiat frequentius, non satis cauent. J. 75) Regulis, certis experimentis. J. 76) Medicorum talium. J. 77) Sanitatem. J. 78) Decrescente, iam se minuente. B. 79) Wenn die gute und ſtarcke Natur ihr ſelbſt hilfft. J. 80) Medici huius empyrici. J.

81) Mor-

sua pernicie plurimi luent, 81) his medicis iam audacius, et cum pereuntium plausu, 82) peccantibus.
Sed 83) tristis istius audaciae non ab illa 24
indole origo est, quae erectos 84) homines, et siue temerarios, siue fortes, ad acrem, et interdum turbulentum, impetum agit, quippe audacia, aut fortitudo, est in suo periculo non terreri, in alieno timere humanitas. 85)
Ex aduerso securi 25
atque intrepidi animi ingenium timiditatis consistit, 86) quae, ut nonnunquam ad probitatem facta est, ita saepe in uitia deflectit.
Si enim 26
in ignauos affectus 87) omnino transierit, qualemcunque securitatem amans, tunc inepta uirtutibus, nec priuatis, aut publicis, utilis rebus, in uitium, illudque foedissimum, degenerat.
Quos 27
autem haec imbecillitas fregerit, 88) scire, nisi cum pericula instant, idcirco est arduum, quia, sibi conscii turpissimi metus, diligenter illius indicia

81) Morte sua, dum eius ineptis consiliis perduntur, poenasque dant suae credulitatis ac temeritatis, quod eius opem implorarunt. B. 82) Sie wagen es darauf loß, indem auch diejenigen, die darüber ſterben, ihre Kunſt und Treue rühmen. J. 83) Ab exitu tristi *tristis* dicta, quae est mors hominis aegroti. B. 84) Excitatos animos. J. 85) Commiseratio, misericordia, quae hominem decet. J. 86) Einem unerſchrockenen hertzhafften Muthe wird ein ſchüchtern und blödes Naturel entgegen geſetzet. J. 87) Wenn es ſich gar nicht zu heben, oder zu beſſern ſuchet. 88) Quinam hi sint, quos timiditas emollit ac effoeminat, scire ideo difficile est, quia timidus animus sese studet occultare, dum licet. B.

dicia tegunt, etiam adornatis 89) ad audaciam uerbis, et discrimina quodammodo lacessentes, 90)
28 cum utique illa 91) absunt. Ceterum iniurias, contumeliam, 92) cladem, quam timere, tam pati, idonei, 93) ad omnem speciem minantis fortunae horrescere, 94) neque haec mala, quae tantopere metuunt, forti, constantique, studio, sed deiecto, ac ignobili, 95) declinare, uirtutem 96) singulorum, atque uim, ne tentatam quidem, expertamue, 97) supra suam 98) timide ducere, cunctosque et odisse, et inuita, ingrataque, apud
29 se ueneratione mirari. Cum impune 99) autem licet, effusi in crudelitatem, siue quo audaciam simulent, siue foeda, et angusta, natura in uindictam imminente, 100) denique futurum timorem occupantes, 1) subrutis, 2) quos metuere in
30 posterum possent. Benigni tamen uultus sunt, et

89) Stellen ſich trefflich troßig mit Worten, haben ein groſſes Maul. J. 90) Prouocant alios, ac lacessant iniuriis et contumeliis, ut ipsi fortes uideantur. J. 91) Discrimina, pericula, wo ſie keine Gefahr fürchten. J. 92) *Iniuria* proprie in uerbis, *contumelia* in factis consistit. B. 93) Et timent iniuriam, et possunt pati. J. 94) Idonei, uel, solent. J. 95) Humili, auf eine niederträchtige Art. J. 96) Fortitudinem et uires. J. 97) Adeoque ante, quam cognouerint illam experimento aliquo. J. 98) Sua uirtute maiorem existimare prae timore. J. 99) Sine metu periculi. J. 100) Weil ihr garſtiges furchtſames Naturel von ſich ſelbſt zur Rachſucht geneiget iſt. J. 1) Mature remouentes. J. 2) E medio ſublatis iis.

3) Den

et ab innata ferocia dissidentis. Vt syrtibus 3)
arenisque, similes esse 4) credideris, quae, breuibus ac placidis undis tectae, tamen, uentorum impatientes, in immensum subsidere solent, et haurire calcantes. 5) Sed maxime, ubi principis 31
animus huic ingenitae formidini 6) damnatus est, seruis, aut ciuibus, 7) suspecta esse debet illa animi mollities, placere quidem quaerens, sed nec sibi, nec aliis, uel tuta, uel felix. Nam, uelut in 32
uindictam contemtae maiestatis, paene uideas tristissime hos perire, qui captiuo 8) timentis domini ingenio audent illudere. Et ipse, licet, ingenito pauore perculsus, quos ueretur, suspiciat, 9) licet indigno 10) permulceat cultu, eosdem tamen odit, interdumque, uelut ab effractis ergastulis, 11) totus erumpit, tam subito et inconsulto 12) turbine, quam se foede illis ante permiserat. Ser- 33
uos

3) Den Sand-Bäncken im Meere, oder Flüſſen. B. 4) Hos timidos. J. 5) Weichen immer mehr und mehr, und ſencken ſich, bis ſie, was ſie berühret, verſchlungen haben. B. 6) Damnati formidini, ad imitationem Lucretii, qui libr. VI. v. 230. dixit: *Damnatus morti*. 7) Ciuibus despotici regni, regnique legitimi, qui adhuc aliqua libertatis specie utuntur B. 8) Quod timore tenetur uelut captiuum. J. 9) Veneretur, colat. B. 10) Indecoro maiestati suae, ihm unanſtändig. J. 11) Vt timorem suum, data occasione, uelut e carcere, emittat. *Ergastula* carceres, in quibus serui uincti tenebantur. confer. Lipsius libr. II. Elect. B. 12) So ſchnell und unbedachtſam, als niederträchtig er vorhin ſich von ihnen halten laſſen. B.

uos autem, aut ciues, illa timendi indole 13) esse imbutos, interdum magno momento est ad securam regnantis maiestatem. 14)

34 Tunc uero neque illi nimis solute habendi sunt, 15) ne se timeri putent, neque etiam crudis, 16) aut importunis, imperiis lacessendi, omninoue spernendi, quia etiam de pauidissimis hominibus acris multitudo cogi potest, 17) ubi, tumultuantibus uniuersis, quisque non sua, sed sociorum, fiducia omnia audet.

35 Si quis autem sic in timiditatem natus est, ut fortitudinem tamen accersere consilio ac prudentia possit, eaque cum opus est, suos metus temperare, is non modo a uilitate 18) recedit, sed et ingentem laudem habet, quod imbecillem affectum, 19) et saepe noxium, in uirtutem coëgerit. 20)

36 Insigne pauoris exemplum, cui hae robustae uirtutes 21) accesserant, fuit patrum nostrorum memoria uir egregius bello, et cui multum arma Gallica debuerunt. Strenuus manu, summusque consiliis, tamen in ipso pugnarum articulo, 22) cum in conspectu hostes essent,

plenus

13) Vt timeant principem suum. J. 14) Iſt zur Sicherheit eines Regenten ſehr dienlich. J. 15) Non concedenda illis est nimia licentia. J. 16) Duris, et intempestiuis J. 17) Auch die furchtſamſten können in Wuth gebracht werden, wie man an dem tollkühnen erzürneten Pöbel ſiehet. 18) Animi, iſt von der Niederträchtigkeit entfernet. J. 19) Timiditatis. J. 20) Seine manchen offt ſchädliche Schwäche in ſolche Ordnung gebracht, daß ſie ihm viel nutzen kan. J. 21) Fortitudo. J. 22) Eo ipso temporis momento, quo pugna initium capere debebat. J.

23) Ante

plenus obuersantis 23) periculi imagine, adeo soluebatur, 24) ut etiam secreto indigeret, quo sese, subsidentibus alimenti reliquiis, simulque pauore, exoneraret. 25) Collectis deinde spiritibus, ea erat producendi milites ars, tantus ardor dimicantis, ut dubitares, ducis partes, an militis, 26) enixius obiret. Ad extremum etiam uitae clara illius, sed miserabilis, 27) uirtus ostendit, non semper a fortitudine tristem illum pauorem diuertere. Quippe ferale certamen 28) ad Ticinum, quod, Francisco rege capto, paene spem Italiae 29) Gallis eripuit, istius quoque ducis sanguine funestum est. Pridie cladis rex, aduocato consilio, ipse quidem pugnae auidus, tamen suos 30) sententiam dicere iussit. Iste senex magnopere

23) Ante oculos uersantis. J. 24) In timorem, debilitabatur ex timore. J. 25) Aluum deiiceret, cum aluo pauorem. J. 26) Gregarii. Adeo et imperabat simul, quod est ducis, et pugnabat, quod est militis. B. 27) Quia tristi mortis genere periit. J. 28) Quod d. 24. Febr. cIↃ IↃ xxv. inter *Caroli V.* Imperatoris, et *Francisci I.* regis Galliae, exercitum ad Ticinum, seu Papiam, urbem Mediolanensis ditionis in Italia, gestum est, in quo dux exercitus regii, *Banniuet*, audito, regem suum captum esse, in confertissimos hostes armatus irruit, solusque, desperata salute exercitus, pugnam ciuit, ne tantae suorum cladi superesset, caesus mox a Caesareanis, et a *Carolo*, principe Burbonio, cum exanimis humi iaceret, calce iterum iterumque petitus. 29) Recuperandae, obtinendae. J. 30) Duces, praefectosque exercitus sui. J.

pere suadebat, ut auxilia 31) expectarentur, quáe accita, et iam protinus aduentare, constabat, neu in discrimen, 32) praesertim non necessario tempore, in alieno quoque solo, res, salúsque, Gallorum coniiceretur. Non de gloria modo regis, sed incolumitate, agi. Aderat in eodem consilio acer iuuenis, sed turbulento impetu pugnam incipere, quam in ea perseuerare, magis idoneus. Is nihil praestabilius 33) aiebat, quam ut armis uictoriam [nam nec de ea ambigendum] quam primum occuparent. Nimium honorem hostibus habituros, 34) si a tanto rege, 35) et tam alacri exercitu, timerentur. Ipso regis nomine iam pauentes 36) turbine 37) Gallici equitatus proculcari satis posse. Adiecit 38) in hunc ducem, nihil mirum, si et senex, et pauidus, cunctari iuberet, cui animus solitis terroribus quateretur, iam etiam sibi per ilia quaerentibus uiam. 39) Non tulit ille uir immodici ioci procacitatem, et: Ego uero, inquit, quandoquidem rex pugnare decreuit, cras non obscura 40) morte in illius oculis defungar, tu uero, temeritatis et audaciae oblitus, hoc certamen, quod uerbis iam accendis,

31) Heluetiorum auxilia. J. 32) In apertum periculum. J. 33) Esse. J. 34) Gallos esse. J. 35) *Francisci I.* J. 36) Caesareanos. J. 37) Impetu, irruptione. J. 38) Haec dixit etiam durius contra ducem illum. J. 39) Qui terrorem illum quoque per aluum, ut soleret, uellent deiici, dem ſchon ietzt vor dem Feind ſo angſt und bange würde, daß er zu Stuhle eilen müſte. B. 40) Glorioſa, non ignobili. J. 41) Quod

dis, 41) turpi fuga destitues. Hoc triste uatici-
nium uterque impleuit. Quippe iuuenem terror
ab acie abstulit, 42) et alter, quem promiserat,
sanguinem in conspectu regis praeclaris uulneri-
bus effudit. Haec igitur cauta, ac modesta, ti- 37
miditas non modo prudentiae iungi potest, sed
et illius interdum magna pars est, utilitatis quo-
que plenissima, cum in eos incidit, quorum ni-
miam, nec in modum coërcitam, 43) audaciam
respublica luere posset. 44) Qui uero suum in- 38
genium, ad formidinem factum, hac iusta, et
salubri, arte 45) regere possunt, ii plerumque
mitissima humanitate adornantur, blanda, sim-
plicique, 46) pietate uerecundi, neminem laedere
gratuitis 47) iniuriis sustinent, etiam in uilissimis
hominibus, aut ultima egestate damnatis, 48)
ipsam animorum, et mortalitatis, communio-
nem uenerantur. Sed et magis sibi, quam aliis, 39
hoc insito pauore molesti sunt. Nam et tacitis
secum ipsi consiliis laborant, aegrum animum, 49)
et non sponte terroribus raptum, uirilibus prae-
ceptis componere, palam autem neque decorum
arbi-

41) Quod tu multis uerbis suades. J. 42) Per fugam. J. 43) Nisi contineretur, et coërceretur. J. 44) Grandi damno, et irreparabili clade, das gemeine Weſen müſte den unverwindlichen Schaden davon haben. J. 45) Prudentiae. J. 46) Aperta, candida. J. 47) Spontaneis, ex quibus nulla speranda sit utilitas. J. 48) Blut-arm. J. 49) Animum praeter suam uoluntatem timidum erigere ad audaciam student praeceptis ad uirtutem concitantibus.

arbitrantur hos timores fateri, neque ex inquietae 50) formidinis impulsibus quicquam amant, siue suum, siue ab amicis commissum, ministra-
40 re. 51) Aliud ab audacia, aut timiditate, est, sed ueluti in illorum fatorum confinio, 52) superbum
41 animum, sordibusue deiectum, 53) nancisci. Superbia, pessimi ingenii fomes, funestis, ac multiplicibus, uitiis in diuersa 54) prorumpit, odii, amorisque, et super omnia inuidiae, suppliciis
42 obnoxia. 55) Nec alii magis anxii, aut perpetui, 56) motus sunt, quam hominum non tam quaerentium laudem, quam hanc sibi deberi credentium. 57) Et contemni se facile suspicantur, et hanc aliorum, ut putant, contumaciam 58)
43 in se acerbissimis curis uindicant. Jam sua uitia nesciunt, iam uirtutes aliorum. 59) Ita captis, 60) pietas, fides, et quicquid in hominibus sacrum, infra famam, honorumque cupiditatem, iacet. 61) Quan-

bus. B. 50) Propter impulsus inquietae formidinis, quia metuunt, ne agant quicquam ex metu, et prodant timiditatem suam. J. 51) Peragere. J. 52) Aliud uitium est, quod quasi propinquitatem habet cum audacia et timiditate. B. 53) Humilem, abiectum. J. 54) Variis modis. J. 55) Der Hochmuth martert das menſchliche Gemüthe mit Haß, Liebe, vornehmlich mit Neid. 56) Magis perpetui, constantiores. J. 57) Qui sibi imaginantur, nulli magis, quam sibi, laudem deberi. J. 58) Anderer Trotz rächen ſie an ſich ſelbſt mit Hertz-freſſenden Gram und Kummer. J. 59) Sciunt. J. 60) Dum ita quasi occoecati sunt. B. 61) Minoris aestimatur, quam fama et honores. J.

62) In

Quantumcunque successerit, nihil illis in quietem 44
est, 62) sed in nouas spes, peiusque, animos di-
ducturas. 63) Sed atrocius supplicium non est, 45
quam cum superbia in hominem pauidi ac mu-
liebris animi subit. Tunc pudore scilicet, atque
metu, cohibetur insana cupiditas, 64) interimque
per tumorem anxium, 65) seque celantem, a se-
ipsa exigit poenas. Ceterum haec indoles 66) 46
amicitiis 67) inepta, et ubique ingrata est, nisi
cum fortasse superbiam crassae, 68) aut territae,
uulgi mentes pro erecti animi magnitudine uene-
rantur. Vile autem, et sordidae humilitatis, in- 47
genium, ut nihil magni curat, ita nec aliquid du-
cit indignum, 69) quo suis cupiditatibus obse-
quatur. Cupit autem otii inertiam, atque lan- 48
guorem, et ueternum 70) uoluptatum, uel opi-
bus inhiat tristissimo ardore, et tam partis, quam
quaerendis, non utente. 71) His ut plurimum 49
motibus ferri solent abiectae illae mentes. 72)

Si

62) In eo tamen non acquiescit, eo tamen non contentus est animus eorum. B. 63) Sed semper inde spem maioris, qua se dignos putant, fortunae capiunt, quae animum magis distrahit, et inquietum reddit. 64) Ambitio scilicet, seu cupiditas eminendi praeter alios. B. 65) Per superbiam animi, quae plena est curarum, nec tamen prodit eas temere, licet iis angatur misere. J. 66) Superba. J. 67) Conciliandis aut conseruandis. J. 68) Stupidae. J. 69) Nihil sibi indecorum putat. J. 70) Socordiam et negligentiam. Sic Cicero libr. II. Famil. Ep. XIII. *Veternum ciuitatis.* 71) Aus Geitz, der deſſen nicht genůſſet, was er hat. J. 72) Hos ani-

 mi

Si ad tempus 73) sublimibus excitantur consiliis,
uidenturque rationi annuisse, 74) statim naturali
50 torpore suis sordibus redditi iacent. 75) In hanc
indolem, moresque, deiecti, non ad imperandum nati sunt, ac ne commodos quidem ad obsequia 76) credideris, cum illis ceterorum uirtus inuisa sit, quam non amant, capiuntue, quaerantque libertatis licentiam, qua inter sordidos, et angustos, 77) affectus nullo obiurgante marcescant.
51 78) Sed uitiis saepissime fauemus, et in uirtutum nomen, quae proximae illis sunt, adopta-
52 mus. 79) Ita temeritas interdum pro fortitudine colitur, et superbiam erectae, uirilisque, indolis titulis 80) admiscemus, transitque hoc foedae humilitatis ingenium 81) in humanitatis colores, et ueluti rectae Philosophiae simplicitatem.
53 Nulla tamen ingenia peiore 82) iudicio solemus aestimare, quam exerta, 83) et semper aliquid, uelut

mi motus sentire solent. J. 73) Wenn ſie ja etwann einmahl oder auf einige Zeit. 74) Locum dedisse, ſcheinen vernünfftig zu werden. J. 75) Relabuntur ingenii uitio ad pristinam animi humilitatem. B. 76) Aptos ad obsequendum. J. 77) Humiles. J. 78) Inidonei ad peragendum aliquid laudabile reddantur. J. 79) Adoptamus uitia in nomen uirtutum, quae uitiis proximae sunt. Quod quo pacto fiat, dehinc explicat Barclaius. B. 80) Laudibus. B. 81) Ein niederträchtig Gemüthe muß höfflich und leutſelig, redlich und aufrichtig, heiſſen. J. 82) Iniquiore, fallaciore. J. 83) Promta. B. *Eminentia*, quae se exerunt. Est autem *exerere* idem, quod *ipsa re ostendere uim suam, et exercere.* Ita Suetonius in

uelut temere, 84) agentia. His enim, tanquam 54
a modestia abeuntibus, ut plurimum leuitatis infamia 85) adhaeret, e contrario autem languentibus, et reconditis, 86) mentibus sapientiae quaedam imago 87) populum conciliat, utrinque 88) non modice, sed nec sine argumento, peccantem.
Aperta igitur, et uigore perpetuo excitata, inge- 55
nia, non arcanis odiis, non fraudibus, satis idonea, ac ne ut plurimum ea quidem procacitate, ceterisque uitiis, 89) quorum imaginem referunt, infesta sunt. 90) Quippe in illis magis subitus 56
loquendi, aut innoxie lasciuiendi, impetus uiget, quam in uitium prouisa consilia. 91) Otium pa- 57
rum ferunt, siue magnis 92) occupentur, siue leuia placeant, serio semper intenti. Ita sordes, 93) 58
quae segnibus animis per torpentes cogitationes 94) subrepunt, illa sedulitas solet effugere, iocos ne in amicum quidem tenentes, 95) sed plus in illis 96) extemporaneam 97) uoluptatem, quam

in Vita Tiberii cap. XXXIII. *Exeruit principem*, et Plinius libr. VIII. Ep. VII. *Exeram tuum ius.* 84) Sponte sua, non coacte. J. 85) Leichtſinnigkeit. J. 86) Obscuris, die ſich nicht hoch verſteigen, ſtille für ſich hin ſind. J. 87) Species externa. J. 88) Et in apertis illis, seu exertis, et in reconditis, seu obscuris, fallentem se, aliosque, suo iudicio. B. 89) Leuitate, fastu. J. 90) Nocent aliis. J. 91) Bey ihnen iſts Maul, und weiter nichts, keine böſe tückiſche Abſicht. J. 92) Negotiis, rebus. J. 93) Obscuritatem, humilitatem, paupertatem. B. 94) Humiles, non erectas, weil ſie nach nichts höhern ſtreben. J. 95) Continentes. J. 96) Iocis. J. 97) Breuem.

59 quam ullius iniuriam, amant. Nam inire ami-
citiam faciles, nec soluere, 98) illiusque dulcedi-
nis impetu non ducuntur, quae plerosque in re-
rum, aut hominum, nouo usu, uel consortio, tan-
quam inusitato gustu, blandissime percellit. 99)
60 Rei, cui incubuerint, 200) si non exactam ma-
num, summeque felicem, attulerint, 1) saltem ex
suo genio, nescio quid, quod placeat, transfun-
dunt, maxime quia, quod agunt, non anxio la-
bore perficitur, sed ipsa facilitatis gratia eminet, 2)
uelut spontaneo naturae ingenio in suum deco-
61 rem productum. Si quid in litteris quoque ten-
tauerint, nimii sudoris opinione legentes non of-
fendunt, 3) qui in laboris partem paene uidentur
cum illis auctoribus uenire, 4) quos constat non
sine unguium uulnere, 5) et peruigilii malo, 6)
62 inuitas 7) sententias, aut uerba, coëgisse. His
ingeniis, nullo fuco obductis, semperque, quid
agant,

uem. J. 98) Non facile soluunt. J. 99) Oblectat. J. 200) Darauf ſie Fleiß wenden. J. 1) Si non plane exacteque perficiant. J. 2) Es iſt flieſſend, wird ihnen nicht ſauer, hat dahero etwas angenehmes und reitzendes. 3) Si quidem scripserint, et in lucem emiserint, non adducunt facile legentes, ut credant, nimium laborem se impendisse illi scripto. J. 4) Den Leſern wird bey nahe ſo ſauer eine Schrifft, die viele Arbeit, Fleiß und Wachen, gekoſtet, zu leſen, als ſauer es denen, die ſie gefertiget, worden. 5) Admorsione, quae consueta est serio meditantibus, nec promto ingenio gaudentibus. B. 6) Multis lucubrationibus, quae incommodant ualetudini. B. 7) Darinne nichts flieſſendes, alles gezwungen iſt. J.

8) Nisi

agant, nisi multum intersit, 8) celari, ingenua confessione prodentibus, ex aduerso constituta est indoles arcano pondere, uelut prudentia, 9) suos sensus, et animi libidinem, tegens. Et his 63
hominibus haud pauci nomen uirtutis ac industriae, nihil ultra exploratis 10) ingeniis, concedunt, quoniam ingens modestiae imago est parce, nec aliter, quam ex praescripto uerecundiae, loqui, ad omne uitii nomen supercilium ducere, 11) nemini, saltem palam et professo 12) odio, contumeliam aut facere, aut referre. 13) Quid deni- 64
que propius ad ampli ingenii specimen, 14) quam uideri recondito, nec cessante, commercio cum sapientia loqui? 15) Ita enim dixeris factos, qui in istam, quam describimus, lenitatem, et solitaria 16) consilia, producuntur. 17) Sed haec len- 65
ta, grauisque, tranquillitas 18) ingentes latebras habet,

8) Nisi summe necessarium ac utile sit occultare actiones suas, et earum scopum. J. 9) Per opinionem prudentiae, in der Meynung, es ſey klug gethan. 10) Qualia uidelicet sint, qua rationem internam, quum ipsa sola externa specie decipiantur. J. 11) Horrorem aliquem adducta fronte ostendere. J. 12) Alſo, daß man ſich den Widerwillen deutlich mercken lieſe. *Professus* passiue, ut a Justino libr. VIII. cap. IV. et a Phaedro libr. II. Fab. 17. v. 8. usurpatum. 13) Per modum uindictae. J. 14) Accedit. J. 15) Stets mit Bedacht und vielem Nachſinnen, ſo daß man alle Worte auf die Gold = Wage leget. 16) Non aliorum auxilio excogitata. J. 17) A natura impelluntur, inducuntur. 18) Quae uidetur esse profunda sapientia. J.

19) Sie

habet, quibus etiam uitia excipiat, quorum ne nomina quidem ipsi publice audiant absque pudoris, horrorisque, indicio. Teneras enim fron-
66 tes, 19) et suis animis dissimiles habent. Illud tacitum, intraque se detrusum, cogitationum examen 20) non potest continuis studiis in uirtutis, aut industriae, laboriosam imaginem intueri.
67 Nam cum omnium hominum impetus a labore in iucunditatem uoluptatis declinat, tum uero praecipue istorum, 21) quippe mollioris naturae,
68 et ad muliebrem lenitatem accedentium. Hinc omnium uoluptatum, ac uitiorum, genera illorum animis subiicit haec frequens, et otiosa, solitudo, cui foedissimae contemplationi ideo securius acquiescunt, 22) quod sic impune liceat sibi unis 23) consciis esse, palam autem non multum operosa pietate, 24) sed ad ceterorum credulitatem 25) idonea, uirtutem adorare. 26)
69 Sed neque hos semper in sapientiae, ac ne in uitiorum quidem, imaginem esse defixos 27) existimes.

---

19) Sie können ſich leichte über etwas ärgern, ob gleich ihr Gemüthe gantz anders davon hält. 20) Multitudo, qualis est examen apum. Alias *examen* etiam ratiocinatio acus librae dicitur, per quam examinantur pondera. B. 21) Quos nunc describimus. J. 22) *Acquiescere spei, honori*, Senecae et Suetonii auctoritate dicitur. 23) Ita ut nemo praeter ipsos sciat, quam foede uoluptates exerceant. J. 24) Die ihnen eben nicht ſauer ankömmt. J. 25) Fallendam. J. 26) Ostentare cultum, studiumque, uirtutis, B. 27) Intentos. J.

28) Gra-

mes. Plerumque tardi animi ideo haerent, quo-
niam minus apte, quod loquantur, inueniunt.
Ipso interim uultu, et, nescio quo, silentio, seu,
si mauis, pondere, 28) quo, ut grauissimi homi-
num, ita pecudum insulsissimae, 29) nutant, 30)
integritatis laude, et industriae, censentur. 31)
Est aliud ingeniorum genus, paene ceterorum 70
omnium discrimina mira quidem, sed illaudabili,
uarietate complectens, 32) tamen in primis egre-
gium, si, quam illi impetum, tam fraenum, 33)
natura addidisset. Illud 34) est hominum, ut 71
quique affectus impulerint, ad extrema ruentium.
Si pietas serio illis placet, et numinis cultus, quasi 72
nulla hilaritas intercedere tam sanctis officiis pos-
sit, fronte deiecta, et ad omnem remissionem 35)
irascente, supercilium 36) induunt non duratu-
rae sanctitatis. Alienae 37) etiam uitae superbi 73
censores, ceterorum probitatem ex sua extempo-
ranea

28) Grauitate, seueritate. J. 29) Stupidissimae. J. 30) Nihil loquentes, sed solo nutu capitis aut approbantes aliquid, aut improbantes. J. 31) Habentur pro hominibus integerrimis et solertissimis. J. 32) Bey denen man alles beyſammen findet, was andere unterſchiedenes haben, dahero ſie auf eine wunderbare, aber nicht allezeit löbliche, Art bald ſo, bald auf eine andere Art, ſich erweiſen. 33) Se moderandi scientiam. J. 34) Illud ingenium, hi mores, sunt eorum hominum, qui, pro impetu affectuum suorum, aut in uitiis excedunt, aut in uirtutibus. B. 35) Hilaritatem, oblectationem animi. B. 36) Seueram uultus speciem, non animum seuerum. J. 37) Aliorum hominum. J.

38) Quae

ranea 38) seueritate metiuntur. Tunc priorum amicitiarum delicias solent abiicere, etiamque innocentem iucunditatem non ferunt, quae in sapientium uita ad obliuionem, uel patientiam la-
74 borum, 39) solet interseri. Mox nimia intentione 40) fractum animi robur, ubi odisse incipit hanc ipsam, cui inconsulte incubuit, 41) pietatem, non per gradus, et reciprocantis aestus uices, 42) sed in contrarium acto torrente, 43) repetit, quem omiserat, luxum. Tunc uero tam immodice in uoluptates solui, 44) quam eas inepte refugerant. Tunc etiam ipsum nomen seueritatis odisse, iocisque, et omni libertate, 45) cultoribus subhorridae 46) illius pietatis, quam
75 modo reliquerunt, illudere. 47) Dum haec agunt, ecce tibi reuocata pietas adest, tristique poenitentia lasciuiam rursus expellit, 48) donec etiam illius poenitentiae inceperit poenitere. 49) Nec in numinis tantum cultu frequens illa, atque immodica, mutatio. 50) Vbique pari impetu
76 errant. 51) A summi amoris consuetudine eos in

38) Quae constans non est, sed cito transit. J. 39) Vt animus a graui labore recreetur. J. 40) Seueritate, Anſtrengung. J. 41) Quam amauit consilio temerario. J. 42) Nicht etwa mit einiger Abwechſelung nach und nach. J. 43) Auf einmahl ſo hefftig und arg, als vormahls. 44) Agi, impelli, incipiunt, solent. J. 45) Procacitate et licentia linguae. J. 46) Seuerioris. J. 47) Solent. J. 48) Ex animo. J. 49) Dum redeunt ad intermissa uitia. J. 50) Animi et amorum. B. 51) Circumuagantur, nec consistunt usquam. J.

52) Sie

in extrema odii, uelut aliquis turbo, agit. 52) Nunc assiduus labor placet, statimque sine neruis segnities. 53) Jam mite litterarum studium, 54) iam amorum exultans cupiditas, et quaecunque praeterea in contrarios motus 55) mortalium mentes agunt. Loquendi etiam, tacendique, stu- 77
dium non satis adgubernant. 56) Si incitantur feruore dicendi, quemcunque coetum iniuerint, sermonem uniuersis praeripiunt, solique audiuntur. 57) Mox hilaritate destituti, quae in uerborum luxuriem 58) diffuderat mentem, aegro silentio contabescunt, 59) secumque, 60) uelut ad internum colloquium, collecti, ita lumina defigunt, 61) ut uix praesentes agnoscere, aut rogati audire, 62) uideantur, pari utrobique 63) flagitio in humani consortii uenustatem, in quo et commode loqui, et tantum per spatia 64) tacere,

52) Sie verwandeln die äuſerſte Liebe plötzlich in den gröſten Haß. 53) Placet, quae est sine neruis, id est, sine ui, contentione, nisu omni, ad laudem et decus. 54) Placet. J. 55) Affectus. J. 56) Moderari sciunt. J. *Adguberno* Flori uox libr. II. cap. VIII. et libr. III. cap. V. 57) Sie haben das Maul vor allen andern. 58) Prolixitatem. J. 59) Halten ſie auf einmahl das Maul, verſtummen ſie auf einmahl, und ſitzen wie die Schlaffmützen. 60) Intra animum suum. J. 61) Oculos in terram. J. 62) Rogantes, seu loquentes. J. 63) Ex utraque parte peccatur in consuetudinis humanae leges, quippe quae suauis esse debet et amabilis. B. 64) Per interualla temporis, bißweilen nur. B.

78 cere, conceditur. Illis autem hominibus tanti erroris causa est quaedam interna suauitas, cui se totos permittunt. Hac auspice, 65) quid fugiant, aut sequantur, constituunt. Et is motus 66) in quamcunque rem istos agat, etiam curis, aut labore plenissimam, eam primum, blandissima specie fictam, animo offert, 67) quem mox, dulci, amoenaque, uiolentia ui-
79 ctum, rapit, et omnia credere sibi cogit. Vbi autem ille fucus 68) euanuit, et haec mutabilis, ac fugitiua, dulcedo se in aliam partem uertit, hanc etiam isti sequuntur. 69) Sunt enim non tantum laboris impatientes, sed et ipsius uoluptatis, statim ac lenocinium 70) istud abest
80 blandientis intra pectus cupiditatis. Est autem haec laesi, nec se regentis, iudicii nota, 71) indoles non facta uirtutibus, 72) sed tantum ad uirtutum initia, non ad fidem, non ad amicitiam fortis,

65) Interna suauitate, nach dieſem innerlichen Zug. B. 66) Animis illa uidelicet interna suauitas. 67) Machet erſt die Sache recht annehmlich, treibet darzu an, reitzet, oder ziehet, und reiſet durch ſolche annehmliche Vorſtellung hernach das Gemüthe mit Gewalt dahin. J. 68) Illa fallax species. J. 69) Kömmet ihnen aber etwas anders hierauf eben ſo annehmlich vor, ſo gehen ſie dieſem nach. J. 70) Illa suauitas, species abblandiens. J. 71) Man ſchlieſſet daraus einen ſchwachen Verſtand. 72) Percipiendis et exercendis. B.

73) Hält

fortis, 73) sui dissimilitudine prorsus ingrata 74) Nec sibi imperare, nec negare quicquam, potest. Tristissimum 75) autem fatum est, et po- 81
pulis graue, si, 76) quos natura in hanc infelicitatem ediderit, iidem extra metus, et propemodum uerecundiae, leges ad imperandi fastigium producti sint. 77)

CAPVT

73) Hält weder Wort noch Freundſchafft.B. 74) Molesta et odiosa propter hanc animi perpetuam inconstantiam. J. 75) Ciuibus noxiosissimum. J. 76) Si ii, quibus natura tam mutabile ingenium dederit, B. 77) Ad imperium peruenerint.

## CAPVT XII.

*De animis amori obnoxiis. Hos affectus singulorum temperari, et interdum mutari a fortuna, et uel splendida, uel obscura, uitae conditione.*

1 SEd in recensendis mortalium affectibus praeter fas ac humanitatem esset, 1) amoris obliuisci, qui, in omnium animis, nisi prorsus barbaris, regnans, tamen quosdam uehementius suis
2 curis imbuit, sibique propius addicit. 2) Est autem blanda et irrequieta 3) cupiditas iis ipsis placendi, 4) qui nobis siue forte, siue sua uirtute,
3 siue nostro denique errore, placuerunt. Et is quidem, uelut insidiis, 5) ita irrepit, 6) ut nos ante sentiamus amare, quam instituamus de a-
4 mando consilium. Neque arduum in ipsis initiis esset excutere tantum pondus, 7) nisi, sensim, neque sine suauitate, incumbens, ita eos ipsos suis lenociniis caperet, quos affligit, praesertim inexpertos, ut putent, inhumanum facinus fore, sibique omnino incommodum, si influentis mali 8) dulcedinem ausint a se seuero imperio arcere. Hoc

---

1) Quum nihil magis homini sit conueniens, quam amor. J. 2) Sibi proprios facit. J. 3) Quae magnas turbas in hominis animo excitat. B. 4) Sich gefällig zu machen. J. 5) Unvermerckt. J. 6) In animos nostros. J. 7) Amorem, qui premit animi aciem, grauissimi ponderis instar. J. 8) Amoris. J. 9) Eine

Hoc autem affectu, si institutio 9) recta accesse- 5
rit, nihil in mortalibus magis eximium. Namque, et omnibus uirtutibus quandam ex se uenustatem concilians, interdum ipsa uitia excusat.
Male 10) nihilominus seueri homines amorem 6
auersantur, eumque foeda, et eneruí, imagine sibi fingunt, 11) quo nihil in humanis rebus sincerius, 12) modo in iustis limitibus, et a uirtute factis, ardens, non etiam suo incendio, quae uetantur, corripiat. 13) Neque in adolescentibus 7
tantum, aut maturae aetatis hominibus, blanda illa cupiditas concitatur, sed et pueros in innoxiis 14) solicitat annis, ut intelligas hunc ignem 15) dignis pectoribus 16) paene non tam accedere, quam innasci. Et quoniam minus se regere, 8
curisque etiam superuacuis, moderari pueri et adolescentes possunt, ideo magis anxia in ipsos haec solicitudo 17) solet incumbere. Indeque illis animus ad eximia 18) consurgit, et, suam aetatem 19) supergressa, tanquam ipsis hoc experimento probaturis, an digni sint, qui iam ament.

---

9) Eine gute Einrichtung, Geſchicke. J. 10) Gantz unrecht und ungereimt. J. 11) Sie machen ihnen eine ſehr ſchlechte und ſchåndliche Vorſtellung von der Liebe. 12) Sanctius, purius, innocentius. J. 13) Wenn ſie nur nicht aus denen Schrancken, die ihr die Tugend ſetzet, ſchweiffet. J. 14) Quum nondum ad noxas inferendas sunt idonei. B. 15) Amorem. J. 16) Edlen, und darzu geſchickten Gemůthern. 17) Amor. J. 18) Ad rapiditatem laudis et gloriae. J. 19) In ea suscipiat, quae uidentur ultra aetatem et uires adolescentum esse. J.

 20) Ad-

9 ament. Adolescentulus quidam in scholis agebat, multa cura, monitisque, magistrorum, in pares suae aetati disciplinas solicitatus. 20) Sed ingratae litterae erant ludi, otiique, libertatem amanti, 21) cum, ecce! ad idem oppidum forte matrona nobilis cum duabus ex se natis uirginibus diuertit, et, quoniam necessitudo 22) inter utramque familiam erat, statim iste in diuersorium mulieris ad salutationis officium 23) deducitur. Nec mora, cum alteram ex puellis intentius 24) mirari, 25) mox inhaerere sermonibus, ad extremum eodem ipso die efflictim 26) amare. Tum primum rudis, et solutus, 27) animus ad curas adactus est. Itaque postero die repetit ignoti uulneris 28) conscium locum, et aegritudinem suam 29) diu protracto colloquio ita pauit, ut deinde peius doleret. 30) Nam ut tertius dies illuxit, matrona, cum omni comitatu profecta, paene uiuum adolescentulum non reliquit, cui, ne aliquod solatium haberet, premendum 31) quoque erat tanti incendii malum, ne uel

20) Admonitus crebro, ut eas disciplinas addisceret, quibus capiendis par esset aetas sua. J. 21) Huic adolescentulo. J. 22) Anverwandſchafft. J. 23) Ihr die Aufwartung zu machen, ſie zu bewillkommen. J. 24) Quasi cum quodam stupore animi. J. 25) Coepit. J. 26) Vehementer, et cum quadam animi impatientia. B. 27) Licentiae deditus. B. 28) Occulti amoris. B. 29) Verliebte Gedancken. B. 30) Er wurde viel empfindlicher und unruhiger in ſeinem Gemüthe darüber. J. 31) Occultandum, dissimulandum. B.

32) Patris

uel parentis supercilium cogeret, 32) uel inter aequales traduceretur. 33) Diu intra se collecto consilio, 34) nihil utilius uidit, quam ut studiis litterarum totus incumberet. Ita quippe parentem conciliari sibi posse, qui non tantae in studiis diligentiae suum ludum 35) negaturus uidebatur. Ab hoc 36) igitur in recte collocati temporis praemium 37) ueniam exorare statuerat uisendi celebrem in proximo urbem. Ea erat, in qua puella habitabat. Haec non perfunctorie agitantem, maxime praeceptores, aequalesque, mirari, 38) subindeque requirere, quae illa animi mutatio, quis subitus ad litteras ardor, paulo ante ipsum scientiae nomen fastidiose damnantis. 39) Quippe adhuc quiescentibus ceteris 40) in studia surgebat, nec aliter, quam saepius iussus, secedebat ad ludum. 41) Amoris impetus, cui 42) haec diligentia dabatur, ita sensum 43) laborum mitigabat, ita Musas adornabat, 44) ut

nec

32) Patris iram concitaret. B. 33) Geſchraubet, uexiret wurde. J. 34) Postquam diu rem secum expendisset. J. 35) Amorem, qui mentis quasi ludicrum est, der Vater würde ihm in der Liebe nicht entgegen ſeyn, wenn er ſehe, daß er fleißig studire. B. 36) Patre. J. 37) Zur Belohnung ſeines Fleiſſes. B. 38) Coeperunt. J. 39) Contemnentis et auersantis cum fastidio ipsum literarum nomen. B. 40) Ceteris adhuc dormientibus, ad tractanda literarum studia surgebat. B. 41) Sese oblectandi caussa. J. 42) In cuius gratiam hoc studium litterarum diligenter urgebat. B. 43) Den Verdruß der Arbeit. J. 44) Augebat eruditionem huius adolescentis. B.

 45) Opi-

nec cogitans puer illarum dulcedine caperetur. Mox, ut solet, in eiusmodi praecipue annis, cum conceptum de puella iudicium, 45) et quicquid ille ignis 46) insanienti 47) subiecerat, longiore absentia iam torperet, 48) haesit 49) acris sciendi cupiditas, et ipse, liberalibus stimulis 50) feruens, adeo in haec Musarum studia subuectus est, 51) ut deinde litterae huic 52) etiam non pau-
10 ca debuerint. Ceterum pertinax amor, nec, qua reliqui motus, 53) facilitate sanabilis, nisi in cunabulis 54) pereat, uix aliter submoueri, quam tempore, potest, dum lassus scilicet expiret.
11 Cum enim in cursu est, semper habet, quo sui
12 imperii, atque iugi fastidium tollat. 55) Nam, si amanti per aegritudinem, malorumque perpetuam faciem, 56) aliquo modo successerit, omnino sibi crudelis uidebitur, si illam amoenitatem a se uelit abigere. Sin uero fortuna seuerior 57) aut spem in longum produxerit, aut hanc quoque sustulerit, tunc etiam dolor placet, et sibi ipsi miserabilis animus, suam cladem 58) inter suspi-

45) Opinio, die Hochachtung. J. 46) Amor. J. 47) Adolescentulo huic. J. 48) Nachließ, allmählich verkühlete. B. 49) Permansit tamen. J. 50) Honestae gloriae cupiditate. J. 51) Concitatus est, Metaphora, a nauigantibus traducta. 52) Viro facto. J. 53) Affectus animi. B. 54) In ipsis initiis, uel primordiis. B. 55) Ita ut, quamlibet grauis sit, talis tamen esse non uideatur. B. 56) Remotis iis, quae aegritudinem concitabant, obstaculis. J. 57) Fuerit. J. 58) Sua damna, suos dolores, iacturam. B.

59) Grá-

suspiria recognoscens, liquescit delicatae tristi-
tiae uoluptate. 59) Sed maxime tectus ignis 60) 13
duraturo spiritu uiget, siue furto inter duos iura-
to 61) ipsa secreti, et coniurationis, 62) dulcedo
placet, siue, ne mutuus quidem amor sit, ipso
duntaxat supplicii sui conscio, qui sentit se ar-
dere. 63) Nec existimes, in dispari tantum sexu 14
hunc affectum conuenire. 64) Nam et Alcibia-
dem Socrates amauit, nec Lycurgus in turpem
instituit disciplinam, 65) ne quis iuuenum suo
amatore uacaret. 66) Pudicitia naturae, ad iustos 15
et egregios amores ducentis, saepe haec discrimi-
na 67) non uidet, multosque ex probissimis 68)
cernas ipsa iuuenum cura, id est, si recte ratio-
nem ponimus, 69) amore, macerari. Et hic 16
amor est quidam beneuolentiae nexus, quem
amicitiam, sed ardentem, appellaueris, tum mo-
rum in iis, quos amamus, formandorum stu-
dium, 70) perpetua denique uota pro eorum
gloria

59) Grämet ſich ab, verzehret ſich ſelbſt, mit ſeinem gröſten Vergnügen. 60) Occultus amor solet diu durare. J. 61) Siue iurauerint in foedus amoris clandestini. B. 62) Jurati, secreti amoris. J. 63) Vbi ille solus se amore angi sentit, qui amat. B. 64) Dum mas amat foeminam. J. 65) Turpis illa lex non fuit, quam instituit olim Lycurgus. B. 66) Vt quisque iuuenum haberet, a quo amaretur. J. 67) Sexus utriusque. B. 68) Castissimis, sanctissimis. B. 69) Si rem uolumus eloqui, prout est. B. *Ponere rationem* Suetonii est et Senecae, pro *subducere rationem.* 70) Vnde oritur studium formandi mores eorum, quos amamus, ad aliquam ele-

 gan-

gloria ac salute, etiam, quicquid egerint, 71) ne non succedat, timor, et semper, quantumcunque fortuna indulserit, uisa illorum uirtutibus esse
17 iniqua. 72) Acris illa est, neque minus irrequieta cupiditas, quam 73) quae uenustatem alterius sexus 74) in licentiores usus 75) conciliat.
18 Sed nec putes eximiae castitatis exempla inter disparis sexus amantes durare non posse, licet res periculi plenior eos ipsos saepissime fallat, qui paulatim se inuitis, uel nesciis, aliter amant,
19 quam aut uelint, aut credant. Est autem hominis animus, quem ad amandum natura produxerit, praecipue mitis, ipsoque oris habitu modestiam, et simplicissimae 76) uirtutis speciem, gerens, clementibus, magnisque, spiritibus 77) factus, neque uindictam contemnere, neque iram supplicibus donare difficilis, cum quid ipse peccauit, in poenitentiam pronus, humanitatis officia amans, impatiens otii, et omnium, quae in segnitiem soluunt, 78) modo non, tanti muneris oblitus, quod a natura accepit, suae indolis felicitatem lasciuiae malis, 79) et ueluti ueter-
20 no, 80) corruperit. Vanum 81) esset totum naturae ingenium in mentium humanarum multiplici

tiplici

gantiam. J. 71) Juuenes. J. 72) Non satis benigna iis, quos amamus. J. 73) Illa. J. 74) Foeminei. J. 75) Ad libidinem Veneream. J. 76) Inaffectatae, purissimae. B. 77) Ita ut clemens sit, et magnus. J. 78) Quae faciunt animum segnem. J. 79) Vitii turpitudine. J. 80) Turpi et somnolento otio. B. 81) Frustraneum. J.

82) Di-

tiplici sorte 82) ludentis persequi 83) uelle. Quae
hic tamen posuimus, praecipuorum fontium in- 21
star sunt, unde mox riuuli in uitia, et uirtutes,
secantur, 84) ut ex eorum notitia intelligas, qui
homines regi 85) possint, qui ad amicitias et con-
suetudinem uitae apti, denique qui timendi, aut
infra curarum grauitatem sua inertia, uel etiam
leuitate, 86) ponendi sint. 87) Quippe probi- 22
tas atque nequitia, uerae, aut fucatae, sapien-
tiae indoles, liberalis etiam, et angusta, 88) et
quicquid in rebus publicis, priuatisque, potissi-
mum eminet, per horum affectuum fortunam 89)
generi humano diuiditur. Ex hâc autem con- 23
templatione animorum iusta quaedam uirtuti-
bus, et uitiis, merces accedit. Nisi enim cu-
riose in haec naturae penetralia 90) spectemus,
saepe se turbulentum ingenium pro forti, atque
laeto, ostentabit, tardus animus, aut inanis, 91)
debitum maturae grauitati, aut eloquentiae pre-
tium inueniet, 92) uicissimque iacebit incogni-
ta

82) Diuersitate. J. 83) Describere. J. 84) Deducuntur. J. 85) Recta ratione gubernari. J. 86) Propter suam inertiam et leuitatem J. 87) Qui curandi non sunt. B. 88) Auara, humilis. J. 89) Conditionem, ueram rationem, wie es zutrifft, nachdem dieſe Gemüths - Bewegungen beſchaffen ſind. B. 90) In haec arcana ingeniorum et animorum. B. 91) Nulla eruditione, aut scientia, locupletatus. B. 92) Wird in die Hochachtung kommen, als ſey es bedachtſam, und nicht von gemeiner Gelehrſamkeit.

93) Primo

ta uirtus, quam saepe prima fronte 93) quaedam uitiorum opinio, aut imago, infra iusti
24 decoris fastigium premit. 94) Sed ingenium, ut plurimum multo recessu 95) abditum, non utique potest sine longae prudentiae sedulitate de-
25 prehendi. 96) Ideoque, qui ex primis indiciis de hominum moribus, ac indole, iudicare non uerentur, ipsi se in longissimos errores plerumque
26 impediunt. Certe, ut in gladiatoria arte nihil periculi plenius, quam si cum homine, cui torui oculi exerrant, dimicandum sit, quia, quo ictum destinet, deflexis, ut uidetur, in contrariam partem luminibus, uix coniici potest, ita cum illis acturus, qui suum ingenium, uel arte, 97) uel corporis beneficio, prorsus dissimulant, debet longa, seueraque, disceptatione 98) a se ipse, quid de illis sentiendum sit, exigere, 99) ne, si eos iniquo suffragio, aut inconsulte propitio, 100) aestimet, etiam omnium primus suae sententiae
27 1) poenas luat. Frontis praecipue imago 2) saepe inexpertos decepit. Quam multos, truci uultu, ipsoque supercilio, 3) timendos, humanitatem credas

93) Primo aspectu, obtutu. J. 94) Vt minoris aestimetur, quam fas est J. 95) Dissimulatione. J. 96) Accurate iudicari, quale sit. J. 97) Simulatoria. B. 98) Nach langer und reiffer Überlegung. B. 99) Er muß den Rath bey ſich ſelbſt nehmen. 100) Si eos autem praeter meritum damnet, aut benignius de iis, quam par est, iudicet. B. 1) Qua per errorem deceptus est. J. 2) Faciei externae. J. 3) Superbia uultus, seueritate nimia. J.

4) Bonam

credas abigere, quos si propius adire contigerit,
iam, ex prima colloquii lenitate placatus, 4) hu-
manissimos esse non dubites? Alios ipso cor- 28
poris motu, mensuraque suspensi uestigii, 5) se
in superbiam componere putabis, qui ad illam
tumoris speciem, uel natura, uel innocenti con-
suetudine, facti, 6) mite, ac facile, ingenium in
omnes humanitatis leges sub hac larua 7) insti-
tuunt? Neque in contrarium desunt, in quibus, 29
praeter corpus in simulacrum uirtutis effictum, 8)
nihil, quod ames, inuenias. Nunc quietae leni-
tatis specimen, quam uultu exhibent, tristissima
iracundia corrumpunt, nunc uiuidis oculis impar
ingenium 9) subest, denique, uelut insidiis, 10)
interdum uitia collocantur sub earum uirtutum
leui bractea, 11) a quibus potissimum diuer-
tunt.

4) Bonam de iis opinionem colligens. J. 5) Weil ſie Spaniſche Schritte thun, und die Füſſe gleichſam nach den Tact, oder der Tabulatur, ſetzen. B. 6) Sie haben entweder von Natur eine hohe Mine, oder ihnen ſolche angewöhnet, und ſind doch leutſelig, und demüthig. 7) Falsa specie superbiae. J. 8) Auſſer derer äuſſerlichen Schein. 9) Non uiuidum, sed lentum, et obscurum. J. 10) In insidiis. J. 11) *Bractea*, ein dünne geſchlagen Blätgen Gold, Silber, Kupffer ꝛc. et h. l. pro leui integumento uirtutum, quo uitia maiora animi teguntur, accipitur. B. Est autem *bractea*, ein äuſſerlicher Zierath, womit etwas überzogen, und ſchöne gemacht wird. Hinc Solinus cap. I. *Bracteas eloquentiae*, et Seneca Epist. CXV. ad Lucil. *bracteatam felicitatem*, dixit, quod nos, ſchöne verblühmte Redens-Arten, und eine nur von auſſen ſcheinende Glückſeligkeit, die in der That dergleichen

30 tunt.12) Haec autem tam immensa, ac perplexa,
animorum cognitio non potest praeceptis defini-
ri, 13) neque aliter quaeri, 14) quam eiusmodi
hominis longo usu, 15) qui tam sua prudentia,
quam erroribus, 16) in ista arte 17) promouerit.18)
31 Illud uero cauendum est, ne ex una uirtute, uitio-
ue, de indole, atque animo, uniuerse 19) senten-
32 tiam feras. Multi enim adeo felici ad discipli-
narum aliquam ingenio nati sunt, 20) ut, quam-
diu in illa uersantur, nulla prudentiae, atque in-
dustriae, signa desint, in ceteris autem rebus in-
epti, insulsique, ne bonae quidem mentis uesti-
33 gia unquam prodant. Aliis suus duntaxat nae-
uus 21) ita additur, ut, in reliqua uita sapientis-
simi, in una tamen parte, aut studio, uideantur
34 delirare. 22) Ne ex ipsa quidem consortii, et
conuictus, suauitate, aut elegantia, de ingenio,
aut sapientia, iudicandum. Saepe enim in quo-
tidianae uitae consuetudine minus offendunt an-
gustae 23) indolis homines, quam 24) quos magni-
tudo naturae laetioris laxauit. 25) Dum hi scili-
cet,

---

nicht iſt, dicimus. 12) Discrepant. J. 13) Certis regulis includi. J. 14) Inuestigari. J. 15) Diuturna consuetudine, conuersatione. J. 16) Durch öffteres Verſehen und Anſtoſſen. 17) Cognoscendi animos. J. 18) Progressus fecerit aliquos. J. 19) Durchgängig. J. 20) Haben ſo ein gut Naturel zu einer Lebens-Art. 21) Proprium aliquod ac peculiare uitium. J. 22) Aberrare a uirtute et sapientia. J. 23) Humilis, tardioris. J. 24) Ii, quos. J. 25) Ampliores, maiores fecit, aufgeräumte, luſtige Köpffe. J.

26) Suas

cet, sibi diffisi, timide custodiam sui agunt, 26) uel aeterno 27) studio hos publicos mores 28) [nempe ad maiora non idonei] consectantur, illi autem capaciori ingenio aut haec uulgaria minus curant, aut admittunt etiam uitia, non ra-
ro uirtutem stipantia. 29) Sed nec satis est hos 35
naturae impetus uestigare, 30) animos mortalium in diuersa destinantis. 31) Adhuc aliquid ultra est, quo ingenia perficiantur, aut mutentur, nimirum sors uiuendi, 32) squalorue, uel dignitas, in quam casu, aut uirtute, unusquisque peruenit.
Quot enim, ad ingenium rectum, ac mite, geni- 36
ti, 33) uitio nimiae felicitatis 34) ipsi suam indolem afflixerunt? 35) Quot mentium laeta sublimitas, 36) et, si fortuna sineret, in exemplum omnis uirtutis suffectura, ubi pertinaci egestate, aut fortunae iniquitate, premitur, suae praestantiae oblita, etiam in contrarios affectus degene-
rat? Athenion 37) tamdiu mores ad publicum 37
probitatis exemplum componens, quamdiu in Aca-

26) Suas actiones maiori cura et solicitudine, ne offendant, instituunt. B. 27) Perpetuo, continuo, assiduo. B. 28) Die äuſſerliche Aufführung, Conduite. 29) Comitantia. 30) Inquirere. B. 31) Vt modo huc, modo illuc, rapiant. J. 32) Ipsa uitae conditio, genus uiuendi. B. 33) Gute Gemüther. 34) Durch Verleitung ihres allzu groſſen Glückes. B. 35) Corruperunt superbia, quae comes solet esse rerum secundarum. B. 36) Zu hohen Dingen geſchickte und tugendhaffte Gemüther. 37) Philosophus Peripateticus, tempore Mithridatis, regis Ponti, et Sullae, celebris, de quo Athenaeus libr. V. B.

38) *Aca-*

Academiarum 38) spatiis inter famem et centones 39) pro uirtute dicebat, nactus tyrannidem, statim cum uiliori pallio etiam Philosophiam excussit. 40) Abdolonymus, 41) quotidianum uictum ex hortuli cultu quaerere suis manibus assuetus, cum destinaretur ad Sidoniorum regnum, optauit, ut, qua modestia inopiam tulerat, ea sceptrum pati posset.
38 Nunc igitur et hos quoque uideamus affectus, qui ex conditione fortunarum, et genere uitae, hominibus accedunt, et nonnunquam enecant mores, 42) quos simplicitas naturae, nullis obruta cladibus, 43) aut illecebris corrupta, tradiderat.

CAPVT

38) *Academia* locus Athenis, in quo a Philosophis iuuenes docebantur. J. 39) Vestes laceras. J. 40) Abegit a se, et cum ea simul priorem modestiam, uitaeque probitatem. B. 41) De quo Curtius libr. IV. cap. I. seq. J. 42) Corrumpunt, ac plane in peius mutant. B. *Enecari* interdum idem, quod *opprimi*, *perdi*. Sic Columella de R. P. libr. XI. cap. III. *Rutam, ne enecetur, differre oportet in apricum.* 43) Calamitatibus, rebus aduersis. J.

1) Veram,

# CAPVT XIII.

*Diuersos affectus esse tyrannorum et legitimorum principum, rursus regum, qui successionis iure, et eorum, qui suffragiis, ad regnum perueniunt. De procerum, qui apud principes gratiosi sunt, ingenio.*

POpuli, qui in neminem ius regnandi contu- 1
lerunt, licet ab omni nomine seruitutis ab-
horreant, tamen sinceram 1) libertatem non ha-
bent. Magistratibus enim opus est, quibus ipsi
se tradant, uim publicam, 2) quam toti genti
inesse gloriantur, in paucissimis hominibus 3)
adoraturi. Adeo illic etiam, ubi omnes regna- 2
re existimes, 4) magna pars seruit, arcana rerum
lege 5) ita nexus, et seriem, uniuersi 6) dispen-
sante, ut ad diuinitatis imaginem unius capitis
neruis multa membra temperentur. 7) Paulo il- 3
lustrius in optimatum imperio 8) elucet haec do-
minandi uis, utique paucos 9) amans, maxime
autem in regno, ubi omnia unus potest. 10) Illa 4
autem

1) Veram, plenam, perfectam. J. 2) Potestatem administrandi imperii, dicendi iuris, irrogandi poenas. B. 3) Qui magistratum gerunt. J. 4) In Democratia. B. 5) Natura. J. 6) Orbis imperii. J. 7) Imperio unius magistratus, qui quasi caput populi est, in quo omnium reipublicae neruorum principia continentur. Vt enim neruis membra corporis, sic consiliis magistratus ciues reguntur. B. 8) In Aristocratia. J. 9) Imperii socios. J. 10) Princeps solus habet imperium. J.

autem potentiae magnitudo, cui numen arcana ui 11) mortales subesse imperauit, non in illorum gratiam, qui ad hoc fastigium legerentur,
5 instituta est, sed in eorum, qui parerent. Itaque, uel regum libidine 12) ad uoluptatem et ambitum suae dignitatis utilitatem corrumpente, 13) uel ignoratione populi sua commoda non semper capientis, 14) regium nomen saepe inuidia afflictum, saepe in uariis regionibus ingenti
6 clade euersum est, ac deinde restitutum. Respublicae, quotquot olim uiguerunt, primum reges habuere, quibus expulsis, et per uerae libertatis imperitiam deuotis, 15) successit aut coecae 16) popularitatis imperium, aut permissa proceribus potentia, 17) id est, multiplex pro uni-
7 co, 18) quod expulerant, regnum. Ac ut membra, quae uiolentia 19) de naturali sede dimouit, non nisi per uiolentiam in articulos suos redeunt, ita prouinciae, quae hoc modo ab optimo genere gubernationis 20) diuerterant, prius erro-

11) Durch einen geheimen innerlichen Zug, oder Trieb. B. 12) Propensione, inclinatione. B. 13) Wenn Könige durch Wolluſt und Herrſchafft ihrer Gewalt und Würde mißbrauchen. B. 14) Non semper intelligentis, quid prosit cibi. B. 15) Cum execratione eiectis. B. 16) Imperitae plebis imperium, Democratia. B. 17) Aristocratia. B. 18) Inter multos diuisum, multis commissum, ut communi consilio administraretur, regimen. J. 19) Actio aliqua uiolentior. B. 20) Principatu, seu imperio regio. B.

21) Haben

errorem multis cladibus expiarunt, 21) quam anti-
quae, et a se proiectae, rectitudini 22) redderen-
tur. Quippe in illis rebuspublicis ciues, multo 8
ambitu 23) prouecti, siue armis suum nomen in-
clytum fecerant, siue plebis errore 24) nimis am-
plis, aut diuturnis, magistratibus assueuerant, sae-
pe occupatae reipublicae uires 25) ad se traxere,
regesque se dixere. Sed necessaria in nouis, 9
omniumque odio flagrantibus, rebus atrocitate ter-
ribiles, 25*) scelere 26) quaesitum imperium adeo
foedauerunt, ut peius plerique populi de regibus
inde sentirent, nomenque tyranni, quod olim
insigne regnantibus, 27) in publicam infamiam,
odiumque, concederet. Ceterum in eos affectus 10
inspecturus, quos regibus fortuna sui fastigii su-
spirat, 28) non sub uno uelut fato omnium re-
gum purpuram 29) cogere 30) debet. Diuersae 11
ad

21) Haben weidlich büſſen, und davor leiden müſſen, ehe ſie ꝛc. 22) Imperio recto, et reipublicae maxime proficuo. B. 23) Honorum et dominandi cupiditate elati. B. 24) Durch ein Verſehen des Volcks. J. 25) Tracto in suas partes exercitu, in quo uires consistunt reipublicae. Quod *Caesar*, *Marius*, *Sulla*, *Pompeius*, *Augustus*, reliqui, fecerunt. B. 25*) Da ſie ſich nothwendig in einem neuerlichen, und iederman verhaßten, Unternehmen durch einiges hartes Verfahren fürchterlich machen muſten. 26) Illa ipsa atrocitate, caedibus, suppliciis, exiliis ciuium. 27) Commune omnibus principibus, et per se laudabile erat. J. 28) Indit in animum, einbläſſet. J. 29) Dignitatem regiam, cuius iudex est purpura. B. 30) Non debet existimare, omnium regum eosdem

ad idem fastigium uiae non unam omnibus mentem iniiciunt, seque longe aliis consiliis regere solent, qui nouas habenas in rudem adhuc eiusmodi imperii populum moliuntur, 31) quam qui iam assuefactis gentibus tuto, et per ipsarum uota, regnant. 32)
12 Rursus alius sensus est hominis sceptrum per suffragia adepti, ut in Pannonibus, 33) Sarmatisque 34) fit, et ipso nomine Romani imperii, 35) alius paternas atque auitas opes tenentis cum haereditate imperandi. 36)
13 Noua regna, nec constantia populorum, nec adhuc uetustate, inolita, 37) principum suspicionibus assidue perurunt. 38) Adulari illi 39) ultimae sorti, 40) timere magnates, maxime cum timeri se putant, reputare assidue, nondum constitutas res sub ipso fortunae motu posse quam condi, tam facile euerti.

uerti.

---

esse affectus animi. J. 31) Qui populo nondum assueto eiusmodi dominationi imperitare incipiunt. B. 32) Sic Cicero in Verrem Act. II. *Timarchidem fugitiuum omnibus oppidis per triennium scitote regnasse.* 33) In quibus quippe rex tum adhuc, quum haec Barclaius scriberet, eligi solebat. Quod secus iam fit, postquam, armorum iure, ad Austriacos illud regnum pertractum est. J. 34) Polonis, quorum regnum adhuc electitium est. J. 35) In quo ab Electoribus imperator solet eligi. B. 36) Eius principis, qui regnum haereditarium habet. J. 37) Nondum firmata aut constanti fide populi, aut temporis diuturnitate. *Inolitus* proprie est, feſt eingewachſen, eingewurtzelt, bekleiben. J. 38) Animos, machen ſtets unruhig und argwöhniſch. B. 39) Plebi infimae. B. 40) Noui tyranni. J.

41) Tam

uerti. 41) Neque modo his cogitationibus in- 14
quietari, 42) quos ad purpuram occupatae tyran-
nidis nefas prouexit, 43) sed et quibus insuetae
regio nomini, atque imperio, gentes bono iure
traduntur. Acrior tamen in tyrannos 44) hic 15
pauor, quod, siue rempublicam oppresserint,
uindices libertatis optimates timeant, quos antea
sibi pares aegre seruire non dubitant, 45) siue in
regnum inuaserint, 46) iis expulsis, quibus illud
debebatur, 47) populum in ueteres dominos pro-
num assiduae cogitationis molestia sibi fingant.
48) Itaque nec amicis satis fidi sunt, quod, ad 16
notitiam consiliorum admoti, sciant quoque, a
quo latere 49) sua tyrannis peti possit, et laedi, et
fidem in nemine expectant, quam ipsi uiolârint.
50) Palam tamen, et ex composito, 51) subor- 17
nata 52) beneuolentiae materia, integritatis famam,
amoris-

41) Tam facile posse euerti, quam facile sunt constitutae. B. 42) Solent ii. J. 43) Die unrecht-mäßiger Weiſe zur Regierung kommen. J. 44) Qui scelere ac perfidia ad regnum peruenerunt. J. 45) Können leicht ermeſſen, daß ſie mit gutem Willen nicht unterthan ſind. B. 46) Vi illud occupauerint. J. 47) Denen es von GOttes und Rechts wegen gehöret. J. 48) Sie ſorgen ſtets, es möchte das Volck ſeines vorigen Herrns Parthey halten. J. 49) A qua parte impugnari possit tyranni huius imperium, wo man ihm am eheſten und leichteſten beykommen könne. B. 50) Neminem sibi putant certiorem fidem seruaturum, quam ipsi seruarunt domino suo. J. 51) Per animi sui dissimulationem. B. 52) Dum uolunt sibi dari occasionem comprobandae beneuolentiae. J.

 53) Sunt

amorisque in rempublicam, ambiunt, in egenos liberalitatis effusae, 53) ultores uitiorum, quorum ipsi exemplum fecerant, legum denique optimarum, onerumque publicorum, ad ciuitatum ornamenta, uel auctores, 54) uel uindices, 55) ita praesentem inuidiam, et apud posteros infamiam,
18 amoliturі. Hoc modo tyrannus ut plurimum sortis suae, non ingenii, uitio peccat, 56) aut necessitate probus est. Illius animus immodice austerus, et blandus intuitus, erectus 57) ad omnia, praesertim quae formidat, sincerae uoluptatis ignarus, cuius spe diducitur, uano decore 58) atroces molestias 59) permulcens, uelut
19 fuco, et ipse sibi imponens. 60) At iustus rex, 61) seu comitiis, 62) seu sorte nascendi, admotus imperio, ipsa maiestatis conscientia elatus, 63) minus 64) in ignobiles metus, 65) aut scelesta remedia, demitti 66) consueuit, etiamsi turbulentum forte tempus, et populi nanciscitur insaniam, 67) ceteraque, quae tyrannus semper timet.

53) Sunt. J. 54) Qui ipsi imponunt. J. 55) Reparatores, instauratores. J. 56) Sein Zuſtand, nicht ſein Naturel, treibet ihn darzu. J. 57) Attentus, intentus, quales sunt, qui in specula constituti sunt. B. 58) Externo splendore ac pompa. J. 59) Formidinem, suspiciones, curas, solicitudines. 60) Se ipsum fallens. J. 61) Qui non ui, sed legitimo modo, peruenit ad imperium. B. 62) Per electionem, quae fit in comitiis. B. 63) Dum se legitimam habere maiestatem scit. J. 64) Non facile. J. 65) Quales tyrannorum animi sentiunt. B. 66) Se abiicere, aut demittere. J. 67) Seditionem, quae forte ex-

met. Et hi quidem, qui suffragio 68) debent 20
fortunam principatus, in sua familia non haesuram, 69) adhuc aliquo modo priuati, 70) nempe qua eos posterorum cura tangit, publica commoda 71) non uidentur tam uera, totaque, diligentia 72) procurare, quam qui suum iam a maioribus regnum etiam nepotibus adornant. 73) Ita- 21
que illas curas, quae populo debentur, 74) priuatis suorum affectibus impendunt, 75) excusabili pietate, modo partita 76) mens se utrinque respiciat, ita cognationis 77) memor, ne obliuiscatur et regni. 78) Quod si aliquem forte ex suis 22
79) spe, uotisque, in successionem regni destinant, 80) tunc pretio, 81) et adulatione, emenda suffragia, tunc omittenda uis, et ueluti supercilium 82) maiestatis. Ita seruiet per occultam solicitudinem animus iis ipsis, a quibus publicae uenerationis cultum accipiet. In has suae fami- 23
liae curas saepe periit absumta eorum sedulitas, qui

excitatur a plebe insana. B. 68) Eligentium. J. 69) Permansuram, perduraturam J. 70) Sind in ſo weit als priuat-Perſonen anzuſehen, in ſo ferne ſie für ihre Nachkommen zu ſorgen haben. J. 71) Reipublicae felicitatem. B. 72) So vollkommen aufrichtig. 73) Ita comparant, ut et ipsi post mortem ipsorum regnare possint. J. 74) Quae impendi debent ad salutem populi. B. 75) In augendas utilitates suorum conferunt. 76) Diuisa inter amorem familiae ac ciuium. J. 77) Familiae, liberorum. J. 78) Salutis publicae, imperii. J. 79) Filiis. J. 80) Gerne zum Nachfolger haben möchten. 81) Pecunia. J. 82) Seueritas. J.

qui publicis antea uirtutibus imperare meruerant. 83) Nonnunquam et, in peiora rapti, 84)
suos mores corruperunt, ueteris odii, aut aemulationis, memoriam exercentes, cum scilicet,
quos iniquos ante experti sint, aut quorum prona ad regnum suffragia non habuerint, 85) ex
animo minus delent, nouaque potentia, et seipsam nondum capiens, 86) in ultionem intumescit.
24 scit. Quod si nulla ex his aegritudine laborant,
87) illos tamen ut plurimum solicitat magna, ac
memorabilia, audendi cupiditas, ut per ingentes
illas res sibi, suisque temporibus, apud posteros
25 nobilitatem 88) dent. Tam hi autem impetus
89) incommodi publicis rebus, quam utiles, esse
possunt. Nam, ut in pomis, baccisque, coacta,
et praeter assueti temporis legem, maturitas insolentia 90) quidem rei iucunda est, ceterum
ipsae arbores, medicamine, 91) aut admoto aestu, 92) praecipientes 93) maturitatis tempus, hoc
edito

83) Auch die ſonſt löblichſten Regenten haben endlich alle ihre Sorge auf das Interesse ihrer Familie gerichtet. 84) Ad uitia, et in iniurias inferendas facti, procliues. J. 85) Qui cupiditatibus ipsorum antea aduersi fuerunt. B. 86) Licet in ordinem nondum sit composita, aut satis confirmata. J. 87) Si affectibus eiusmodi, de quibus egi hactenus, corrupti non sint. B. 88) Nobile ac perpetuum nomen, famam, gloriam. J. 89) Ad comparandam sibi famam ingentem. J. 90) Weil es etwas ungewöhnliches iſt. J. 91) Quo fructus propellitur ad insolitam maturitatem. J. 92) Igni. J. 93) Mit Gewalt treibende, und vor der Zeit reiſſende. B.

94) Fru-

edito spectaculo, 94) marcescunt, ita publicis rebus, et praesertim grauioribus, quidam ordo dictus est, quem qui peruertunt, salutem prouinciarum uidentur enecare. Nihilominus reges, qui 26
per comitia 95) id nomen adepti sunt, dum aeterni nominis ambitione flagrant, 96) aut temere externam militiam, aut intra patriae uiscera 97) nouas res esse molitos 98) omni aetate conspexeris, ex sua audacia, et periculis suorum, famam comparaturos, forte etiam aestimantes. Pauci 27
cum Polonorum rege, Stephano Battorio, 99) quid agant, non ex se, sed ex salute patriae, metiuntur. Extat sententia illius efficax ad tanti animi imaginem: 100) Efficiam uero, dicebat, ut intelligat orbis, quam 1) praestet rex suae uirtutis merito in tantum fastigium a uolentibus prouectus 2) iis regibus, quos, inuitis populis, ius successionis obtrudit. 3) Reges autem, in 28
quos uerissime 4) hoc summae maiestatis nomen cadit,

94) Fructus praematuri. J. 95) Per electionem. J. 96) Dum laudem apud posteros assequi conantur. B. 97) In ipso regno suo, domi. B. 98) Cum exteris populis excitasse bellum, ac turbas ciuiles. B. 99) Qui ab A. C. cIↃ IↃ LXXIV. usque ad A. C. cIↃ IↃ LXXXVI. Polonis imperauit magna prudentia et aequitatis laude, acquisita Liuonia, domitis Cosaccis, uictis Russis, Dantiscanis ad obsequium redactis, constitutis tribunalibus prouincialibus, insignis. 100) Quae imaginem istius magni animi, quem rex habebat, accurate repraesentat J. 1) Quantum. J. 2) Consensu ciuium omnium electus. B. 3) Den Erb-Königen. J. 4) Recht eigentlich. J.

cadit, perpetuam potentiam, quam a parentibus acceperunt, in stirpem 5) transmissuri, iam non suffragiis populorum obnoxii, a quibus olim omnia habuere, longe alio genio uidentur ad
29 regnandum instituti. Sed hanc mentem illorum, seipsam uni numini debentem, 6) explorare, fortassis sacrilegae sapientiae 7) esset, neque fas nobis deprehendere 8) illos motus, quos ad gubernationem orbis, et mutationem rerum, ac praecipua humani generis fata, illis diuina uis
30 ingenerat. Quaerant licet curiosi, an sit utilius, reges a puero in sceptra uenire, 9) et huic magnitudini assuescere, tanquam simul secum natae, quam sub paterno, cognatoue, imperio adolescere, tantae demum fortunae haereditatem adituros? num pacati, nec quidquam detrectantis, populi obsequium frangat mollitie regum animos tam secura potestate luxuriantes, 10) an potius ille amor ciuibus regem, ueluti patrem familias, charissimorum domesticorum 11) officiis conciliet? Denique 12) si, auersis ciuium animis, bello occupatus fuerit legitimus dominatus, utrum post uictoriam princeps odio, contemtuque, grassaturus 13) uideatur, an uero experta pericula,

5) Ad posteros J. 6) Quae a solo Deo prouenit. J. 7) Quae uiolaret rem sacram, maiestatem principis. B. 8) Accurate notare et assequi illos affectus. J. 9) Imperio admoueri, et arte regnandi imbui. J. 10) Ad uitia inclinantes, eaque exercentes. J 11) Aulicorum ministrorum et consiliariorum opera. 12) Quaerant curiosi. J. 13) In ciues. J.

14) Jam

cula, 14) nec aliter, quam grauius, reditura, eum
ad alternam placendi solicitudinem deductura
sint? 15) Vtrinque argumenta, exemplaque, non
decrunt, quae per uicissitudines mortalium re-
rum, 16) quanquam sub iisdem saepe causis, non
eosdem tamen exitus sortita sunt. Sed frustra 31
est haec numinis consilia explorare. Sit a cu-
riosis cogitationibus intactum regum culmen, 17)
ac, ut arcana in sacris uetustatis, 18) non nisi ad
adorationem suspiciatur. Nam optare bonos
principes pietas est, damnare etiam nocentes re-
ligio. 19) Ac cum praeterea non tam ipsi se re- 32
gant, quam ducentibus fatis permittant, quae per
illorum affectus 20) imperiorum inclinationes, 21)
et incrementa, constituunt, omnis ars atque pru-
dentia inspicientium in eorum genium, et de il-
lo coniicientium, saepissime fallit. Primus ab 33
hoc summo fastigio gradus est optimatum, tam
horum, in 22) quos diuisis regni curis principes
ac-

14) Jam exantlata et superata, nec, nisi grauiori cum calamitate, reditura. J. 15) Ita ut princeps de populi, populus de principis, amore ac beneuolentia solicitus sit retinenda. B. 16) Bey abwechſelnden Glücks- und Unglücks-Fällen. J. 17) In regiae dominationis arcana nefas sit nobis curiosius inquirere. J. 18) Arcana in sacris Bacchi maxime, quae cistulae inclusa in Orgiis circumferebantur, et occulta, seu tecta, adorabantur. B. 19) Iſt eine Gewiſſens-Sache. 20) Vel bonos, uel malos. J. 21) Abnahme, Neigung zum Falle. J. 22) Inter quos. J.

23) Auf

acquiescunt, 23) quam eorum, qui summa, dulcique, amicitia eorundem principum animis in-
34 haerent. 24) Per utrosque, ueluti ostia fluminum ad ingens pelagus pertinentia, 25) uota ci-
35 uium, spesque, feruntur. At ipsi, 26) diuersis rationibus ad magna producti, ne iisdem quidem studiis 27) nituntur. Illis igitur, qui flore aetatis, uel generis sorte, 28) aut uiuendi, dicendique, comitate, se eximie principibus commendarunt, institutus ad placendum animus esse solet, quem 29) scilicet, propriis affectibus nega-
36 tum, ex domini ingenio comparant. Mirum quidem, artisque plenissimum, hoc genus seruitutis, 30) uilem, demissumque animum interdum adumbrans, 31) nunc procax, liberumque, ingenium. Interdum uoluptatem consectari, iocis, ludisque incumbere, foecundissimi laboris instar est. 32) Etiam supercilio 33) in dominos uti, et paene regnare, modica tamen, nec longa, con-

23) Auf die ſie ſich verlaſſen, und weiter vor nichts ſorgen. B. 24) Vulgo dicti *Mignons*, *Fauoriten*, Lieblinge. B. 25) Die bis ins groſſe Welt-Meer gehen. 26) Optimates. J. 27) Quibus confirment sibi principum beneuolentiam. J 28) Nobilitate. J. 29) Eum placendi animum, quem ex propriis affectibus, si illos uelint sequi, aut ex ingenio proprio, non habent, acquirunt tamen, dum sese accommodant ad ingenium principis, et ei adulantur. J. 30) Adulationis. B. 31) Humilem et abiectum animum interdum simulans, repraesentans. B. 32) Magnam adulantibus affert utilitatem. B. 33) Arrog ana aliqua. J.

34) Ad

contumacia, principes haud raro accendit, 34) quam amare uolentes, tam amari. Quippe pro- 37
ceres in tam altum, lubricumque, 35) producti, si dominum mollis 36) animi esse cognouerint, nec diu earundem uoluptatum consuetudinem ferentis, 37) parce suos aspectus, iocosque, aut quicquid in ipsis illi placet, indulgent, ita dispensante prudentia, ut amor, saepe, et per interualla, incitatus, nec fastidium sui faciat, nec torpore, aut obliuione, deleatur. Quod si princeps 38
facilis quidem sit in diuersos affectus, amicosque, transire, sed, quocunque se applicet, ut breui, ita coeca, 38) et uehementi, amicitia incumbat, qui ab eo amantur, memores, inundari se altissimo aestu, 39) sed in suum Oceanum stata mutatione redituro, 40) quam auidissimis pectoribus de illa felicitate bibunt. 41) Neque enim lassare hunc amorem flagitatis muneribus timent, qui etiam, nisi tempestiua celeritate excipitur, ut uina, aetatem non ferentia, inutili ueterno consenescit. 42)
Longe alia ratio cum principibus ineunda, qui 39
amoris torrente non perditi, 43) illi suauitati, qua

34) Ad amorem, uel solicitudinem. J. 35) In locum periculosum, ex quo facilis lapsus est. B. 36) Inconstantis. B. 37) Inconstans sit in amore. J. 38) Inconsulta, imprudenti. B. 39) Maxima et effusissima gratia principis. B. 40) Quae facile possit recedere ab homine amato. J. 41) Dum sibi aliquid donari petunt. J. 42) Debilitatur, deficit, desinit. J. 43) Qui non patiuntur se abripi ab amore coeco et immoderato. B.

44) Pru-

qua ad amandum impelluntur, consilium 44)
40 quoque addunt. Nam haec uera, et, si mereris,
perpetua beneuolentia, ut nunquam omnia, ita
semper aliquid, poterit, 45) nec tam spolianda
illa arbor, 46) quam carpenda cum delectu, sci-
41 licet in prouentum reditura. Igitur eiusmodi
dominis gratiosi optimates 47) dare se totos so-
lent, nec unquam in amando maiestatem dedi-
scentes mitigare obsequio, ius libertatis in lo-
quendo, aut monendo, uerecunde usurpare, sae-
pius meminisse, hos esse principes, quam, se
42 amicos. 48) Iis 49) autem ut est prima et assi-
dua cura locum, quem propitiis Gratiis 50) obti-
nuerunt, semper insistere, 51) ita proxima soli-
citudo opes interim cumulare, praefecturas, aut
perennes 52) inire Magistratus, ut, si a tanto api-
ce 53) excidant, saltem felix pristinae potentiae
monumentum 54) ad reliquae uitae securitatem
43 duret. Qui uero, uel suorum 55) immemores,
uel fortunae confisi, illas opes, et tam splendidae
amicitiae quaestum, nihil parcente 56) luxu, aut
in-

44) Prudentiam. J. 45) Tibi acquirere. J. 46) Beneuolentia principis. B. 47) Qui fauore principis fruuntur. J. 48) Qui polleant eius gratia. J. 49) Gratiosis illis optimatibus. J. 50) Per Dei, principisque, fauorem. 51) *Insistere uiam* Terent. Eunuch. Act. II. Scen. III. v. 3. et Plautus Milit. Glor. Act. III. Scen. III. v 55. *insistere negotium*, et Casin. Act. IV. Scen. IV. v. 20. *insistere plantam.* 52) Die auf Lebens-Zeit währen. J. 53) Fauoris culmine. J. 54) Collectae uidelicet opes. 55) Suae familiae. J. 56) Omnia dissipante. J.

57) Per

incuria, 57) conſumunt, dignissimos putes, qui intempeſtiuum tandem ludum 58) in egena ſenectute inutili poenitentia damnent. Est et cau- 44
tio proceribus illis ingens, et quae saepe negligentes peruertit, non ſe domino anteferre 59) in rebus utique, quibus ipse excellere aut credit, aut contendit. 60) Subtilitatis gloriam amat, 45
eloquentiae, fortitudinis, uenaticae artis, militaris peritiae. Non uereatur 61) concedere 62) etiam, qui sentit ſe uictorem, ne princeps in aemulationem exardeat, 63) quae amicitiam extinguere solet, et praeterea peruicacibus 64) odiis foede saeuire. Saepe enim non leni, modestaque, am- 46
bitione, ac nec pro materia, 65) occupatus principum animus eiusmodi gloriae cupiditatibus incumbit, doletque a palma excidere. 66) Nec est aliud, quo certius sibi dominorum animos 67) purpurati isti 68) parent, 69) quam si eos mirari assimulent, sed cum arte, 70) et quae fidem inueniat. Non enim iisdem adulationibus omnes 47
patent.

57) Per negligentiam rei familiaris. J. 58) Luxum et ludicram opum consumtionem. B. 59) Dictis factisque. B. 60) Cupit. J. 61) Aulicus. J. 62) nachzugeben, simulare se inferiorem, tametsi sciat, se antecellere. B. 63) Daß der Herr nicht jaloux werde. B. 64) Constantibus et maxime noxiis. B. 65) Quae saepe digna non est, cui princeps tantum studium impendat. J. 66) Amittere uictoriam. J. 67) Amorem. J. 68) Aulici. J. 69) Concilient. J. 70) Prudenter, ohne daß man den Betrug mercke. J.

71) Non

patent. 71) Vt 72) quisque principum aut sibi
maxime uirtutis est conscius, aut uana credulita-
te elatus, potissimum iis blandimentis decipi a-
mat, aut potest, tot omnium uotis ad placen-
dum, laudandumque, coëuntibus, 73) expugnan-
tibusque uerecundiam de se magna credendi. 74)
48 Nec minor ars extorquendae 75) beneuolentiae
est amoris simulatio, quadam Venere 76) insi-
nuante officiosam gratiam, 77) et pares affectus
49 reposcente. Adhuc uiuit, adhuc tantae fortu-
nae praemiis incumbit, 78) qui incipientem do-
mini charitatem eiusmodi casu felicissime fouit,
79) Princeps, cum equo in itinere prolapsus,
afflicto latere febriculae horrore tentabatur. Ipse
tristi, perculsoque, ut uidebatur, uultu tota nocte
insomnis astitit. Siue ars, 80) siue pietas 81)
fuit, ita domini animum permulsit, 82) ut nemo
deinde

71) Non habent omnes principes fidem omnibus adulationibus. *Patere* est *exponere se ictibus aduersariorum*, ſich bloß geben. Cuius contrarium est *Latus tegere*, ſich wohl in Acht nehmen, daß einem kein Stoß beygebracht werde. Vtrumque ex arte gladiatoria petitum. B. 72) Prout, in ſo weit. J. 73) Quum plures conspirent in id, ut principis gratiam laudando consequantur. J. 74) Dum subigitur animus principis, qui noluerat ex uerecundia de se credere magna. J. 75) A principe. J. 76) Singulari quadam uenustate. B. 77) Gratiam officii plenam. B. 78) Adhuc fruitur praemiis istis, quae ex gratia principis consecutus est. B. 79) Auxit in dies, et sibi conseruauit. J. 80) Simulatio, eine Politique. J. 81) Amor uerus erga principem. J. 82) Clementem erga se reddidit. J.

83) Po-

deinde gratiosior haberetur. Nec dixeris, eius- 50
modi felicitatis arbitrium, 83) qua, tot ueluti ri-
ualibus summas illas amicitias ambientibus, 84)
pauci quidam suis uotis potiuntur, uni fortunae
85) credi. Nam ut illa 86) sua sponte non pau-
cos principibus conciliat, ita multi, artificio et
calliditate destituti, de tanto fastigio solent exci-
dere. Vtique fortunae interdum est ad haec cul- 51
mina, 87) quos placet, subuehere, plerumque
autem prudentiae in ea felicitate positos posse
seruare. Ideo autem formidolosior res est ab 52
hoc gradu prolabi, quia, ad tantae amicitiae sa-
cramentum 88) admissi, uix possunt ab eo uesti-
gio, 89) nisi in odium, aut certe fastidium, reci-
dere. Non tam quippe aboleri amor solet, quam
contrariis affectibus marcescere. 90) Hi uero 53
optimates, per quos princeps praecipua momen-
ta

83) Potestatem. B. 84) Daß ſo viele mit der gröſten Eyferſucht nach des Herrn Gnade ſtreben. 85) Es kömmet gewiß nicht allein auf das Glücke an. J. 86) Fortuna. J. 87) Ad gratiam principis. B. 88) Taciti dictio est *in sacramento esse*, *sacramento Caesarum imbui*, Hist. libr. I. cap. V. et libr. II. cap. LXXXI. Videtur tamen hic uox *sacramenti* pro *re sacra* usurpari, qualis erat pecunia, quae coenae loco data in sacra publica impendebatur, teste Festo de uerb. signif. uel potius ea notione, qua a Tertulliano, Hieronymo, Fulgentio, aliis priscis Christianorum doctoribus, accepta est, ut *mysterium*, et *sacrosanctum aliquod arcanum*, uel *initium* significet. 89) Fastigio gratiae principis. J. 90) Verſchwindet nach und nach, und verliehret ihre Kräffte. J.

ta 91) reipublicae procurat, quibus, externas res, 92) atque ciuiles, 93) credens, in arcanis consiliis potissimum fidem habet, dignitatis suae neruos longe solent in alios concentus temperare, 94) scilicet ad se sic trahere, ac propemodum suas facere, altas illas, et salutis omnium, curas, ut non tam republica egeant, quam suis
54 officiis deinde respublica. 95) Hoc autem assequuntur assiduo in haec negotia studio, ceterorumque, ac nonnunquam ipsorum principum, ingeniis ab intima illarum rerum cognitione,
55 quam maxime possunt, exclusis. 96) Nam tunc quidem tutissime omnia possunt, cum principes suarum rerum ignoratione, et credulitate in
56 ipsos, 97) laborant. Sed, ignari suae famae, 98) ueras uoces non saepius, 99) quam ipsi reges, exaudiunt. Non peculatus, 200) non superbiae inuidiam, non cetera facinora, si quorum infa-

mia

91) Negotia grauiora. B. 92) Negotia et commercia cum exteris gentibus. B. 93) Einheimiſche, inländiſche Affaires. 94) Wiſſen ihre Sayten anders zu ſtimmen, longe aliter suas rationes comparant. B. 95) Das gemeine Weſen kan ihrer nicht entbehren, ſie machen ſich Necessaires. 96) Sie laſſen groſſe Herren nicht hinter ihre Sachen kommen, nicht in die Karte gucken. J. 97) Ministros suos, wenn ſie ſich gantz um die Staats-Sachen nicht bekümmern, und ihren Räthen allzuviel trauen. B. 98) Quum nesciant, quid de se homines loquantur. J. 99) Eben ſo ſelten. J. 200) Peculatus crimen est, quo quis pecunias publicas per fraudem ad se trahit, *Maluersation*. B.

1) Si

mia graues 1) sunt, licet publica indignatione
iactata, 2) ante de suis penetralibus emanasse
cognoscunt, quam, ipso pondere 3) obruti, si-
mul se esse inuisos, et castigari, 4) intelligant.
Vultus ipsis 5) ut plurimum ad grauitatem com- 57
positi, non promiscui accessus, 6) breuia allo-
quia, taediique, aut maiestatis, specie uibran-
tia. 7) Inter hos pauci, nec negotiis confusos, 58
nec marcentes superbia uultus 8) seruant, digni
hi quidem laude, sed nec ceteri accusandi, qui
mores ex dignitate instituunt, et fortunae suae
accedunt. 9) Quippe necessaria quoque inter- 59
dum est sublimis haec maiestas, et de populi
commercio excedens, 10) in illis utique homini-
bus, per quos reges praecipua suae potestatis
momenta 11) exequuntur, cum maxime haec
aditus, loquendique, ambitiosa difficultas 12)
reue-

1) Si oppressi sunt, et grauati, quorundam facinorum turpi insimulatione. J. 2) Licet uulgus de his sceleribus cum indignatione loquatur. J. 3) Ipsa ui et magnitudine infamiae oppressi. B. 4) Puniri a principe. J. 5) Primariis reipublicae ministris. J. 6) Sie geben nicht iederman Audienz. J. 7) Grauitatis in sermone et gestibus, ſie fertigen einen kurtz ab, und zeigen entweder einen Verdruß in ihrer Antwort, oder eine beſondere Grandezza. J. 8) Die nicht wegen überhäuffter Geſchäffte immer finſter, oder hochmüthig ausſehen. B. 9) Pares se fortunae suae exhibent. B. 10) Sie müſſen bisweilen etwas ernſthafft thun, und ſich nicht gemein machen. J. 11) Die wichtigſten Staats-Sachen, maxima regni negotia. B. 12) Wenn ſie ſchwerlich Audienz

reuerentiam conciliet, quo fraeno cohibentur uulgi animi,13) aut timere assueti,aut spernere.14)
60 Sed et illa strictae frontis asperitas, 15) siue fastus est, siue iustae potentiae indicium, indulgeri 16) facillime illis potest, qui in tot curarum praemium hoc honoris potissimum, ac reuerentiae, specimen 17) habent. Etiam, perpetua negotiorum serie, et fastidio, attriti, 18) non utique possunt eosdem semper uultus, nil mutata, aut affli-
61 cta, serenitate, 19) obtinere. Quid? si illa potentia, simulque iuuandi, 20) ac fallendi, solertia, in impias mentes inciderit, ac, dum se, suaque, 21) respiciunt, publicae interim salutis oblitas? Tunc, licet in suis flagitiis uirtutem solertissime adumbrent, 22) tanquam rei domesticae negligentes, et unum principem, 23) remque communem, uideantur respicere, interim tamen negotia eo flectent, unde potissimum suae dignita-
62 ti incrementum, aut incolumitas, allucebit. Si, impeditis principis rebus, plurimum possunt, dum eas omni diligentia uidentur exsoluere, 24) nouis nodis 25) colligabunt, et, ueluti superfusa cali-

dienz geben. 13) Werden in Ehrfurcht erhalten. J. 14) Si quis nimis familiarem se iis praebeat. J. 15) So ein ſauer, oder ernſthafftes Geſichte. B. 16) Zu gute gehalten werden. J 17) Hanc externam speciem. J. 18) Abgearbeitet, abgenutzet. J. 19) Frontis, aut uultus. J. 20) Delectandi. B. 21) Ihr priuat-Interesse. J. 22) Simulent, repraesentent. J. 23) Solius principis utilitatem. J. 24) A confusione liberare. J. 25) Difficultatibus impedient.

caligine, imbuent. Quod si in placida utcun- 63
que 26) republica securius regnant, tunc etiam
necessario oderint motus, 27) sinentque sui tem-
poris pacem in occulta malorum semina adole-
scere, et nepotes fortasse perditura. 28) Quae 64
29) denique reges, suffragiis ad sceptrum uoca-
tos, 30) hos quoque optimates, cupiditates tor-
quent, subita 31) utrinque potentia, nec ut pluri-
mum in sobolem transitura. Quis eos igitur 65
non miretur, qui in hac immensa potentia tam
facile, tantoque praemio, si uellent, peccaturi, 32)
tenere uestigium tamen possunt, 33) rectaeque
34) uirtutis meminisse? Quales in generis hu-
mani subsidium aliquot omni aeuo ad hanc or-
chestram 35) subuehuntur, in se rigidi, 36) candi-
daque, et innocente, 37) gloria omnem ambitum
rei-

pedient. B. 26) Einiger maßen. J. 27) Tumultus, turbas. J. 28) Sie laſſen geſchehen, daß ſich zur Friedens-Zeit ſo viel Böſes anſpinne, daß die Nachkommen darüber bey nahe zu Grunde gehen müſſen. J. 29) Cupiditates. J. 30) Per electionem ab ordinibus regni factam. J. 31) Si quidem et regum horum, et optimatum, potentia temporaria, et cito transitura est. J. 32) Da ſie ſo leichte, und mit ſo groſſen Profit, ſündigen kénten. J. 33) Continere libidines et affectus animi. B. *Tenere uestigium* est, feſte ſtehen, nicht ausgleiten, in Gleiſſe bleiben, cui opponitur *fallens uestigium.* 34) Verae. B. 35) Ad hanc summam dignitatem et potentiam. B. *Orchestra* senatorum propric sedes in spectaculis, die Herrſchafftlichen Loges. 36) Qui semetipsos coërcent. J. 37) Vitiis libera, uacua, intacta, immaculata.

66 reipublicae donantes. 38) Sed nec eiusmodi uiros illa probitas ab inuidia praestare tutos solet. Nam ab ipso dignitatum lubrico, 39) cui duntaxat pauci satis fortes insistunt, uitioque sociorum, 40) saepe eorum uirtus infesta est, 41) neque maledicorum licentia amat ab illis culminibus 42) abire, in quae potest meritissimo saepe indicio, nun-
67 quam autem sine suspicione, 43) grassari. Fructus porro tam ambitiosae dignitatis eximius, 44) quod tuti, et extra teli iactum positi, 45) ceterorum in se inuidiam contemplantur, iis quoque ad se colendum coactis, quos ſciunt non aliter, quam a maligno pectore, et aemulationem celante, ima-
68 ginem 46) beneuolentiae extorquere. 47) Nam haec admirationi coniuncta inuidia, et in solam felicitatem exerta, 48) nescio quo sensu ambitiosae

culata. B. 38) Omnem ambitionem et auaritiam abiicientes, ut sola salus reipublicae promoueatur. B. 39) Gradu summo, unde facillimus lapsus est ad uitia. J. 40) Quibus cum uiuunt, aut qui parem cum ipsis dignitatem habent, uitiose autem uiuunt. J. 41) Sie ſind dennoch wohl bey aller ihrer Tugend wegen ihres hohen Glückes, und wegen anderer Hof-Leute, die ſehr Laſterhafft ſind, verhaßt. B. 42) Summorum in aula uirorum. J. 43) Mit klarem Fug und Recht öffters, doch niemahls ohne Argwohn, ſie könten wohl iemand zu viel thun. J. 44) Est. J. 45) Eo loco, quo, positis inuidia et maledicentia, nocere non possint. B. 46) Speciem externam. J. 47) Sie thun alles gezwungen, aus tückiſchen Hertzen. B. 48) Contra solos felices se prodens. J.

49) Por-

sae uoluptatis, solet hos ipsos, quos petit, per-
mulcere, quippe eos magnitudinis suae admo-
nens, et humilitatis ceterorum. Est et eorum 69
alia, sed multo praestantior, in gerenda republi-
ca praerogatiua, posse magnis, et uirilibus, inge-
niis, quae rei familiaris angustia, aut aliae diffi-
cultates, premunt, propitiam manum dare, 49)
et ueluti adesse naturae imploranti. 50) Quod 70
ut illis 51) facere est decorum, ita nec impune
possunt omittere, 52) scilicet uel tacita indigna-
tione bonorum castigati, 53) uel assidua expro-
brantis 54) uirtutis imagine apud se hanc cul-
pam luentes. Cum enim hoc ipso attolli 55) 71
meruerint, quod aut sint, aut credantur, primae
56) illius, et prudentis, industriae uiri, quid mo-
rantur suam sortem 57) agnoscere, et ingenii si-
militudine iunctos cognata charitate complecti?
Nec ignorant, qui ii 58) sint, aut unde petendi. 72
Nam ut omnium animalium oculi, nisi caecitate
damnati sint, sui generis consortes et uident, et
agno-

49) Porrigere aliquid, et eorum egestati subueni-re. B. 50) Opem ferre auxilium petenti. B. 51) Optimatibus. J. 52) Illam liberalitatem in uiros eruditos. J. 53) Occulta ira, occultis odiis proborum, conuicti suae iniquitatis. J. 54) Turpem auaritiam, dum obuersatur animis eorum semper pauper uirtute praeditus, sed a se neglectus. J. 55) Ex paupertate et humilitate sua. J. 56) Praecipuae et eminentis. B. 57) Sibi similes, et iisdem uirtutibus praeditos. B. 58) Viri docti et prudentes. J.

agnoscunt, ita animi, caligine 59) exuti, in ingentis iudicii felicitatem diffusi, 60) suae sublimitatis socios 61) non dubia contemplatione depre-
73 hendunt. At nec dicant, se multitudine huiusmodi ingeniorum premi, iis omnibus 62) neque se, neque rempublicam, sufficere posse. Bene consultum generi humano, 63) si tanta praestantium animorum messis 64) esset, ut, distributis inter illos rerumpublicarum negotiis, superessent adhuc uacui aliquot superfluo et inutili munere
74 a numine orbi donati. 65) Multo parcius cum felicitate hominum actum, 66) rarumque in omni aetate, ac populo, fuit altum ingenii acumen, purum, aptumque omni uitae, cuicunque incubuerit, 67) excultum disciplinis, exerta, fortique, uerecundia 68) natum, omnia, nec quid
75 nimis, audere. 69) Illas mentes 70) cum optimates uocant in publicae felicitatis partem, seipsos quidem primum, quasi illius genii 71) participes,

59) Affectibus, aut stupore naturali, liberi. J. 60) Qui habent ingens ac felix iudicium. J. 61) Leute von ſo hohen Geiſte, als ſie ſind. 62) Ad alendos omnes eruditos pauperes. J. 63) Ego fore arbitror. J. 64) Copia, abundantia. B. 65) Die GOtt ohne Noth, und gleichſam zum Uberfluß, der Welt gegeben. J. 66) Tam felix non est genus humanum, ut superflua sit copia praestantium uirorum. J. 67) Ad quamcunque se applicuerit. J. 68) Magno et firmo animo. B. 69) Ad omnia audenda, sed ita, ut media semper uia obseruetur. J. 70) Viros tam praestantes. J. 71) Praestantiae animi. J.

72) Fir-

ticipes, commendant, tum reipublicae neruos 72) addunt, nunquam pulchrius, quam a sapientibus, gubernatae. Sane ut artium, quaecunque emi- 76
nent, famam, multitudo artificum, et imperitia, 73) saepe afflixit, 74) plerisque ad ea, quae promittunt, rudibus, 75) sed uanum modo nomen, 76) quo commendentur, quaerentibus, ita sapientiae gloriam, atque scientiae haud raro indigni homines, nec quid minus, quam cum Musis, aut prudentia loquuti, 77) corruperunt. Sed incumbit sum- 77
mis hominibus fictae et adulteratae uirtuti illudere, 78) ueram autem industriam, 79) imperitorum praeiudicio non obrutam, a iustissimis praemiis non arcere.

CAPVT

72) Firmitatem quandam per officia a uiris eruditis praestita. B. 73) Eorundem. J. 74) In contemtum adduxit. J. 75) Sie verſtehen ihr Handwerck nicht, und wollen doch für Meiſter gehalten ſeyn. 76) Inanem famam. J. 77) *Loqui cum Musis* est earum consuetudine et institutione uti. B. 78) Contemnere eam. J. 79) Rechtſchaffene Geſchicklichkeit aber, die nicht etwa nur auf des Pöbels Vorurtheil beruhet, wohlverdienter Belohnung nicht berauben.

## CAPVT XIV.

*De studiis aulicorum. De diuersis generibus et affectibus egenorum, itemque diuitum.*

1 PRaeter haec duo genera optimatum, iam propitia fortuna felicium, 1) ingens est in regiis 2) multitudo, noui, atque patricii, 3) omnis census, 4) aetatisque, homines, illic 5) opes, fa-
2 mam, amicitias, quaerentes. Et hae quidem principum domus, 6) licet ad speciem publicae hilaritatis, luxusque, compositae, nunc choreis 7) exultantes, nunc, ad mutationem ludi, 8) uenatico sudore confusae, plenae honoribus, omni uestimentorum pompa, et epularum, spectabiles, singulis, qui in iis agunt, magnificentiae specie 9) adornatis, et plerumque suam sortem supergressa 10) luxurie, tamen diligentius intuenti uidebuntur nundinarum instar esse, ubi homines laboriosissimum negotiationis genus exerceant.
3 Quot artibus, 11) quotque molestiis, constet haec uita,

1) Beneficio fortunae felicium. J. 2) In aulis. J. 3) Noui, qui iam primum ad dignitates adspirant, quum antea obscuri fuerint, *patricii*, qui uetusta eminent nobilitate. B. 4) Diuersarum opum, da einer weniger, der andere mehr, hat. B. 5) In aulis principum. J. 6) Aulae. J. 7) Ball, Opern. J. 8) Voluptatis, gaudii aulici. J. 9) In speciem magnificentiae, ut uideantur magnifici. B. 10) über ihren Stand und Vermögen. J. 11) Intrigues, Finesses, Politiſche Fündlein und Griffe. J.

12) Auli-

uita, 12) quot curas simulatio miserrimae 13) fron-
tis obducat, ne ii quidem satis dixerint, qui diu
suos ambitus illis malis luerunt. 14) Neque ul- 4
lus in hoc freto 15) portum 16) meretur, nisi qui
adeo intelligat, sibi curam, laboremque, assi-
duum, esse debere, ut haec ipsa, quae in eiusmo-
di uita, 17) ut solet, molli iucunditate blandiun-
tur, in seueros usus flectat, 18) et semper in illis
deliciis inueniat industriae, curarumque, mate-
riam. Nam ut acerrimus quisque labor saepe 5
ad oblectationis dulcedinem mansuescit, 19) ut
cum immodica uenatio, aut studia plus iusto per-
uigilia, 20) acrem animum, nec habenas scien-
tem, 21) delectant, ita ludus etiam omnis potest
seueriori intentione 22) temperari, ut diuertat 23)
in iusti laboris grauitatem. Igitur illa remissio, 6
24) atque otia, quibus aularum luxus uibrat, 25)
non tenent 26) eorum prudentiam, qui minus 27)
egesta-

12) Aulica. J. 13) Simulatio uultus, dum animus miser est. J. 14) Qui per longum tempus suae ambitionis poenas dederunt perferendo illa, quae diximus, aulae mala. J. 15) *Aulam* non *mare* dixit, sed *fretum*, quod in freto periculosius nauigatur, quam in alto mari. B. 16) Felicem exitum. B. 17) Aulica. B. 18) Ad res seueras et utiles applicet. J. 19) Tolerabilior, suauior, iucundior fit. J. 20) Vieles lucubriren, da man die ganze Nacht durch fleißig iſt. B. 21) Qui se non satis moderari didicit. B. 22) Cura, applicatione ad rem seueriorem. J. 23) Sese auertat ad. B. 24) Delectatio aulicarum uoluptatum. J. 25) Splendet, lucet, emicat. J. 26) Non capiunt, non delectant. B. 27) Nondum satis.

egestatem, ambitumue, 28) expleuerunt, ne, in-
ter haec fugitiuae felicitatis simulacra, obliui-
scantur, se felices nondum esse, omittantque for-
tunam, quae ut plurimum non se tradit, nisi in
mercedem impigrae, 29) fortisque, diligentiae.
7 Quaeris itaque, quo uultu, aut quo more, illas
Sirenes 30) excipiant, ne uel auditae 31) no-
ceant, uel, si ab iis rustice contemnantur, hos
proscribant, tanquam intempestiue Philosophos?
8 32) Non opus est truci uultu, barbarisque 33)
9 praeceptis. Si 34) eius conditionis sunt, aeta-
tis, habitus, 35) ut per has pompas, et lepidita-
tis 36) nomina, felicius se credant emergere, 37)
tunc arte 38) hanc magnificentiae speciem adgu-
bernant, quaeruntque comitatis publicam fa-
mam, 39) ad illum quoque luxum suam lar-
uam 40) inflectunt, qui potissimum principi
10 placet. Sed nec, egestis 41) patrimoniis, lon-
gae spei miserias emere debent, nec frangere
animum

satis. J. 28) Ambitionem suam. J. 29) Constantis atque indefessae. B. 30) Illas illecebras deliciarum et uoluptatum aulicarum. B. 31) Earum uoces. J. 32) Qui sapientiam suam alieno tempore exerant. B. 33) Nimis seueris, remotis ab omni urbanitate, morumque comitate. B. 34) Aulicis. J. 35) Beſchaffenheit. J. 36) Voluptatis. B. 37) Ad honores ac diuitias peruenire. J. 38) Mit Geſchicklichkeit. J. 39) Elegantiae aulicae laudem, ſie wollen für vollkommene Hof-Leute angeſehen ſeyn. J. 40) Personam, ſie machen mit, wie es der Herr gerne haben will. J. 41) Quando consumserunt bona sua. B.

42) Durch

animum lenocinio 42) tam lubrici moris, et uoluptates imitantis, qui 43) inter haec assidue monendus est, se uenationi, 44) non praedae, incumbere. Ceteri autem, qui ad hanc delicia- 11
rum speciem non eadem fortuna 45) inuitantur, seu corpore, seu moribus, aut generis sorte, ad eam incommodis, 46) illo errore se capi non sinunt, qui saepe incautis persuasit, non posse fortes esse, aut in aulae cultoribus numerari, nisi qui emineant per audaciae titulos, uel omnem otiosae uoluptatis luxuriem. 47) Sciunt, alios, 12
et securiores, aditus illic 48) ad opes, honoresque, per ingeniosam 49) uirtutem aperiri, quippe 50) consciis hominibus suae sortis ac indolis, 51) eique absque fuco, aut superbia, obsequentibus, multo certiorem apud principes reuerentiam esse, quam ambitiose effingentibus mores, quos suo censui, corporiue, fortuna negauerit. 52) Hanc igitur moderationem illi 13
prudentes 53) tenent, ut, qui ad istas illecebras, 54) uelut ad aliquam artem, coacti sunt, his utantur,

---

42) Durch die Reitzung, Anlockung. J. 43) Animus. J. 44) Dum quaerit honores, famam, opes, nondum autem tenet. J. 45) Dexteritate, Geſchicklichkeit. B. 46) Non satis aptis et idoneis. J. 47) Wenn ſie nicht ihnen viele Freyheit nähmen und alle Wolluſt übeten. 48) In aula esse. J 49) Eruditam, prudentem. J. 50) Sciunt J. 51) Qui suam conditionem, et ingenium suum, nouerunt. J. 52) Die affectiren. 53) Qui habitu ac sorte idonei sunt ad exercendas illas res, quae aulam decorant. B. 54) Aulicas uoluptates. J.

55) Ad

14 tur, non fruantur. 55) Quos uero fortuna tam
luxurioso sumtui non damnauit, 56) has, 57) si
placet, ad sobriam uoluptatem delibent, et ueluti
in requiem curarum grauiorum, magisque, ut
spectent, quam ut ipsi impleant scenam. 58) His
denique, quibus iam facta res, 59) siue sua sedu-
litate, siue maiorum, 60) fas est consectari pares
15 illas suo fastigio uoluptates. 61) Neque mirum,
si hic ad magna 62) sint inepti, quos, uelut aliquo
carmine, 63) attonuerit 64) ignaua, et se unam
contemplans, luxuries, cum non alii 65) magis
uitae, quam quae in regiis 66) ducitur, necessa-
ria esse soleat uigil quaedam, nihilque omittens,
16 sedulitas. Nam ut plantas, arboresque, exigua
semina concipiunt, 67) et modico saltu ingentes
fluuios emetimur in fontibus, 68) ita saepe ad
felicitatis incrementum in aulis sufficiunt parua
initia, et quae oculos 69) facillime lateant ludo,
17 aut otio, intentos. Metellam iam imperantis
Syllae

55) Ad utilitatem tractis, non ad uoluptates. B. 56) Quibus non opus est facere tantos in luxuriem sumtus. J. 57) Illecebras. J. 58) Ipsi eas peragant. J. 59) Qui iam consecuti sunt honores, opes, famam. B. 60) Sedulitate. J. 61) Dieſelben können eines und das andere, was ihrem Character gemäß, mit machen. 62) Negotia. J. 63) Per incantationes, gleichſam durch Bezauberung. J. 64) Attonitos ac stupidos reddiderit. J. 65) Alteri uitae generi. J. 66) Aulis principum. J. 67) Plantae et arbores ducunt originem e paruis seminibus. J. 68) Transilimus in suis principiis B. 69) Illorum, qui intenti sunt in ludum, aut otium. J.

70) Haec

Syllae matrimonio coniunxit, 70) quod, theatrum pertransiens, 71) et ad sedentis 72) humerum leuiter manum nixa, addiderit, 73) uelle se 74) cum tanto uiro in felicitatis partem uenire.
Adhuc iacenti 75) Mario primos animos addidit 18
fortuita 76) Scipionis oratio, illum ad militaris scientiae fastigium, uelut aliquo uaticinio, destinantis. 77) Sciuit enim 78) audientium animos, illo praeiudicio 79) sibi paratos, acerrima diligentia seruare, nascentisque illinc famae ma-
gnitudinem implere. 80) Adeo saepe leui, subi- 19
toque, susurro admonemur commodi uenti, 81) qui, si audiamus, nauem impellat ad uota supra spem, ac paene inuidiam, sublimia. Illos 82) iuuit 83) uiro illustri occurrisse, per soluta, et incu-

70) Haec res. J. 71) Metella. J. 72) Sullae. J. 73) Haec uerba. J. 74) Optare se, ut liceat sibi. J. 75) Obscuro adhuc, nondum illustri. B. 76) Quae forte animo eius excidit nil praemeditato. Confer. Plutarchus in Vita Marii. B. 77) Erant enim Scipionis uerba: interrogati, quemnam post ipsum populus Romanus ducem et principem esset habiturus? Τάχα τοῦτον, Fortassis hunc. Percusserat autem simul leniter humerum Marii manu, qui supra eum accubabat. 78) Marius. J. 79) Scipionis iudicio. J. 80) Er wuſte die durch Scipionis Ausſpruch gewonnene Gemüther an ſich zu behalten, und ſeinen daraus erwachſenden Ruhm zu verfolgen. J. 81) Saepe leui aliquo, et subito, iudicio optimae occasionis admonemur, qua arrepta fortunam consequi possimus exoptatissimam. 82) Alios. J. 83) Multum profuit. J.

84) Ve-

incuriosa, gaudia diffuso, 84) et ad primam, quae obuiam fuerit, amicitiam aperto, 85) hos 86) aut sententiam, aut iocum, tempori 87) inuenisse, indicium fortitudinis, uel industriae, temere 88) elapsum, aut laudatio fortuita, nec iuuare credentis, 89) saepe grandis, auxilii uicem obtinuit.
20 90) Est igitur in dignis hominibus, qui regiam propitiis fatis colant, 91) non praeceps animus, non impatiens lentae 92) ac multiplicis spei, sed compositus, 93) semperque in fortunam intuens, ne incuriosos effugiat, 94) si quid illa etiam perplexe annuerit. 95) Sed expectant in otio, 96) donec ultro illa felicitatis semina 97) occurrant.
21 Magnis artibus 98) iuuant fortunae fauere uolentis industriam, quarum fortasse praecipuam dicas quamplurimos amicitia complecti, aliquem autem mutuo cultu demereri 99) ex iis, quos princeps ad gratiam primae familiaritatis admouerit.

---

84) Vehementissime gaudenti. J. 85) Qui per hilaritatem animi primo cuique obuio amicitiam testatur. B. 86) Alios iuuit. J. 87) Opportuno tempore. J. 88) Sine consilio ac praemeditatione. J. 89) Eius, qui non putauit sibi id profuturum. B. 90) Saepe multum profuit. 91) Qui in aulis feliciter uolunt uiuere. J. 92) Quae non statim ex uoto nostro impletur. J. 93) Tranquillus, sedatus. B. 94) Ne apta ad amplificandam fortunam occasio elabatur. B. 95) Tametsi fortuna interdum uideatur confuse, et mirabili modo, agere. J. 96) Tranquillo animo J. 97) Occasiones optatae. J. 98) Durch allerhand Kunſt⸗Griffgen und Politiſche Streiche. J. 99) Honore, officio, ueneratione, sibi

uerit. 100) Nam et illa succrescendi 1) ratio 22
apertiori inuidiae est subducta, et saepissime re-
gni opes minus 2) regis, quam suorum amico-
rum, 3) beneficium fiunt. Sed sit ille, 4) cui se 23
addicunt, eiusmodi, qui clientes publicis com-
modis 5) possit attollere. Priuatis 6) enim opes
neque uolent purpurati 7) effundere, nec, si ue-
lint, tanti ex illis riuulis 8) aestus, 9) exsudent,
quanti ex ipsorum principum mari. 10) Ex his 24
11) illum, quem sibi propitiauerint, nolunt fati-
gare frequenti, aut inutili, uoto, ne iam ei gra-
ues sint uel ipso conspectu, quasi nouam subinde
per preces molestiam allaturi, 12) aut temere, et
in exiguis rebus, fauore consumto, multum ipsi
debeant, utpote ad preces annuenti, parumque
fortunae. 13) In fabulis 14) quoque uidemus il- 25
lius

sibi conciliare. J. 100) Einen Mignon, oder Liebling des Landes-Herrn. 1) Suam fortunam amplificandi in aulis. J. 2) Non tam. J. 3) Consiliariorum, ministrorum, a quibus plurima beneficia tribuuntur, commendatione principi facta. J. 4) Aulicus, cuius fauorem potissimum ambiunt. J. 5) Quae ex publico aerario, uel reditibus prouinciae, proueniunt. B. 6) Commodis, aus ihrem Beutel. J. 7) Ministri principum. J. 8) E priuatis ministrorum opibus. J. 9) Beneficia. J. 10) Fisco et aerario publico. 11) Ministris. J. 12) Damit ſie ihm nicht ſo verhaßt werden, daß er ſie nicht gerne kommen ſehe. 13) Und wenn ſie auch in Kleinigkeiten unbeſonnener Weiſe ſeine Güte allzuſehr gemißbrauchet, es das Anſehen gewinne, als hätten ſie ihm alles, dem Glücke nichts, zu dancken. 14) Poëtarum, B. Hanc autem fabulam narrat Plutarchus

lius prudentiae expressam imaginem. Neptunus
Theseo filio tria optare indulserat, sanxeratque
summa religione deorum, in iis eum compotem
uoti fore. At ille bis experta iam numinis fide,
15) cum restaret ultimum munus, 16) adeo non
prodegit certum, 17) nec rediturum, 18) benefi-
cium, ut inter Plutonis uincula, 19) caesoque Pi-
rithoo, non inuocaret patrem 20) ad promissae
opis officium, timereque, quasi aliquid ulterius
morte 21) esset, tanto pretio salutem redimere.
26 Est et alius in regiis labor 22) multa utilitate spe-
ctabilis uersatilem animum 23) in diuersa com-
ponere, et motus, affectusque, quicunque iuua-
bunt, 24) saltem in speciem, induere posse, 25)
quod uix commode ullus unquam perfecerit abs-
que sedula, austeraque, diligentia, aut summo
27 in suas cupiditates imperio. 26) Ea arte 27)
multis hominibus parta res, atque decus, 28)
siue

in Theseo. 15) Quum bis iam accepisset a patre Neptuno, quae petierat. J. 16) Beneficium tertium, quod petere licebat ex promisso Neptuni. J. 17) Hat er es ſo gar nicht liederlich verſchwenden wollen, da es ihm ſo gewiß war. J. 18) Vltimum quippe, quod petere licebat. J. 19) Quum captiuus teneretur a Plutone. J. 20) Neptunum. J. 21) Vltra mortem mali. J. 22) Quem aulici sustinere necesse habent. J. 23) Inconstantem. J. 24) Aliquam utilitatem afferre poterunt. J. 25) Sie verſtellen können, wie es Zeit und Gelegenheit erfordert. 26) Er müſte es ihme denn recht angelegen ſeyn laſſen, und ſeine Begierde recht zu beherrſchen wiſſen. 27) Per simulationem ac dissimulationem eiusmodi. B. 28) Honores ac diuitiae acquisitae sunt. J. 29) Qui

siue in liberis ciuitatibus, in quibus una uirtute,
aut uitio, tot dominis 29) non placebis, siue in
principum familiis, ubi non modo simulatio ad
eorum studia flectenda est, 30) sed etiam am-
biendi, 31) qui gratia apud illos excellunt, quos
saepe, uarios ingenio, 32) diuersis obsequiis mi-
tigabis. Haec, et similia, anxiae diligentiae stu- 28
dia sunt illorum, 33) quos spes, et praecepta re-
ctae prudentiae, tenent in aulis. Ceterum ea-
dem 34) aut illic 35) non uidet, aut peiore, quam
caecitatis, 36) malo iuuentus inconsulta asper-
natur, et saepe, parentum 37) indigna laboribus, 38)
a quorum opulenta modestia 39) luxurioso, et
mox egeno, 40) ambitu diuertit. 41) Illis pul- 29
chrum ipsum regiae nomen, et in proceribus nu-
merari, 42) credo maxime, quia haec prima li-
bertas est a scholis, aut magistrorum superci-
lio,

29) Qui omnes uolunt imperare. J. 30) Die Ver-ſtellung muß, wie ſie es gerne haben, eingerichtet ſeyn. J. 31) Illorum fauor quaerendus est. J. 32) Quia ipsi diuersa ingenia habent. J. 33) Dergleichen Sorgen-volle und ängſtliche Beſtrebungen finden ſich bey denen, die ihr Glücke am Hofe ſuchen. 34) Studia diligentiae. J. 35) In aulis. J. 36) Indem ſie tummer iſt, als ein Blinder. J. 37) Suorum. J. 38) Nicht werth, daß ſich es ihre Eltern ſo ſauer um ihrentwillen haben werden laſſen. 39) Quia illi in opulentia sua uiuebant modeste ac temperanter. J. 40) Ex qua luxuria mox sequitur egestas. J. 41) Ambitione recedit, degenerat. J. 42) Illis uidetur eximium esse, in aula uersari posse inter proceres. J.

lio, 43) exeuntium, 44) neque desunt, qui hos
30 nouitios 45) ad inexperta uitia propellant. Quod
si illos perfunctorio principis nutu, aut uerborum comitate, beari contigerit, 46) tunc uero, solutis superbo gaudio articulis, paene labare, 47) qui adfuerint, quos tantae gratiae testes habue-
31 rint, uix se tenentibus oculis perlustrare. 48) Sed
maxime lasciuiae, 49) ludorumque, famam amant, quasi in nobilitatis, et quidem iam uiri-
32 lis, indicium. Nec pro sua se fortuna, 50) sed
ex magnatum 51) sumtu, regunt. Ita cursum supra se euntium aemulati, nec uestigiis tantis pares, exhausto spiritu deficiunt. 52) Hinc 53) interim alieni acerbitas aeris, 54) et indigni questus in principes ab his ipsis, quae peccarunt, quasi suorum omnium ingeniis sapientiam possint 55) infundere, debeatue sacrum aerarium, 56) et per hoc respublica, tantae libidinantium insaniae poe-
33 nas dare. 57) Sunt non in regiis modo, sed in
omni

43) Disciplina. J. 44) Juuenum. J. 45) Aulicos. J. 46) Wenn ſie der Landes-Herr einmal gnädig anſiehet, oder anredet. J. 47) Totius uelut corporis membris collabi incipiunt prae gaudio. J. 48) Incipiunt. J 49) Amoris Venerei. J. 50) Nach ihrem Vermögen und Stande. J. 51) Maiorum in aula procerum. J. 52) Sie wollen es Höhern nachthun, und haben doch das Vermögen nicht darzu, werden dahero bald mit ihren Gütergen fertig, und können nicht weiter. 53) Oritur. J. 54) Groſſe und verdrüßliche Schulden. B. 55) Principes. J. 56) Die Fürſtliche Rent-Cammer. B. 57) Horum libidinantium aulicorum debita exsoluere, des Landes-
Herrn

omni genere uitae, diuerſa quam diuitum, tam
egenorum, ingenia. Egenos autem putem, non 34
modo quos inopia ad ueſtium, ciborumque, miſerabiles
curas adegerit, ſed quibuscunque opes
deſunt ad illam, quam inſtiterint, uitam, et a cuius
claritate, 58) niſi pudenda confeſſione paupertatis,
non poſſint recedere. Igitur ex inopi- 35
bus aliqui apertis doloribus gemunt, et queri 59)
de iniquitate ſuae ſortis, quam excuſare, aut tegere,
eam malunt. Ita magno calamitatis ſola- 36
tio palam poſſunt fortunam obiurgare, fugiuntque
maius inopia malum ſimulare diuitias. 60)
Etiam aſſueſcere incommodis ſuis poſſunt, profeſſisque
laboribus 61) remedium quaerere in
aegritudinem, 62) quam non tegunt. Et hi 37
quidem ſunt uel humilitate parentum 63) ita
facti, ne ad egeſtatem erubeſcere iure poſſint,
uel [quod uitiis paene annumerem] iniquitate
fortunae, uelut uerbere, 64) domiti, nec ſpirare
altius auſi, uel denique, pulchro rerum humanarum
contemtu, nequaquam eam ſortem 65) indignati,

Herrn Beutel ſoll entgelten, was ſie geſündiget. B. 58) Splendore externo. J. 59) Accuſare. J. 60) Euitant malum, quod ipſa paupertate peius eſt, ſimulationem ſcilicet diuitiarum. J. 61) Aerumnis. B. 62) Contra aegritudinem animi, quam aperte profitentur. J. Vſitatius *remedium ad malum*, uel *malo*, quam *in malum*, quod nulla auctoritate ſciam confirmatum, niſi id ſatis eſt, quod *IN* ſaepe idem eſt, quod *ADVERSVS*. 63) Ob pauperem parentum conditionem. J. 64) Plagis et ſcutica. J. 65) Egenam, miſeram. J.

 66) Di-

dignati, in quam a fatis 66) collocantur, et ma-
gna regere idonei, et in paruis non deiecti. 67)
38 Est aliud egentium genus contumaci, Spartana-
que, patientia, 68) ictus fortunae 69) ferentium.
Hi anxios animos, curisque diuulsos, laeti uultus
imagine obducunt, 70) uisi quoque sibi felices,
39 si hoc aliis uideantur. Ita, ad suarum miseria-
rum silentium obstinati, uerecundiae poenas lu-
unt, 71) de publica soliciti fama, 72) nec de do-
mesticorum uoce securi, quibus haec priuata uul-
nera 73) magis patent, et interdum ferenda sunt.
40 Qui ex illis inopibus in uicino 74) opem uident,
et certa [quod interdum ad obsessarum urbium
75) pertinaciam sat est] auxilia, 76) ubi aliquan-
diu paupertatem ficta hilaritate contexerint, non
modo non insimulandi superbiae, sed ingentis
uirtu-

66) Diuina prouidentia. J. 67) Non habent abiectum animum. J. 68) Magna. Nam Spartae, seu Lacedaemone, olim pueri quotidie flagris caedebantur, ut obduresceret eorum corpus. B. 69) Varias calamitates. B. 70) Können immer thun, als wären ſie gutes Muthes, und halten ſich glücklich, wenn nur andere ſie dafür anſehen wollen. 71) Varia mala perferre coguntur propter uerecundiam suam. J. 72) Weil ſie ſorgen, es möchte öffentlich davon geredet werden, und ihre Bedienten es ausſchwatzen, die darum wiſſen, und darunter mit leiden. 73) Miseria, paupertas. J. 74) In propinquo, quae in promtu sit, et facilis acquisitu. 75) Quae interdum extremam paupertatem, et famem tolerant, dum sperant certas, et e propinquo aduentantes, suppetias. 76) Quibus alii homines feliciores ac ditiores cito opitulentur. J.

77) Ex-

uirtutis conscii, dignique sunt, in quorum auxilium felicitas festinet. Hi uero, qui in sua pau- 41
pertate perpetui supplicii imaginem quidem uident, uix aliqua expectatione fortunae spem saltem subuehente, 77) possunt tamen in hunc modum suas opes dispensare, ut inter domestica mala 78) semper ad hanc publicam diuitiarum laruam 79) sufficiant, 80) miseratione prorsus digni, et illum ambitum, 81) quem tot angustiis
82) emunt, certe absque inuidia habeant. Sunt 42
denique, 83) quos, tanquam in extemporaneis torrentibus aquae, ita opes, per hanc inanem, et suis rebus imparem, magnificentiam tandem
in totum defecturae, praetereunt. 84) Ingens 43
illorum animis supplicium subest, et amentia sua dignum, neque est alius maioris piaculi furor, 85) quam nolle de certo exitio declinare matura confessione tuarum fortunarum, 86) quas, dum, sumtu non diu suffecturo, uis a populo summas credi, 87) in perpetuum sic affligis, 88) ne uel possint

77) Excitante. J. 78) Paupertatem, quam domi perferunt. J. 79) Externam speciem, Schein. J. 80) Sumtus erogare sufficientes possint. J. 81) Quem paulo ante *publicam diuitiarum laruam* dixit, hoc est, *externum splendorem, externam speciem opum*, quam praebent. 82) Tot curis ac solicitudinibus domesticis, tanta inopia rerum, quam domi ferunt, ac priuatim. 83) Pauperes. J. 84) Gehen ihnen ganz aus den Händen durch ihr Großthun. J. 85) Maiore supplicio expiandus. J. 86) Paupertatis et miseriae tuae. J. 87) Pro summis haberi. J. 88) Minuis, atteris. J.

possint in mediocribus deinde consistere. 89)
44 Hic magnatum, iuuenumque, praecipue error est, in paternas succedentium opes, acerbis adhuc ingeniis, 90) et nescientibus frugalitatem, uel supra rem, fortunamque, maiorum ex profusis di-
45 uitiis quaerentium famam. 91) Iis animus longa tabe 92) inquietus, et saepe ab ea, quam praefert, magnitudine excidens, quippe uix ulla humilitas, 93) ac nonnunquam fraudis genus, in quod non se secreto dimiserint, si inde intercipi 94) nummi possint, quos postea publice per turbinem inconsultae temeritatis profundant. 95)
46 Neque quidquam periculosius, quam aliquid publicum 96) illis ingeniis credere, omni pretio redimentibus inopiae moram, 97) quam anxia, sed poenitentiam abnuente, sui erroris notitia
47 semper expectant. 98) Nec pauciora sunt in opu-

89) Vt ne mediocres deinceps quidem dici iure possint. J. 90) Immaturis, nondum maturo ingenio instructis. B. 91) Suchen Ehre darinnen, daß ſie mehr verthun, als ihre Eltern ihnen verlaſſen. 92) Vitio prodigalitatis diuturno, quae tabi similis est. Vt enim haec humano corpori succum, ita illa marsupio pecuniam, subtrahit. Hinc Germanorum adagium: Er hat die Schwindſucht in dem Beutel. B. 93) Nulla res tam humilis est, et tam abiecta. J. 94) Acquiri. J. 95) Das ſie hernach gantz unbedachtſam und liederlich durchbringen, ideo ut male quaesita, male subito pereant. J. 96) Aliquid munerum, aut redituum publicorum. J. 97) Qui per uarias artes cito uolunt ditescere. J. 98) Quam inopiam metuunt quidem semper, dum uitium, luxuriam et fraudulentiam, norunt,

opulentorum sorte, 99) quam egenorum, discri-
mina. 200) Quidam scilicet in cumulatas a ma- 48
ioribus opes nascuntur. 1) Sensim alios diuitiae 49
attollunt, docentque paulatim esse felices. Ho- 50
rum utrique nec se mirari solent, nec immodice
exultare, scilicet per ipsam consuetudinem paene
fracto quotidianae laetitiae sensu, 2) quae et nun-
quam nimia est, ubi per gradus exspirat, 3) et
assurgit. Sunt denique, qui repente prodigentis 51
felicitatis munere inundantur, 4) uno curriculo
uiam in coelum e terra 5) emetiti. Et hi, in as-
sueta dulcedine 6) sui quoque obliti, deducuntur
in superbum sortis illius, 7) de qua exiere, con-
temtum. Nuper fuit, ut eiusmodi animum, ad- 52
huc recentibus bonis ebrium, 8) liceret contueri,
et uisa res, quae referatur, digna, quoniam ex
unius pictura 9) plurimorum imagines possunt
effingi.

---

norunt, quo laborant, suum, sed ea tamen illius poenitentia nunquam ducuntur, ut malint emendare B. 99) Diuersis generibus. J. 200) Verſchiedene Arten. J. 1) In groſſen Güthern und Vermögen, oder reich gebohren. 2) Weil ſie es nicht anders gewohnet ſind, rechnen ſie es ſo hoch nicht. 3) Sese exerit. J. 4) Die plötzlich reich werden. 5) Ex inopia ad summas diuitias. *Emetiti* pro *emensi* nouum est, et a Lactantio, nisi forte ibi potius *emoliti* legendum sit, Paulino, et JCtis, primum usitatum. B. 6) Diuitiarum suarum. J. 7) Paupertatis ac inopiae. J. 8) Diuitiis recenter acquisitis quasi inebriatum adhuc, der ſich noch nicht recht in ſeinen Reichthum zu finden wuſte, weil er ihn übereilet hatte. 9) Ex unius hominis repraesentata

53 effingi. Adolescentes duos earundem scholarum commercium non uulgari necessitudine coniunxerat. 10) Nomen huic Mellae, illi uero Coepioni, in cuius patria haec schola, 11) amorisque exordium. Exactis temporibus, quae in eiusmodi aetate litteris dantur, recessit in patriam Mella, arctis primum foederibus in aeternitatem amicitiae cum Coepione compositis. Nec uirilia deinde studia 12) hunc adolescentiae animum mutauerant. Crebris litteris, inuicemque arcana prodentibus, ueteris amicitiae consuetudinem alebant. Interim Coepionem inopinata haereditas in altiorem extulit sortem, et Mella in Coepionis patriam quibusdam negotiis uocatus est. Quem ut Coepio aduentâsse audiuit, non tam amicitiae memor, quam testem felicitatis habiturus, 13) haud mora, uisere properauit. Mellae sincerus amor erat, nec paribus machinis expugnatus a fortuna. 14) Fit igitur bona fide obuius Coepioni, amplexumque 15) saluere multum iubet, et cetera, quae post longi temporis absentiam primo impetu amici meminerunt. At Coepio

imagine. J. 10) Sie wären mit einander in der Schule bekannt, und gute Freunde worden. 11) Erant. J. 12) Viris digna, da ſie ſchon in Aemtern ſaſſen. B. 13) Nicht aus alter Freundſchafft, ſondern nur ihm ſein Reichthum zu zeigen. B. 14) A diuitiis, quae animum hominis, uelut admotis machinis bellicis, solet expugnare, et mutare. J. 15) *Passiua notione amplexus h. l.* Sic et Venantius in Hymnò de Resurrectione Christi.

16) Machte

pio tardos oculos grauiter adgubernans, 16) arguta quoque uoce, tanquam diducere timeret compositi oris formam, 17) paene occepit modulari. Inuitatus in triclinium ſuccedere, ad quod, ut in modicae fortunae domibus ſolet, utcunque anguſti gradus ducebant: quid tu, inquit, Mella, in carcerem me, an thalamum, 18) rapis? Offenderat Mellam tam contumax maieſtas Coepionis, 19) ſed, ne ex aduerſo quoque peccaret, ſe in conducto 20) habitare, reſpondit: Limen, gradus, triclinia, aduenis tam toleranda 21) locari, quam utenda. In cubiculum peruenerant, cum Coepio in lectum negligenter procubuit, 22) frontemque permulcens, iterum incommodos aedium gradus ruſtica urbanitate deriſit, elicuitque indignationem Mellae, quam tamen, ueluti Coepioni annueret, alio riſu texit. At ille, ubi cubiculi cultum, 23) circumactis oculis, tanquam perfunctoria grauitate, 24) luſtrauit, conuertit ad ipſum Mellam uultus, uiſisque ocreis: Equum uero, inquit, habes, an potius equos? Iis quidem eſt pretium, 25) qui

16) Machte ein ernſthafft, grauitätiſches Geſichte. J. 17) Ad grauitatem. J. 18) In ein Zimmer. B. 19) Daß er immer ſo fremde und vornehm thate. J. 20) Zur Miethe. J. 21) *Toleranda diuerſoria* dicuntur, darinnen man zur Nothdurfft bewirthet iſt, und mit dem Accommodement zufrieden ſeyn muß, *utenda*, da man ſeine rechte Bequemlichkeit hat. B. 22) Er ſtreckte ſich auf eine ſehr unanſtändige Art hin aufs Bette, oder den Lehn-Stuhl, J. 23) Die Meubles im Zimmer. J. 24) Gleichſam nur oben hin. J. 25) Equi illi

qui a uobis aduehuntur, nec aliis pernicius fugam ceruorum in nemoribus meis premo. 26) Abnuente 27) Mella, sibi patrios equos esse, quippe aduectos quidem a se, sed, nescio, qua, tabe sub inassueto coelo interiisse. 28) Cur igitur, refert, 29) ocreas geris? Mella contemtim, 30) has sibi in hyemem esse quaesitas. 31) Hic Coepio: Rheda autem, quam sub primo liminis 32) tecto uidi, scis, cuius sit? Cum suam 33) Mella assereret: At tibi, ait Coepio, negabas equos esse? Patrios negaui mihi esse, inquit Mella. Sed me putas tantae urbis compita 34) peditem 35) posse obire? Germanicis ad rhedam equis utor. Bigaene, subiicit Coepio, an quadrigae, rhedam hanc trahunt? Jam fastidium 36) indignationi accesserat. Sed uoluit Mella in totum huic scenae sufficere. 37) Itaque placide, se bigis uehi, dixit. Nam quadrigas illis beatis, 38) qualis

illi apud nos magno sunt in pretio. B. 26) Persequor. *Feras premere*, dem Wilde nachſetzen, par force jagen, ut *hostem premere*. B. 27) Negante. J. 28) Sie wären ihm aber, weil ſie fremder Lufft, Waſſers und Futters, nicht gewohnet geweſen, umgefallen. 29) Coepio. J. 30) Respondit, er antwortete mit einer veráchtlichen Mine. J. 31) Es wären ſeine Peltz, oder Winter-Stiefeln. J. 32) Diuersorii. J. 33) Esse rhedam. J. 34) Plateas. J. 35) Zu Fuſſe. J. 36) Huius sermonis, es wolte ihm nun faſt die Gedult reiſſen. J. 37) Comoediam hanc peragere, affectatam illam Coepionis superbiam omnem tolerare, dissimulans indignationem suam. J. 38) Diuitibus. J. * Ita Horatius saepe diuites *beatos* dixit.

39) Quot,

qualis erat Coepio, se relinquere. Dic autem, inquit Coepio, regi tuo saepe ades? Quis agri tibi modus? 39) Num habes tui iuris oppidanos? 40) Ad haec Mella, paene professo risu, 41) nihil aliud, 42) quam, se maiorum fortunas 43) ita regere, ne aut illis dedecori, aut exitio posteris, uiuat. Iterum, qui annui census essent, 44) importuna sedulitate rogatus, dixit, hos sibi, et interdum amicis, sufficere. Hinc 45) se diuitias potissimum metiri. Sed cum obrui tot quaestionibus taederet, 46) tandem onus respondendi in cupidissimum Coepionem 47) reiecit, coepitque rogare, quot domesticis ad familiaria obsequia uteretur, 48) tum de equorum numero, et quam esset in aula gratiosus? Nec ille de se moderatior, quam in alios prudens. 49) Sed praecipue de studiis aulae 50) egit. Procerum multos ineptissimum genus esse. Hos se non multum operosa calliditate tenere, 51) alios suae fortitudinis gloria capi, iam bis enim descen-

39) Quot, et quantos, agros habes? Land-Güther. B. 40) Subiectos tibi clientes, Unterthanen. J. 41) Aperto, non dissimulato amplius. B. 42) Respondet. J. 43) Accepta a maioribus suis bona. J. 44) Wie viel er jährliche Einkünffte habe. J. 45) Ex hoc usu. J. 46) Taediosum esset Mellae. J 47) Vt qui cupiebat admodum de suis diuitiis interrogari. J. 48) Wie viel er Bediente, Laquais, Geſinde, hielte? 49) Coepio aeque immoderate loquebatur de se ipso, quam imprudenter hactenus interrogauerat Mellam. J. 50) De iis, quae agantur in aula. J. 51) Sibi obstrictos. B.

52) Pugna

scendisse in arenam, 52) alios gratia, qua apud principem ualerent, adductos, quicquid in se est, 53) in amicitiae pretium polliceri. Stupebat attonitus Mella, tantae dementiae uerba, nisi a furioso, 54) posse effundi. Taedio igitur in admirationem, et uoluptatem, uerso, instare acrius coepit, et sponte ruentem 55) per insanas quaestiones praecipitare. Forte modica quies 56) erat, utroque post tot deliramenta in silentium composito, cum Coepio, tanquam acri subeunte memoria, exclamat: At quam putas ingens esse ferarum desiderium canibus meis? Nam hos uetui in siluam, me absente, produci. Accipitres quidem iam opportune cessant, abeuntibus hac anni tempestate, et in successionem renascentibus, pennis. 57) Nec interposita mora. 58) Sed iam flectit in uesperum dies, inquit. Papae! me iamdiu principi adesse oportuit. Habeo obiurgatorem desidiae, 59) quod in hoc lucis 60) protraxerim absentiam meam. His dictis, uelut altiori amplexu, in procumbentem Mellam incu-

52) Pugna singulari decertasse, er habe zweymahl duelliret J. 53) Was nur in ihrem Vermögen iſt. J. 54) Ab homine, qui nolit uideri stultus ac furiosus. J. 55) Hunc Coepionem ad insaniam, da er ſelbſt Luſt hatte, närriſch zu thun, machte er ihn vollends durch Fragen gar zum Narren. 56) Sermonis. J. 57) Sie mauſen ſich, oder bekommen wieder junge Federn. B. 58) Gleich darauf. J. 59) Princeps obiurgabit desidiam meam, nisi adero. J. 60) Vsque in hoc uespertinum diei tempus. B.

61) Dum

incubuit, inuitatumque domum, fastu ad blanditiem accommodato, 61) rogauit, fidissimae amicitiae, et fauere cupienti, saltem si quid opus haberet, postulando ne deesset. 62) Experturum beneficio, nihil pollicitationibus suis integrius esse. 63) Hic fuit colloquii finis, quod attonitus Mella impense subitas diuitias deuouit, si cogerent ad hunc modum insanire. 64) Huic 54
uitio immodicae iactationis uidentur obnoxii, non ii tantum, quorum sapientiam subitis muneribus 65) fortuna obruit, sed et qui militares disciplinas in praecipuam partem gloriae ponunt.
Rudes enim ut plurimum animi, et, uel in ca- 55
stris eruditi, uel inter hos, qui castrensibus uitiis ipsam pacem imbuunt, 66) nihil credunt praestantius, quam timeri, fidem autem facere de se quoque dicentes, insulse arbitrantur. 67) Inde 56
iactationis audacia, tumorque uerborum, quasi omnium gratiam et crudelitatem a ferro 68) suo impetraturus. Hinc Pyrgopolinices, 69) hinc Thraso,

61) Dum superba uerba miscet blanditiis. J. 62) Er ſolte ihme nur etwas ausbitten, es möchte ſeyn, was es wolte, er wäre bereit und willig ihm zu fugen. 63) Er ſolte in der That erfahren, daß er ein ehrlich Mann ſey, der ſein Verſprechen halte. 64) Hominem, cui sana esse ratio debet. J. 65) Diuitiis, die plötzlich und unvermuthet reich werden. J. 66) Tempora pacis corrumpunt. J 67) Putant, credi ab aliis omnia, quae ipsi narrant. J 68) Gladio, et narratione de rebus fortiter gestis. J. 69) Nomen *iactatoris* apud Plautum, seu *militis gloriosi*, qui arces et urbes munitas expugnasse se gloriabatur. J.

70) *Miles*

Thraso, 70) instituti in ueterum scenis, 71) in documentum ferociae, 72) plus tormento uerborum, 73) quam inter uerba belli discrimina ui-
57 brantis. 74) Sed in senibus praecipue, et quidem ducibus, securius, et maiori uenia hoc procedit, 75) factis illis ad gloriam animis, sed nonnunquam inconsulta uanitate errantibus. 76)



70) *Miles gloriosus* Terentii. 71) Producti in scenam sunt a comoedis ueteribus. J. 72) Vt exemplo esent. B. 73) Magniloquentia. J. 74) Sese ostentantis. 75) Wird ſolches passiret. J. 76) Sie ſind zu groſſen Dingen gebohren, es wird aber öffters nur eine Prahlerey daraus.

# CAPVT XV.

*De magistratibus. De causarum patronis.*

AB aularum, principumque, fastigio 1) statim 1
prima est magistratuum 2) dignitas, quibus
fortunae 3) litigantium sunt commissae, sontium-
que ultio, et quae munera iam in iudiciis nume-
rus candidatorum, 4) et quaerendae pecuniae
causa, in uaria nomina exegit. 5) Hi plerum- 2
que, uel nihil dissimulata emtione, in hos gradus
6) ascendunt, uel, ubi haec mercatura de publi-
co arcetur, 7) priuata, et saepe rigidiori cum
proceribus pactione, illic 8) quoque, qui rem-
publicam uendant, 9) inueniunt. Tanto, et 3
saepe immodico, sumtu prouectos 10) palam est
11) ambitionis studiis, aut spe praedae, attineri.
Nam duntaxat reipublicae uelle prodesse cara il- 4
la, et patrimonium destruente, 12) solicitudine,
non istius saeculi uirtus est, 13) et nec forte post
Curios, aut Fabricios, 14) quaerenda. Sed quo- 5
niam

1) Post principes et optimates, in aulis uersantes. B. 2) Inferiorum, iudicum. J. 3) Res, caussae. B. 4) Eorum multitudo, qui munera publica ambiunt. J. 5) Varie distribuit. J. 6) Ad has dignitates. J. 7) Wo die Aemter nicht öffentlich verkauffet werden dürffen. 8) Inter istos. J. 9) Munera publica, honores, dignitates, Magistratus. B. 10) Ad munera publica. J. 11) Jſt es eine offenbahre Wahrheit. J. 12) Magno pretio emta. J. 13) Nostro saeculo sperandum non est. J. 14) Qui continentiae summa laude diu floruerunt. J.

niam nulla iam uirtus gratis, 15) et ob ſuam pulchritudinem, colitur, ſed unaquaeque ſuis praemiis conciliatur 16) hominibus, ideo haec honorum, opumue, in magiſtratibus libido 17) facile ferri poteſt, modo contenti publico, et ueluti permiſſo, more peccandi, ſinceris deinde animis
6 in munus, quod emerint, incumbant. Ceterum ut ab illo, quod ineunt, iugo 18) moderari 19) ſubiectis gentibus poſſunt, et, ſi placet, illudere, 20) ita, niſi maturis ingeniis, et quae non pro ſolo tribunali ſapere 21) poſſint, cupiditates caſtigent, ne ipſi quidem ludibria, aut conuitia, ef-
7 fugiunt. Sed haec tecta, et maxime in abſentes ingeſta. 22) Palam enim adulantium uerbis ſolicitantur in ſuperbiam, ſuique inanem fiduciam, tot litigantium turbis, multo cultu, 23) ſed non diu duraturo, illos propitiantibus, 24) cum nemo, in diſcrimen fortunarum uocatus, ſupplicare iudicibus dubitet, et, uel toruos, aſperoſque, mulcere, uel, dulcedini ambitionis apertos, 25) multa laude,

15) Sine praemio, ohne Profit. J. 16) Jucunda redditur, ac grata. J. 17) Dum munera et dignitates emuntur, quod fit maxime in Gallia. J. 18) Magiſtratu, quem ſunt adepti. B. 19) Prudenter ac ſedulo praeeſſe. B. 20) Vexare, premere, pro ludo et ioco habere, nauci pendere. B. 21) Vltra iuris ſcientiam, die mehr wiſſen, als den Schlendrian, und was in foro bräuchlich. B. 22) Es ſaget es ihnen niemand ins Geſichte. J. 23) Mit vielen äuſſerlichen Bezeugungen, Ceremonies. J. 24) Illorum fauorem quaerentibus. J. 25) Ita, ut ſe facile capi adulationibus patiantur. B.

26) Ve-

laude, et uenerationis gestu, tanquam cibo ali-
quo, satiare. Jam olim illam artem Roma mon- 8
strauit, cum reos, sordentibus togis, 26) neglectu-
que comarum, 27) uiliores, iudicum pedibus re-
uerentia, metusque, affunderet. 28) Sed eius- 9
modi supplicum coetus, in quemcunque deinde
exitum dimittantur, 29) ubi primum extra iudi-
cantium conspectum possunt consistere, hanc ti-
midam placendi 30) laruam ponunt, et, quas ad-
hibuere blanditias, interdum nec modico risu in-
ter suos recensent, etiamque illorum, 31) quibus
adhibebantur, 32) credulitatem. Judices enim, 10
succedentibus clientum agminibus semper pleni,
33) se haud raro ex eorum adulatione metiri 34)
non dubitant, omnesque reuera suo fastigio 35)
concedere arbitrantur, qui sibi composita humi-
litate 36) eorum animos parant. 37) Illos iudi- 11
ces dico, quorum ambitio nostri seculi moribus,
et callidioris uitae peritia, destituta est, 38) siue
nihil uiderint praeter scholam, curiamque, illic 39)
nugari assueti, hic 40) habere cultores et deci-
pi,

26) Vestitu atro ac sordido. J. 27) Weil ihnen die Haare um die Köpffe hiengen. 28) Ad pedes iudicum prosterneret. J. 29) Es mag nun mit ihnen ablauffen, wie es will, ſie mögen ohne Straffe davon kommen, oder nicht. 30) Suis iudicibus. J. 31) Judicum. J. 32) Illae blanditiae. J. 33) Circumdati. J. 34) Aestimare. J. 35) Ei honori et magistratui, quem gerunt. J. 36) Ficta adulatione. B. 37) Fauorem conciliant. J. 38) Die nicht manierlich zu leben wiſſen. 39) In scholis. J. 40) In curia et foro. J.

pi, 41) siue angustis, aut inanibus, animis ad facilitatem 42) facti sint, ut pro se 43) dicentibus
12 auide credant. Sed tunc maxime populari risu iactantur, 44) si, tanquam suae sortis 45) puderet, in militares animos, et sermones, erumpant, 46) si in corporis cultu 47) aularum adumbrent delicias, ceterasque uoluptates consectentur, 48) togarum et tribunalium maiestati 49) non concessas, quae nonnunquam uitia inexpertam adhuc fallunt 50) [nam et saepe ad has dignitates sub-
13 uehitur] iuuentutem. Sed nihil publicae utilitati magis infestum, quam cum magistratus, iudicesque, obliti nominis deae 51) illius, cuius titulis, et ueluti uicaria fide, ius dicunt, 52) ex magnitudine munerum, 53) aut litigantium gratia, 54) affectum componentes, 55) ipsis legibus impone-
14 re 56) non uerentur. Nec facile dixerim, utra per-

41) Ab iis. J. 42) Credulitatem, da ſie alle Complimenten und Ehren-Worte ſo gleich für wahr halten. J. 43) Zu ihren Vortheil. 44) Sie werden dem Pöbel zum Spott und Gelächter. 45) Conditionis inferioris. J. 46) Si animum suum assuefaciunt moribus et sermonibus militum. J. 47) Ornatu, uestitu. J. 48) Imitentur, aemulentur. 49) Denen Unter-Obrigkeitlichen Perſonen. 50) Die noch nicht zu leben, und ſich in ihren Stand nicht zu ſchicken wiſſen. J. 51) Justitiae. J. 52) In deren Nahmen, und an deren Stelle, ſie mit eben der Treue und Redlichkeit Recht ſprechen ſolten, als ſie es thun würde, wenn ſie könnte. J. 53) Quae gerunt litigantes. 54) Qua bene uolunt huic, illiue, parti litigantium. J. 55) Ita, ut indulgeant plus aequo, in alios animaduertant seuerius. 56) Corrumpere leges,

pernicies rempublicam peius infestet, cum amicis, aut cum pecuniae, indulgent. 57) Quippe illa facilitas nihil familiaribus negandi, iudicis animum impietati aperit, 58) per hos flagitiorum gradus ita assuefactum, 59) ut, excusatis specie amicitiae sceleribus, postea, ubicunque odium, aut spes, impulerit, peccare non dubitet, id tandem pro se 60) ausus, quod amicis primum in-
dulsit. Quod si acriter diuitiis incumbunt, si 15
quaerunt de populi malis 61) opes, tunc omnino reipublicae corpus sub illis medicis 62) plus remedio, quam uulneribus, laborat. 63) Pauci ta- 16
men aperto facinore audent uel suae cupiditati,
64) uel amicorum, 65) seruire. Sed est lentior 17
pestis, aut, si mauis, modesta crudelitas, 66) et iam ipsa consuetudine excusata, 67) longis scilicet nodis 68) impedire productas in forum suum causas, 69) et infinito, ac ueluti religioso, 70) ordine

---

leges, contorquere ad lubitum. J. 57) Cum in gratiam et fauorem amicorum, an, cum ex auaritia, deflectunt ab eo, quod iustum est. J. 58) Judici occasionem praebet peccandi. B. 59) Indem er nach und nach der Ungerechtigkeit alſo gewohnet. 60) In suam utilitatem. J. 61) Altercationibus, rixis, iniuriis, mulctis, poenis. J. 62) Magistratibus iustitiam corrumpentibus. J. 63) Aegrotat, affligitur. J. 64) Auaritiae. B. 65) Gratiae. B. 66) Qua miseri ciues pereunt, aut in maxima damna coniiciuntur. J. 67) Sie iſt ſchon praescribiret, ſo ſehr eingewurzelt, daß man ſie nicht mehr für Sünde hält. 68) Impedimentis uaria arte positis, et implicatis. B. 69) Rechts-Proceſſe. J. 70) Als ob man der Proceß-

18 ordine ad exitum sero perducere. His artibus regnum suum producunt in miseros, 71) et uastandos 72) uberius ministris suis tradunt, patronosque, 73) et iam magnam illam gentem, quae clientum miseriis saginatur, 74) perenni pastu
19 implent. 75) Quis ferat et quorundam malas artes? Judicia, quae ipsi uendere palam timent, sub aliis sectoribus 76) prostituunt. 77) Ministros suae domi a memoria, 78) a scriptionibus, 79) habent, qui digerere, 80) qui seruare, relata ita in scriptis disceptantium argumenta, et instrumenta, 81) litium, solent. Hos autem ad tam ambitiosam seruitutem non ante admittunt, quam ingenti, et per licitationem crescente, pe-
20 cunia, 82) seruire meruerint. O ludibrio habitas

Ordnung gemäß verführe, und alſo gantz Gewiſſenhafft. J. 71) Potentiam et tyrannidem suam exercent. B. 72) Perdendos plane, omnique pecunia emungendos. J. 73) Patronos caussarum, aduocatos. J. 74) Multitudinem, die groſſe Menge der Proceß-führenden, die ſich von derer Partheyen Gelde mäſten. B. 75) Machen ihnen treffliche Sporruln, geben ihnen beſtändig etwas zu verdienen. 76) *Sectores* olim dicebantur illi, qui bona damnatorum auctione publica uendebant. B. 77) Sie bieten ſie durch andere feil, und verkauffen ſie heimlich durch den Drittmann, oder durch die dritte, vierdte, Hand. 78) Qui memoriales libellos scribunt, Memorial- und Suppliquen-Macher. J. 79) Ihre Schreiber, oder Secretarien. J. 80) In ordinem redigere. J. 81) Die Acten. B. 82) Wer das meiſte bietet, der bekömmt ſolche Bedienung. J.

83) Ju-

tas fortunas miserorum, qui se tribunalibus 83)
credunt! Ministraturos iudicibus non operam 21
suam locare, sed et magni emere, 84) in familiam, et ad seruilia officia, illic 85) admitti, quid est aliud, quam ueniam scelerum comparare, ut furtiuis inde praedis grassentur 86) in supplices, uenditisque suffragiis, et libellis 87) uel celatis, uel obtrusis, ipsi domino, 88) aut aequitati, au-
sint imponere? Multis tamen magistratuum can- 22
didae mentes, potiorque tam auaris artibus sanctitas, 89) et iusti honores, mercesque, quam leges constituunt. Graues illi, 90) et intra fortunae suae magnitudinem modeste compositi, 91) neque hos magis adulatio implorantium opem, quam iustitiae et famae pietas, laudibus implet.
Si uero hos magistratuum coetus non ex singu- 23
lorum moribus, sed ex totius collegii grauitate, 92) aestimes, mirum quantam sui reuerentiam statim infundant, 93) ut, in eorum conspectum admissus, omnino sentias, Cyneae 94) uerbis dignos,

83) Judiciis, iudicum cognitionibus. 84) Ita, ut a iudicibus salarium accipiant. J. 85) Apud iudices. J. 86) Ministri, scribae. J. 87) Supplicibus, uel actis etiam, et commentariis iudicialibus J. 88) Judici, cui seruiunt. 89) Puritas a sceleribus B. 90) Das ſind anſehnliche ernſthaffte Männer. J. 91) Non efferunt se unquam ultra modum conditionis suae, nihil agunt, quod dignitati suae sit aduersum. B. 92) Ex ratione grauissimi muneris, si omnes iudices, seu uniuersum collegium iudicum, consideres. B. 93) Efficiant apud spectatores, J. 94) In eos conuenire uerba

gnos, qui in Romanorum senatu, quot conuenerant patres, 95) tot se regibus circumsideri,
24 dixit. Sed haec tamen tanta maiestas longe gratiori spectaculo hos mulcebit, qui, forensi negotio uacui, 96) nihil ex iudiciis aut sperabunt, aut metuent, ac, ueluti in portu consederint, mare procellis aestuosum, hosque Neptunos, 97) omnem fluctum suo nutu temperantes, intuebun-
25 tur. Carthagine, Romaque, in foedus compositis, 98) regi Numidarum, Masinissae, qui et ipse Romanam amicitiam colebat, cum Poenis dissidium fuit. Jam in castris utrinque exercitus erant, dictus etiam certamini dies, cum Scipio minor, forte ad alia negotia in Africam missus, peruenit ad castra Masinissae, tantique praelii spectaculum coepit. 99) Tuta illi res, 100) quocunque se fortuna inclinasset, Romani nominis maiestate. 1) Successit ergo in tumulum, uiditque certantes, et impune 2) licuit tot mortalium periculis frui. Et uisa res tam ambitio-

sae

Cyneae, Thessali, quem Pyrrhus, Epirotarum rex, Romam ad senatum miserat. Conf. Plutarchus in uita Pyrrhi. B. 95) Senatores. J. 96) Qui nullas lites habent ac sequuntur. B. 97) Judices. B. 98) Quum Carthaginienses ac Romani foedus inissent. J. 99) Er ſahe dem Treffen mit zu. 100) Tuto poterat spectare hoc praelium, er hatte kein Interesse darbey, es mochte der Sieg hinfallen, wo er hin wolte. J. 1) Quia legatus Senatus populique Romani securitate publica fruebatur. 2) Sine periculo spectare potuit tot hominum pericula praelio decertantium. B.

3) Tam

sae uoluptatis, ut negaret hanc ante se contigisse, nisi Joui 3) ab Ida, 4) Neptunoque e Samothracia, 5) extra aleam 6) Graecorum et
Troianorum bella cernentibus. Idem 7) in fo- 26
ri, iudicumque, spectaculum conuenire non dubites, quo scilicet uix quicquam iucundius, 8) si non in discrimen 9) adductus sis, ut nec preces admouere necesse sit, nec timere. Nam et 27
excultis, 10) ut multi sunt, iudicum animis potes interdum iucundissima familiaritate misceri, aut horum in uariis litibus sensus 11) saltem, neque ineloquentem eruditionem percipere, ac de ipsis iudicantibus tacite ferre sententiam. Aut, 28
si gratum est, 12) in tumultu fori esse, ipse discursantium 13) fremitus, uultusque diuersi, hi exanimati metu, spe alii exultantes, ita animum, oculosque, 14) abripient, ut te utilissimam humanae dementiae scenam 15) intueri existimes. Ac

3) Tam magna haec uoluptas uisa est, ut negaret cuiquam tantam unquam contigisse, praeterquam Joui. J. 4) Monte Troadis. J. Fabula illa narratur ab Homero Iliad. libr. VIII. v. 40. seqq. 5) E Samothraciae quodam monte. Narrat fabulam Homerus Iliad. libr. XIII. v. 10. seq. 6) Extra periculum, extra telorum iactum. B. 7) Tu pariter, eodem modo. J. 8) Esse potest. J. 9) In litis periculum. J. 10) Eruditis, doctrina et experientia ornatis. J. 11) Sententias, iudicia. J. 12) Si placet tibi. J. 13) Den da und dort herum lauffenden Partheyen und Advocaten. J. 14) Tuos. J. 15) Comoediam, spectaculum. J.

29 Ac praecipue patronorum 16) calliditas, ubi elo-
quentia est in pretio, ostentatione scientiae, et
uerborum pompa, uibrans 17) sufficiet ad le-
pidam, nec omnino otiosam, 18) uoluptatem,
qua perfusus, tamen securis suspiriis ad aliena
30 mala interdum ingemisces. 19) Quippe ani-
mus, et sors ipsa patronorum, 20) ut genus hu-
manum etiam sua auxilia in perniciem detorquet,
21) longe a prima tam officiosae pietatis 22) in-
31 stitutione diuertit. 23) Causas apud iudicem
orare, et, uel nocentes accusare, uel adesse
sordidatis, 24) olim magnificum et liberale mu-
nus fuit, etiam hominum, quibus summam
rem 25) in castris, aut senatu, respublica cre-
32 debat. Non saepius in acie Pompeius, quam
sub iudicibus, stetit, primique Caesares, cum
iam omnia possent, tamen reis interdum aduo-
catione 26) malebant, quam summae auctorita-
tis

16) Caussidicorum, aduocatorum. J. 17) Sese ostentans. J. 18) Inutilem. J. 19) Dum cognosces litigantium miseriam, quam saepe praeter fas ac ius patiuntur. J. 20) Aduocatorum. J. 21) Wie denn der Menſch gemeiniglich diß zum Schaden mißbrauchet, was ihm zum Heil geordnet iſt. 22) Quae in eo consistebat, ut aduocati ferrent reis auxilium, quod, saluis legibus, possent. J. 23) Recedit. J. 24) Reis. Rei enim sordida ueste induti in iudicio comparebant, ut sibi pararent misericordiam iudicum, aut populi. B. 25) Summum imperium. J. 26) Tanquam aduocati. J. Conf. Suetonius in Aug. cap. LVI.

27) Huic

tis suffragio, adesse. Merces autem, praeter 33
gloriam, magnificae rei 27) adeo nulla erat, ut,
afflicta deinde illius nobilitatis rectitudine, 28)
et oratoribus iam operam, nec occulte, locanti-
bus, 29) leges primum rogarentur, quae tam pe-
riculosam mercaturam, 30) infamia notatam, ar-
cerent, mox, publico uitio hos quoque obices
proruente, 31) saltem modum constituerent,
certamque pro mercenaria eloquentia pensio-
nem. 32) Jam insaniente orbe, et in immen- 34
sum litibus auctis, gens illa quaestuosa, 33) et-
iamque populosissima, 34) uix ferendo, agen-
doque, clientibus sufficit, 35) suas exuuias ad
certamen tradentibus. 36) Patronis causarum 35
ut ubique unus spiritus 37) ad opes, famamque,
properandi, ita pro conditione regionum sunt
uaria studia, atque gradus, per quos destinata
38) perficiant. Leges, ut plurimum non nudo, 36
et

27) Huic aduocationi. J. 28) Quum nobilitas huius officii ac pietatis corrumperetur. J. 29) Da die Advocaten ums Geld dieneten. J. 30) Venalis scilicet iustitiae. 31) Da das Laſter ſo überhand nahme, daß kein Verbiethen mehr helffen wolte. 32) Schrieben eine gewiſſe Proceß-Ordnung, und Sportul-Taxe vor. 33) Aduocati, qui nihil aliud, quam pecuniam, quaerunt. J. 34) Quorum ingens iam est numerus. J. 35) Vix tamen satis est ad agendas caussas tot litigantium. J. 36) Die ihr Haab und Guth aufs Spiel, und den ungewiſſen Ausgang des Proceſſes, ſetzen. J. 37) Vnus animus, una intentio, uoluntas. J. 38) Sua, nempe cupiditatem diuitiarum et honorum. B.

39) Ani-

et candido, genio 39) perceptas, quo 40) ducebantur, qui illas condiderunt, sed deflexas per innumeros, anxiosque, calliditatis articulos, 41)
37 in praecipuae scientiae 42) parte habent. In iis 43) aliquid inuenire, quo eludi simplicitas possit bono iure utentium, 44) gloriosissimum
38 putatur. Apud plerosque populos illa iura obtinent, quae Romani sibi olim condiderunt, et
39 ciuilia appellamus. Et quoniam eae leges, a peritis olim auctoribus sancitae, robustam 45) et uariam eruditionem habent, ideo earum studium non solum diffundere ingenia solet per ardua ac molesta iuris, factique, argumenta, sed et pulchra antiquarum rerum scientia imbuit, 46) quae ad humanae uitae culturam pretiosa est, 47)
40 in foro saltem ad ostentationem ualitura. 48) In illis autem gentibus, apud quas non ex Romana sapientia, sed ex municipali, 49) et nonnunquam barbaro, 50) gentium scito, iura descripta sunt, uix

39) Animo. J. 40) Quo animo simplici et honesto illi mouebantur. J. 41) Sie wiſſen ſie auf tauſenderley Art zu verdrehen. 42) Quae Jurisprudentia appellatur. J. 43) Legibus. J. 44) Eorum, qui iustam caussam habent. J. 45) Consummatam atque solidam. B. 46) Es müſſen diejenigen, die Jura ſtudiren, nicht allein, was Recht und Unrecht ſey, mit vieler Mühe und Fleiß lernen, ſondern auch Erkånntniß der Alterthümer haben. 47) Die ihren guten Nutzen hat, und viel hilfft im menſchlichen Leben. 48) In foro tamen nullam affert aliam utilitatem, quam, ut eruditio ostentetur. J. 49) Nach dem Land- oder Stadt-Recht. J. 50) Legibus,

uix aliquid humanitatis 51) ingrata cauſidicorum 52) ars habet, et, niſi promitteret quaeſtum, iis quoque inuiſa, qui ſtudioſiſſime eam colunt. Ibi enim patroni cauſarum ingenia non 41
exercent per Romanae, Graecaeque, ſapientiae, aut facundiae, uenuſtatem, ſed, inhaerentes aliquot uocibus, conceptaſque rudibus uerbis leges nunc in cautionem, 53) nunc in dolum, 54) contemplati, uix unquam puriori ſcientia 55) animos mitigant, aut attollunt. Anglia, quae 42
Muſas, et ſtudia litterarum, ſuperbiſſimis Academiarum tectis 56) excepit, quae opulenta haereditate haec ſcientiarum domicilia, 57) uelut in aeternitatem eruditionis, ditauit, legum ſuarum ſtudioſos, patronoſque cauſarum, ideo non poteſt Latinae eloquentiae, aut Philoſophiae, humanitate adornare, quia in iis legibus nullum Romani iuris ineſt, aut peritae 58) antiquitatis, ueſtigium. Gallico ſermone conceptae ſunt, 59) priſco illo, et quem in antiquiſſimis auctoribus aut negligimus, aut ridemus. Si quid ſcriptum eſt uerbis in hodiernos uſus durantibus, hoc ipſum impoſito duntaxat accentu, et pronunciandi

---

bus, conſtitutionibus barbaris, quales *Longobardicae*, et antiquae *Germanicae*, ſunt. B. 51) Humanioris, aut elegantioris eruditionis. J. 52) Rabularum. J. 53) Vt ipſi ſibi caueant. J. 54) Vt alios decipiant. J. 55) Elegantiori doctrinae. J. 56) Palatiis. J. 57) Academias. J. 58) Eruditae. J. 59) Hae leges. J.

60) Dum

43 ciandi errore, 60) suum 61) fecerunt. In hanc
artem institutis raro maioris scientiae cura est,
et ut plurimum nec Latini sermonis elementa
perdiscunt. Satis ad aduocationis rudimentum
62) putatur priscos illos codices 63) legere pos-
44 se, et loquendo corrumpere. 64) Ita initiati
65) adolescentes in collegiis eiusmodi argutia-
rum 66) agunt, multoque tempore prouectio-
45 rum 67) colloquiis, et usu, edocentur. Nam
nec modico aetatis dispendio 68) tam laboriosa
ars, 69) et tot diffusa ingeniis, 70) constat.
Non in ea regione 71) certior ad diuitias uia est.
Quippe Anglia, ab externis quieta terroribus,
seipsam contentionibus fori, 72) haud multum
46 impari cladi, 73) permisit. At cum praeterea
eximii magistratus in praemium illius scientiae
destinentur, nil mirum est, ingenuos adolescen-
tes 74) eius studio capi, adeo ut nulla sit patri-
ciorum gens, quae non cognationis iure, 75) a
quo

60) Dum erronee pronunciant has uoces. J. 61) Pro Anglicis uocibus habent. J. 62) Notitiam, eruditionem. J. 63) Legum. J. 64) Corrupto sermone pronunciare ad modum linguae Anglicae. J. 65) Instructi, edocti. J. 66) Ineptiarum, quas ante recensuerat. J. 67) Doctiorum institutione et exercitatione. J. 68) Zeit-Verluſt. J. 69) Juridica. J. 70) Quam tot homines addiscunt. J. 71) Anglia. J. 72) Den Rechts-Proceſſen. J. 73) Ex quibus non minorem calamitatem accipiunt ciues, quam ab hostibus. J. 74) Nobilium Anglorum familiae. J. 75) Cognatum aut affinem aliquem. J.

76) In

quo in litibus subleuetur, inueniat. Eiusmodi 47
aduocatis 76) uestis est in specimen 77) suae
artis ad pedes pertinens, 78) toto margine, quan-
tum in conſpectum prodit, gentilis cuniculi pelle
suffulta. 79) Hanc et domi subsidium, 80) et
ornamentum publice, habent, nec dubitant in
publicum ocreati procedere, etiam calcaribus
uerberantem pulsantibus togam. 81) Gallia aliis 48
uirtutibus, uitiisque, suarum causarum oratores
instituit. In Academiis nomine iurisprudentiae 49
82) aliquandiu degunt. Illic quidam litteris pro-
pitio genio 83) incumbunt. Alios putes in ue-
ternum, 84) aut immodestiam, 85) natos. Vtris-
que, proh tempora! inde abeuntibus idem ho-
nos, eorundem titulorum promiscua merces. 86)
Qui enim inutili lasciuia, aut torpore, lusere, 87) 50
nihil minus modicae pecuniae ope 88) ad munus
aduocationis perueniunt, emtis scilicet iurisperi-
torum suffragiis, quibus, de discipulorum erudi-
tione testantibus, magistratus et iudices credunt,
iam olim ita tradito more, ut is honor eiusmodi
testi-

76) In Anglia. J. 77) Tanquam signum peculiare professionis ipsorum. J. 78) Adeoque *talaris.* J. 79) Mit Engliſchen Caningen gefüttert. B. 80) Contra frigus. J. 81) Daß der Rock unten an die Sporen ſtößet. J. 82) Velut iuris studiosi. B. 83) Multa industria. J. 84) Prigritiam B. 85) Licentiam, temeritatem, tumultuationes, lasciuiam. B. 86) Datur, tribuitur. J 87) Tempus perdiderunt, uitam, quasi per lusum, egerunt. B. 88) Vermittelſt eines geringen Geldes. J.

testimoniis haberetur, nondum eruditorum, et quidem iura docentium, animis ad facilem, et
51 promiscuam, mercaturam prostantibus. 89) Et hi, immerita dignitate sublati, in ignobilibus deinde coloniis 90) agunt, et inter parem animorum coecitatem obscuro tribunali 91) ad miseram clientum aduocationem sufficiunt, uel, si inter diuitias nati sunt, paternis opibus statim excepti, 92) proh nefas! et in magistratum quoque
52 excrescunt. 93) Qui uero laetum ingenium iurisprudentia primum, mox eloquentia, perfecere, ii sua uirtute totum ordinem patronorum in amplissimam laudem attollunt. 94) Vix in aliis hominibus tam sincera humanitatis studia 95) tanta cura, aut tam felix, litterarum, 96) adeo ut simplicitatem Musarum, quas austeri, rudesue, 97) Philosophi, paene rusticas, 98) extra hominum consortium tenent, erudiisse uideantur ad

89) Siquidem antiquis temporibus eruditi, ac praecipue JCti, sua testimonia non solebant uendere, quod hodie fit, et facile, et promiscue, sine consideratione meritorum. J. 90) Pagis, oppidulis, uiuunt. J. 91) Judicio, cui assident homines rudes, imperiti, indocti. B. 92) In paternam haereditatem immissi. J. 93) Prouehuntur. J. 94) Die bringen der geſammten Juriſten = Facultät, oder Zunfft, groſſe Ehre. 95) Quam in eiusmodi doctis Jureconsultis. J. 96) Humaniorum, elegantiorum. J. 97) Non ratione doctrinae, sed morum. B. 98) Pro disciplinis rusticis, et minus aptis ad uitam ciuilem. B.

99) Pru-

ad ciuilis uitae astus, 99) et deductas 200) de suorum montium secretis, 1) uerae luci aptauisse. 2) Quidam tamen ex illis nimiae eloquen- 53
tiae studio peccant, et iuuentutis stimulis, 3) aut gloriae, feruentes, a commisso patrocinio 4) deflectunt. Judicum quippe, et auditorum, auribus ad uoluptatem seruire adeo curant, ut ex omni numero neminem minus iuuent, 5) quam clientem, et quod poëta 6) olim risit, dicturi de capillis, ament ab Hannibalicis ordiri furoribus, luctumque Cannarum, 7) et rubentem Romano sanguine Aufidum 8) memorare. Alii exercitis 54
per fallendi consuetudinem animis regnant, 9) uenalemque in quoduis patrocinium fidem malo innocentiae 10) exercent. Ita 11) obruere ueritatis

99) Prudentiam, dum ex elegantioribus studiis addiscunt uarias res utiles ad uitam ciuilem prudenter agendam. J. 200) Musas. J. 1) Habitasse namque Musae olim in montibus, ac siluis, a poëtis dicuntur. B. 2) In lucem ueram produxisse, recht ans Licht gebracht. B. 3) Inconsulto impetu. J. 4) A caussa, quam defendere debebant. B. 5) Adiuuent. J. 6) Quod Horatius Art. Poet. v. 136. seqq. praecipit, huic geminum est. 7) *Cannae*, obscurum Apuliae oppidulum, ad quod Romani a Poenis ad internecionem caesi sunt. Confer. Florus libr. II. cap. 17. B. 8) Fluuium Apuliae, e montibus Hirpinis ortum, alluentem Canusium et Cannas, seque in Adriam exonerantem, qui iam *Ofanto* dicitur. B. 9) Principatum inter aduocatos obtinent. J. 10) Non sine graui hominum innocentium damno. J. 11) Solent illi. J.

ritatis indicia, ita magna specie 12) inanes induere umbras, 13) et plus iuris in foro suo in-
55 genio, quam legibus facere. 14) Documentum tam publici mali 15) nullae lites, nulla in iudicium uocata flagitia, quae non patronum 16) inueniant, modo sit aduocationi pretium, 17) cui, 18) tanquam omnis patriae charitatem uincenti, obsequium nūnquam deest. 19)

CAPVT

12) Magna, sed inani, uerborum pompa. J. 13) Schein-Urſachen, nichtiges Vorgeben. J. 14) Hi aduocati solent in iudiciis publicis plus iuris confingere ex peruerso suo ingenio, quam unquam est in legibus. B. 15) Sunt. J. 16) Aduocatum, ac defensorem. J. 17) Dummodo aduocatus pro nauata opera mercedem accipiat. J. 18) Pretio. J. 19) Wo Geld iſt, iſt der Advocat willig zu dienen, wäre es auch gleich wider das Vaterland.

1) Eru-

# CAPVT XVI.

## *De diuinarum scientiarum peritis, deque praefectis religionum.*

ELudant, ut uolent, maiestatem scientiae 1) per 1
contemtum, atque iocos, quidam, barbaris, aut
incultis, ingeniis horrentes, 2) et hunc demum ui-
rilem animum, et nobilitate dignum, existiment, qui
Musas omnes, 3) ut uiles, ineptasque, refugerit, 4)
certe nihilominus sub ictu 5) litterarum, per omnia
paene regnantium, haud raro res eorum sunt, et in
iudiciis, quae utique ex praescripto scientiae regi
debent, tremere 6) solent, suae audaciae et stirpis
obliti. Sed et alia praeterea, maiorque, uis erudi- 2
tionem toti generi mortalium praefecit, religionum
scilicet, et sacrorum, procuratio, quae excultis inter
studia litterarum ingeniis creditur, 7) et plerisque
hominum animis uere imperat, 8) ceteros, neces-
saria simulatione impietatem tegentes, non minus
in obsequio sui tenet. Nec tam ulla demissa, 9) 3
seu

1) Eruditionis. J. 2) Indocti, stupidi. J. 3) Omnes literas, omne genus eruditionis. B. 4) Negligit. J. 5) Sub potestate literarum pendent haud raro res, et negotia eorum a literarum uirtute adeo, ut graue discrimen eiusmodi homines saepe adituri essent, nisi a literis et literatis auxilium ferretur. Sic Seneca de Benef. libr. II. cap. XXIX. *Sub ictu nostro positum*, et Consol. ad Marciam cap. IX. *Tua innocentia sub ictu est.* Contra ea de Benef. libr. VII. cap. VII. *Deum extra ictum sua diuinitas posuit.* B. 6) In metu esse. J. 7) Es werden nur Gelehrte zu Prieſtern genommen. 8) Machet bey den meiſten Menſchen recht groſſen Eindruck. 9) Abiecta, humilis. J.

seu paupertatis, seu ignobilitatis, fortuna est, quae arcere hominem a celebritate famae possit, qui supra probitatis, aut nequitiae, uulgus 10) semet reli-
4 gionis specie, atque argumento, 11) extulerit. Et ne usu, aut effectu, hanc litteratorum potentiam carere existimes, quam facile inermium hominum, et inter solos ualentium libros, 12) nomina percensebis, qui hoc saeculo, sub angustis compositi tectis, et de religione certantes, hos ipsos scilicet superbos Musarum contemtores 13) inter se commiserunt, 14) principibus, populisque, uelut signum ferentes 15) ad exitiabilis belli 16) cladem, quae necdum, consumtis acerbitatis seminibus, 17) ut uidetur, no-
5 stris malis in totum contenta est. 18) Nulla igitur utilior animorum inspectio, quam eorum, qui in hac orbis tam multiplici tempestate 19) ad religio-
6 num clauum sedent. 20) Et hos optime in uarias
7 classes distinxeris. Quidam, ueluti duces, nouis sacris initium faciunt, 21) siue ueram sapientiam habent,

10) Supra uulgus, seu probum, seu improbum. J. 11) Scheinheiligkeit, äuſſerliche Andacht. 12) Qui nihil aliud possunt, quam libros tractare. J. 13) Illos barbaris et incultis ingeniis horrentes, de quibus ab initio capitis dixit. 14) Ad pugnas, et mutuas lites, concitarunt. J. 15) Libris suis, et turbulentis consiliis praeferebant signa quasi, quae reges, principes, populi, ad bellum mutuum excitati, sequebantur, ſie waren die Rädels-Führer. J. 16) Ciuilis. J. 17) Etsi caussa discordiae sublata est. J. 18) Nos uehementer uexat. J. 19) In tam crebris, uariisque bellis ac tumultibus. B. 20) Rem Ecclesiasticam administrant et gubernant. B. 21) Sunt auctores nouae

habent, siue ambitioso errore praecipites. 22) Ita 8
ille, qui ab Aegypto Judaeos remeantes acceptis a
coelo legibus composuit, 23) ita postea sanctus ille
terrarum ac siderum auctor, 24) qui, hominibus
sponte annumeratus, nostro generi sua morte ad ui-
tam iter sanxit. Et, quoniam non hic tantum pro- 9
bitatem, sed et fortunam, qualis in humanis rebus
ludit, describimus, proh nefas! ita ille, qui Arabas
primum, et Syros, postea, quicquid ab India ad Hel-
lespontum iacet, et nunc inde omnes terras ad cite-
rioris Pannoniae fines, suo scelere amplexus, 25) Ly-
biam quoque, paene quanto ambitu circumfusa ma-
ria extendit, 26) sacrilega superstitione corrupit.
Et hos quidem, 27) quos uera et coelestia auspicia 10
28) ad eam legum ferendarum maiestatem dedu-
cunt, nobis haud licet, nisi ad fidem, aut adoratio-
nem, suspicere. 29) Ceteris, qui nomine coele- 11
stium in re tanta abuti non uerentur, 30) populis-
que imponere, eum animum esse necesse est, qui
nec ipsis suis legibus, nec omnino de diuinis, quid-
quam credat, non uirtutibus parcat, non flagitia, nisi
ad speciem forte, refugiat, id quidem potissimum
curans, ut sibi uenerationem conciliet, legesque,
quas condit, ad libidinem, uel superstitionem suae
gentis inflectat. Neque, ut in aliis sceleribus inter- 12
dum

nouae religionis, et quasi haeresiarchae. J. 22) Aguntur. J. 23) In ciuitatem, et iustam rempublicam. *Moses*. B. 24) *Christus*. B. 25) *Mubammedus*. B. 26) Quousque circumfunditur mari J. 27) Mosen et Christum. J. 28) Dei iussa. J. 29) Hos adorari oportet, horum legibus fidem haberi. J. 30) Nouam et falsam religionem instituentes. J.

dum fit, qui sic peccant, decipi ipsi possunt, et uel suae sententiae, uel rerum amore, quae in quaestione uersantur, coecari, 31) sed, suae improbitatis conscii, se impios, et pestes mortalium, non ignorant, maxime cum ad persuadendam populo insolentiam tam seriae nouitatis 32) sit subtilis ingenii exerta 33) procacitas, sed et mentiri multa oporteat, uisum scilicet, uel auditum, sibi numen, communicata cum illo consilia, et quae cetera pestiferi nuga-
13 tores laborant adstruere. 34) Sed haec non omnium saeculorum labes est. 35) Pauci enim, neque semper cum successu, ad tanti flagitii audaciam
14 prouecti sunt. Est aliud hominum genus, longeque frequentius, 36) profitentium, non abire se a patriis sacris, neque aliquid noui afferre, sed tantum errores, humano uitio, 37) et praeter auctorum mentem, in religionem illapsos purioribus docu-
15 mentis uelle exscindere. 38) Et his quidem magnifica species probitatis, et ingeniorum reuerentia, 39) [nam qui tantam rem, nisi industrii, subtilesque, audeant?] denique ipsa nouandi, et a ceteris dissentiendi, cupiditas paene semper sequacium 40)
16 hominum turbam inuenit. Eiusmodi interpretum

31) geblendet werden. J. 32) Tam insolitae et monstrosae religionis nouitatem. B. 33) Manifesta. J. 34) zu behaupten ſuchen. J. 35) Talis corruptio religionis non solet omnibus saeculis contingere, es ſtehen nicht immer ſolche neue Lehrer auf J. 36) Quod saepius, uelut in scenam, prodit, et conspici solet. J. 37) Per errorem hominum. J. 38) ausmuſtern, ausfegen, reformiren. J. 39) Honos, qui uiris magno ingenio praeditis haberi solet. B. 40) Sectatorum, Anhänger.

tum41) lites Ottomanorum gentem multo acerbius
diuersitate superstitionis, quam aemulatione impe-
rii, in Persas incenderunt. 42) Sed quid interest, 17
quo potissimum modo pereant illi populi, 43) qui,
quamcunque elegerint suae legis semitam, 44) er-
rabunt? Nos ipsos in lucem, quae hominibus una
est, 45) missos, quis non maxime indignetur, his e-
ruditorum discordiis tam funesta pernicie 46) pos-
se rapi? Quippe sedecim saecula, 47) quibus no- 18
strae religiones 48) uiguerunt, plus centum ingenia
49) peperere, nouandi studio, et nostris deinde ma-
lis, insignia, 50) quorum quidem exitus 51) ut nun-
quam excusem, quippe nimiae pertinaciae 52) uitio
a iusta, et qualem exorsi uidebantur, modestia 53)
aberrantes, ita primos impetus odisse non utique
semper licet. Nam et opes, et ueternus, 54) otii- 19
que

hänger. J. 41) Qui diuerso modo doctrinam sacram interpretantur. B. 42) Adeo ut Turcae, *Omaris* doctrinam secuti, Persas, Halis interpretamenta amplexos, pro haereticis habeant. B. 43) Turcae ac Persae. J. 44) Interpretationem. J. 45) Veritatem coelestem solam et unicam. J. 46) In diuersas de cultu Dei opiniones per discordias eruditorum. J. 47) A Christo nato. J. 48) Christiana, quae, quum unica sit, in uarias tamen sectas scissa est per diuersa interpretamenta eruditorum. J. 49) Eruditos uiros. J. 50) Qui magnum nomen parare sibi studuerunt reformandi studio, non sine magna calamitate Christianae religionis, qualem auctor hic potissimum Romano-Catholicam uidetur appellare. B. 51) Aberrationes a scopo praefixo sibi. J. 52) Aus Trotz und Eigensinn. J. 53) Quam ostenderant, quum reformationem inciperent. J. 54) Socordia, securitas nimia, torpor animorum. J.

 55) Ne-

que securitas, saepe solutam 55) apud nostrorum 56) aliquot disciplinam impotenti superbia, 57) et aliis plerisque uitiis, obruerunt, et inde 58) tam indignatio peritorum 59) excanduit, quam, specie pietatis dissimulata, inquietorum hominum superbia exar-
20 sit. Quidam enim iustis doloribus uicti detonuerunt, 60) alii saeculi uitia tacito ambitu 61) amauere, quippe occasionem suis questibus, et secessioni,
21 praebitura. 62) Vtrisque idem initium esse solet. 63) Parce 64) primum neque multa exagitant, uotis quoque, et exhortatione optimorum, 65) prouecti, nec tam uidentur irasci, quam monere, et gemitibus dolorem profiteri. 66) Sed ubi ad factionis magnitudinem processerunt, 67) tunc et ipsi lacessere

55) Neglectam nimis. J. 56) Qui Romano-Catholicis sacris addicti sumus. Nam illis auctor addictus erat. J. 57) Dum ipsi uoluerunt omnibus imperare, subiecti esse nemini. J. 58) Propter haec uitia. J. 59) Qui uel intelligebant uitia clericorum, uel cum damno suo experti erant. J. 60) Cum aliqua uehementia coeperunt reformationem. J. 61) Ambitione sua inducti, ne scilicet exciderent lautis conditionibus, quibus fruebantur, ſie wolten die fetten Pfründen nicht gerne verliehren. 62) Quae uitia praebebant ipsis materiam conquerendi, et faciendi secessionem a Pontificia religione. J. 63) Sie machen beyde einerley Anfang in der Reformation, ſie greiffen es beyde auf einerley Art an. 64) Modeste, et ita, ut uitia uitae, erroresque doctrinae, primum non admodum acerbe perstringant. J. 65) Probi quique homines approbant eorum consilium reformandi ecclesiam. J. 66) Hi reformatores, ſie poltern und fluchen nicht, ſie ſeufftzen nur. J. 67) Quam primum partes ipsorum auctae fuerint, et secta fieri coeperit. B.

68) In-

cessere inimicos impunius,68) et utrinque partium studia aemulatione accendi.69) Tunc uero nec 22
tantae celebritatis fortunam satis regunt,70) nec in uestigiis haerent,71) per quae antea ire ad pulcherrimum facinus 72) uidebantur,sed,maiori supercilio 73) assurgentes, plura in aduersariis, et atrocius, 74) damnant, siue 75) quo suum nomen illi sectae,quam effinxerint,miserrima ambitione relinquant,siue quod olim agitatum76) tantae defectionis 77) consilium, nisi sensim, prodere non sunt ausi, uel denique odio in illos incitati,qui prima,et adhuc sancta,78) illorum consilia nimis acri, et intempestiuo, certamine exceperunt. Ita multos piis 23
initiis in hanc emendandi prouinciam ingressos,deinde superbia, uel aemulationis acerbitas, perdidit.
Sunt denique, quibus uera, fortisque, sapientia 79) 24
mentem dedit ea uitia insectandi,quae,nescio quam, ipsis religionis umbram 80) faciunt, culpa mystarum.81) Iis, tam casto impetu 82) a modestia non 25
aberrantibus,sublimis,fortisque,indoles esse debet, et,

68) Incipiunt maiori audacia. J. 69) beyde Partheyen werden hitzig gegen einander. J. 70) Sie wiſſen ſich in ihr Glücke und erlangten Ruhm nicht recht zu ſchicken. 71) Sie bleiben nicht im Gelaiſe, ſie thun der Sache zu viel. 72) Emendationis morum et errorum publicae. J. 73) Efferentes se maiori superbia. B. 74) Maiori uerborum atrocitate. J. 75) Idque ideo faciunt, ut uel. J. 76) Animo conceptum. J. 77) A patria religione. J. 78) Innocentia, pura, redliche, untadeliche. J. 79) Non sophistica et falsa. B. 80) ut religio uideatur fucus esse, et umbra, non religio. J. 81) sacerdotum. J. 82) in tam innocenti proposito. B.

 83) Pro

et, quod rarum est, nihil pro se,83) sed pro publicis
commodis, laborare, contumeliis, inimicitiis, ma-
ledictis, nec in odia rapi, nec a coeptis abstinere.
26 Eximium prorsus munus, 84) arduaeque uirtutis!
Raro enim, qui ab iis sic carpuntur, deesse suis uitiis
85) uideas, aut aequo animo pati censores, sed flagi-
tiis fucum inueniunt, uel, quod peius est, ea quoque
importuno patrocinio tueri non dubitant, conan-
turque hos ipsos monitores, licet intra iusti officii
pietatem compositos, 86) apud populum perpe-
27 trati sacrilegii 87) opinione euertere. Ceterum ut
nascentium religionum ritus suorum auctorum in-
dustria et genio nituntur, 88) ita, postquam a popu-
lo probatae sunt, praefectos suos 89) habent, per
28 quos rite dispensentur. Hos aliae, aliaeque, gentes
diuersis nominibus insigniunt. Nos Pontifices, Prae-
sulesque, 90) et ceteris in eum sensum 91) uocabu-
29 lis, appellamus. Seruandarum religionum non alius
utilior illo regimine 92) modus, qui etiam a coelesti
30 praescripto 93) est. Ex iis qui eruditae et laborio-
sae uirtutis sunt, reipsa sacrorum incolumitatem
sustinent, 94) improbi, 95) saltem specie, et uirtute
digni-

83) Pro sua utilitate. J. 84) Officium est, quod arduam uirtutem requirit. J. 85) Quae excusantur semper, emendantur nunquam. B. 86) Licet obseruent iustos limites officii sui. J. 87) Quasi excesserint modum in admonitionibus, uitiisque carpendis. J. 88) Instituuntur ad indolem et industriam auctorum suorum J. 89) Ephoros, Epoptas. J. 90) Episcopos. J. 91) Quae eundem sensum habent. J. 92) Episcopali. J. 93) Ab ipso Deo in sacro codice praescriptus est. J. 94) Curant strenue, ne unquam mutetur religio. B. 95) Improbi autem curant hoc officium

dignitatis. Munus 96) quondam laboribus plenis- 31
simum, et, dum publicae leges 97) nostra sacra 98)
uetabant, etiam in extremum periculi excurrens,
mox, domita, extinctaque, inimicorum 99) saeuitia,
congestae passim opes in tanti officii reuerentiam
paene causam reuerentiae extinxerunt. 100) Nam 32
additis [et addi quidem decebat] ad illa diuina hu-
manis opibus, atque officiis, tantum onus 1) uergere
in terram 2) coepit eorum uitio, 3) quibus in hac u-
trarumque rerum mixtura tellus potior coelo 4)
fuit. Triste afflictae 5) probitatis argumentum 33
est, quod tanti laboris, curarumque prouinciam,
quae olim ministros 6) quaerebat, iam multo am-
bitu 7) sibi deposcunt homines, nihil minus, quam
de pietate, et laboribus, cogitantes. Ita haec eximia, 34
coelestisque, dignitas 8) plerumque suis ipsa opi-
bus, et ornamentis, concedit, et animum ad haec
munera 9) applicare est ut plurimum in splendidae,
illu-

officium tantummodo sub specie, nur zum Schein, und weil es ihre Würde mit ſich bringet. 96) Hoc officium episcopale erat. J. 97) Ab Imperatoribus profanis, et Christianae ueritatis ignaris. B. 98) Christiana sacra. J. 99) Imperatorum Christiano nomini infensorum. J. 100) Caussa reuerentiae religio est, quae parum abfuit, quin extingueretur per diuitias a sacrificulis congestas. Illi enim ditati negligebant religionem. B. 1) Episcopale munus tam graue. J. 2) Ad bona terrestria coepit propendere, ad diuitias, opes. J. 3) Culpa eorum. J. 4) Qui maiorem curam terrenarum, quam coelestium, rerum habebant. J. 5) Corruptae. J. 6) Sacerdotes, qui praeficerentur. J. 7) Multa cupiditate, ambitione. J. 8) Dieſe hohe, und von GOtt geordnete, Würde muß alſo immer ihrem erworbenen Reichthum und Pracht unterliegen. J. 9) Ecclesiastica. Wer heute zu Tage
ein

illustrisque opulentiae cupiditatem incumbere.
35 Tum, potiti tam ambitiosi nominis, 10) illas gazas
in humanitatem hospitii, et spem egenorum, 11)
collatas 12) permittunt priuatae lasciuiae, 13) nunc
inani picturarum studio, nunc cumulatis uariorum
artificum laboribus, indigne ludendi. 14) Nam has
opes prodigentem per peiora scelera nequitiam
36 modesti doloris uerecundia omittit. 15) Cuius au-
tem dementiae putes non modo tantorum facino-
rum audaciam habere, sed et saepe, quantum 16)
peccent, ignorare? Habent 17) quippe praescriptas
ad numen sibi preces, 18) quas effundant in quoti-
dianae pietatis officium, sanctas has quidem, neque
illis 19) omittendas, sed, tantillo penso defuncti, 20)
credunt, se nihil coelitibus 21) debere, opesque sua-
37 rum infularum 22) bono iure sibi emtas. Laruae
illae, et uecordium furor! 23) quod munus assiduo
labore aegre perficias, id credere leui et perfuncto-
38 ria opera 24) rite absolui. Quod si suas delicias
hac

ein Kirchen-Amt begehret, der trachtet nach Pracht und groſſen Vermögen. 10) Postquam facti sunt episcopi. 11) Zur Ausübung der Gaſt-Freyheit und Allmoſens. J. 12) A maioribus. J. 13) Impendunt in uoluptates. J. 14) Quae lasciuia lusum habet, delectaturque nunc picturis uariis, nunc artificum uariis laboribus. J. 15) Ich ſcheue mich zu ſagen, und kan ohne Betrübniß nicht, wie die Kirchen-Güther auch noch durch gröſſere Schand-Laſter verſchwendet werden. 16) Quam grauiter ac turpiter. J. 17) Hi sacerdotes, canonici, episcopi. J. 18) Ihre Horas müſſen ſie halten. 19) Ab illis. J. 20) Wenn ſie damit fertig ſind. J. 21) Numini diuino, et diuis. J. 22) Dignitatis sacerdotalis diuitias, et episcopalis. J. 23) Spectra quasi sunt, ac simulacra falsae pietatis. J. 24) Nur
ſo

hac saluberrima cogitatione distinguerent, 25) se in specula positos, dicique pastores, 26) si quae ouium 27) sua ignauia in praedam concesserint, 28) in extremam sui 29) perniciem hoc futurum, fortasse interdum deuouerent 30) illam ipsam, qua exultant, otii, lasciuiaeque, licentiam. Sed non o- 39
mnes 31) paribus deliciis, et ignauia, marcent. Nonnulli de uoluptatum sumtu detrahunt, 32) quod in litteratos collocent, ipsi quoque litteras breui impetu, 33) taediumque non ferente, uel in speciem saltem colunt. 34) Alii ad eruditionem perueniunt 40
felici mentis impetu, euincente ignauiam. Sed et ipsi in nullam rem magis eruditione utuntur, quam asserendis illius, qua potiuntur, dignitatis praerogatiuis. 35) In infinitam sui 36) libertatem argumenta inueniunt, facitque dissimulata cupiditas eloquentes. Eo modo dum uidentur unum coelum intueri, 37) unius 38) causam agere, tunc etiam a terra 39) uix recedunt. Qui uero, haec mala e- 41
luctati,

ſo oben hin gethan, ſey es ſchon gut, da es doch, wenn man auch alle Mühe anwendet, nicht vollkommen gethan werden kan. 25) Si de his cogitarent, dum fruuntur uoluptatibus. J. 26) Animorum. J. 27) Si oues aliquae sibi commissae. J. 28) Maligni illius ex orco Genii. J. 29) Pastorum. J. 30) Würden ſie manchmal die Wolluſt verwünſchen und verfluchen. J. 31) Episcopi, ac sacerdotes. J. 32) Parcius indulgent uoluptatibus. B. 33) Non constanti, aut diu duraturo. B. 34) Vel obiter saltem discunt literas, ut uideantur potius literati, quam sint. B. 35) Defendendis priuilegiis, eminentiis, praerogatiuis suis. J. 36) Suae dignitatis et personae. J. 37) Vnam pietatem et religionem uenerari. B. 38) Vnam solamque religionem defendere. J. 39) A curis terrenis

luctati, in dignam suo fastigio mentem consurgunt, et publico splendore 40) ad commodum populi, decusque sacrorum, uti amant, [et uero nunquam eiusmodi 41) desunt] illi nec sui ordinis 42) libertatem sutinent uiolare, nec extorquere alienam, sed, quantum possint, quantumque debeant, solicita
42 contemplatione coniungunt. Et hi demum sunt ad priscae sanctitatis imaginem facti, iisdem curis, uiuendique ratione, quae priscis temporibus opes meruit,
43 ruit, quibus hodie perfruuntur. Absit omnis inuidia. Hi demum sunt antiquitatis 43) beneficiis, et
44 nostra ueneratione, dignissimi. Populus antistitum 44) uoce, ut est eorum exiguus numerus, non satis semper potest de coelestibus 45) erudiri. Hinc doctorum hominum ingens turba, et ubique diuinarum scientiarum 46) candidati, quorum aliqui uere, ac cum sapientia, ei, quam profitentur, scientiae insistunt. 47) Ceteros uerius dixeris pro factionibus suis, 48) quam 49) ueritate, depugnare, adeo, torrentis animi aestu rapti, omnis generis patrocinium probant, quo religionis sanctitatem possint populo commendare, amantque pietatem etiam im-
45 pia ratione prouehere. Suas igitur sententias asserturi pulchre, et cum laude, decipere 50) credunt, etiamsi euidentibus argumentis illi rei faciant fidem,

renis et humanis. B. 40) Dignitatis suae. J. 41) Boni episcopi ac sacerdotes. J. 42) Sacri, episcopalis, ecclesiastici. J. 43) Pietatis antiquae. J. 44) Per episcoporum sermones et conciones. J. 45) De capitibus religionum necessariis. J. 46) Theologiae. J. 47) Animum applicant ad Theologiam. J. 48) Pro defendendis dogmatibus suis. J. 49) Quam pro. J. 50) Animos simplices. J. 51) Quae

dem, quam duxerint esse ueram. De aduersariis 46
porro dicturi, uix sincere illorum sententiam prodůnt, sed deflexam in odium, et paene de sensu auctoris exeuntem. 51) Vesana autem repugnandi cupiditas eo aemulationem deducit, ut, a quibus dissidere inceperint, in omnibus diuertant. 52) Et
hoc solent in pietate 53) numerare. Tum, quasi 47
nihil probe aut astruere ii homines possint, aut carpere, qui semel errauerunt, nefas quoque existimant eiusmodi aduersariorum 54) iudicio proditos in se naeuos agnoscere, et salubri mutatione eluere. 55) Haec itaque propugnando, quae non posse defendi satis constat, iniquissimo praeiudicio onerant iu-
stam in ceteris rebus litem. 56) Magni nexus in- 48
ter omnis eruditionis partes sunt, et affectus, 57) qui diuinarum rerum peritos exercent, saepe cadunt in ceteras Musarum 58) disciplinas, maxime illa consuetudo litterarias 59) lites, ac paene odia, agitandi.
Iurisconsultorum quidem rixae etiam ad inhuma- 49
nitatem uerborum descenderunt, nostro sibi saeculo scuticam, flagellumque, minantium. 60) Abiit in sectas medicina, magis etiam peruicaces, quod illis non in gloriam tantum fama, sed et in opes, quae-

51) Quae plane abit, et discrepat, ab auctoris mente ac sententia. J. 52) Dissideant, dissentiant. 53) Inter opera pia et sancta J. 54) Qui respondere plerumque solent ad ea, quae sunt obiecta J. 55) emendare. J. 56) Ita, ut persuadeamur, eos semper malam caussam agere, dum semel mali fuerunt J. 57) Praui iidem. J. 58) Eruditionis. J. 59) Philosophicas atque Criticas J. 60) Qui aduersariis suis usque adeo etiam minitantur uerbera. J.

61) Sic

quaeratur, 61) et uix unquam ludicrum, aut ad solam uoluptatem, 62) in ea arte certamen ſit, aegris, quodcunque iſti male ſenſerint, immerita calamitate
50 luentibus. 63) Ceterum omnium litteratorum genus in duas rite claſſes diſtinxeris, quarum illa 64) ſit hominum multa quidem eruditione felicium, ſed qui praeterea ciuilibus diſciplinis 65) imbuti, incurioſam 66) ſcholaſticorum morum uilitatem effugerint, alia 67) uero illorum, qui animum unis litteris impenderunt, diutius inter extinctae uetuſtatis rudera, quam cum ſuo ſaeculo, uiuentes, ut plurimum foris inepti, et domeſticis ſordibus uiles. 68) Neque etiam aliam elegantiam aut nouerunt, aut curant, quam illam ſolitariam, qua a Muſis ad contemplationem accepta frui, quam uti, 69) magis poſſunt. Et hos tamen maxima utilitate colueris, ſi ſcias, ab hac cruda, informique, arena 70) exprimere aurum, et nitere illo ipſo ornamento, 71) quod in iis, uelut multo puluere obrutum, lucem amiſit. 72)

61) Sie ſuchen nicht nur Ehre, ſondern auch Geld. 62) Nur zum Vergnügen, und zur Curioſität. J. 63) Aegroti magno ſuo malo id experiuntur in corporibus ſuis, de quo medici inter ſe diſſentiunt. J. 64) Prior claſſis. J. 65) Iis, quae ad uitam ciuilem pertinent. B. 66) Inelegantem, die keine Paedanten und Schul-Füchſe ſind. 67) Altera claſſis eſt. J. 68) Inepti plerumque ad ſocietatem ciuilem, et in ſuis aedibus uiuunt ſordide J. 69) Recte, uti decebat. J. 70) Arte critica, quae in ſe quidem arida eſt, inſtar arenae. J. 71) Criticis, ſcholaſticis. J. 72) In obſcuro iacet, et quaſi omni nitore deſtitutum eſt.

*F I N I S.*

INDEX

# INDEX AVCTORVM, QVORVM TESTIMONIIS RERVM AC VERBORVM FIDES IN HOC OPERE NITITVR.


A.

Ammianus Marcellinus,
C. Sollius Apollinaris Sidonius,
L. Apuleius,
Ariſtophanes,
Decius Magnus Ausonius,
Athenaeus Grammaticus,

B.

Jo. Christoph. Becmannus,
Henr. Ludolph Benthem,
Samuel Bochartus,
Jo. Bodinus,
Jo. Henr. Boeclerus,

C.

C. Julius Caesar,
Guilielmus Cambdenus,
Isaacus Casaubonus,
Catonis Disticha,
Catullus Vrbicarius, Mimographus,
Christoph. Cellarius,
M. Tullius Cicero,
L. Junius Moderatus Columella,
Philippus Cominaeus,
Q. Curtius Rufus,

D.

Dio Cassius,
Diodorus Siculus,

E.

Q. Ennius,
Euphormio Lusinius, seu Jo. Barclaius, Satirici auctor,

F.

S. Pomp. Festus,
Verrius Flaccus,
L. Annaeus Florus,
Fulgentius,

G.

Aul. Gellius,
Albericus Gentilis,
Franciscus Guicciardinus,

H.

Herodianus,
Herodotus,
Hieronymus,
Aul. Hirtius,
Homerus,
Q. Horatius Flaccus,

I.

Paul. Jouius,
Isidorus Hispalensis,
Justinus,
Dec. Jun. Juuenalis,

L.

L. C. Lactantius Firmianus,

Thomas Lanſius,
Frideric. Lindenbruchius,
Juſtus Lipſius,
T. Liuius,
M. Annaeus Lucanus,
T. Lucretius Carus,
Jo. Petr. Ludouici,

M.

Ambros. Aurel. Theodos. Macrobius,
Jo. Mariana,
Pomp. Mela,
Jo. Meurſius,
Minutius Felix,
M. Anton, Muretus,

N.

Cornel. Nepos,
Nonius Marcellus,

O.

Adam Olearius,
P. Ouidius Naſo,

P.

M. Pacuuius,
Rutil. Taur. Aemil. Palladius,
Guido Pancirollus,
Paulinus, JCtus,
T. Petronius Arbiter.
Phaedrus,
Plato,
M. Accius Plautus,
C. Caecil. Plinius Secundus,
Plutarchus,
Polybius,
Iſaacus Pontanus,
Samuel Pufendorff,

Q.

M. Fabius Quintilianus,

R.

Hadrianus Relandus,

S.

C. Criſpus Salluſtius,
Claudius Salmaſius,
Jul. Caes. Scaliger,
L. Annaeus Seneca,
Claudius Seſſelius,
Seruius Honorat. Maurus,
Thomas Smith,
C. Julius Solinus,
Aelius Spartianus,
P. Papinius Statius,
Strabo,
C. Tranquillus Suetonius,
Symmachus,

T.

Cornel. Tacitus,
Fridericus Taubmannus,
P. Terentius.
Q. Sept. Florens Tertullianus,
Theoph. Chronographus,
Theophraſtus,
Jacob. Auguſtus Thuanus,

V.

Valerius Maximus,
M. Terentius Varro,
Velleius Paterculus,
Venantius Honorius Clementianus Fortunatus,
P. Virgilius Maro,
Flavius Vopiſcus,
Gerard. Joann. Voſſius,
Lollius Vrbicus.

# INDEX RERVM.

Primus numerus, isque Romanus, *Caput*, alter, isque barbarus, *Paragraphum*, tertius, idem barbarus, numerum ad *Notas* reſpicientem deſignat, quo etiam adiectum illud *n.* referendum eſt.

## A.


Abdolonymi uotum, XII, 37, 41. n.
Academia quid? XII, 37, 38, n.
Achmetus, Turcarum Imperator, IX, 61, 89, n.
Aegyptus a Turcis occupata, IX, 11, sqq.
Agis laqueo praefocatus, XI, 8.
Albion appellata Anglia, IV, 5, 10, n.
Alcibiades a Socrate amatus, XII, 14.
Aleppensis praefectura, IX, 29, 93, n.
Alexandri M. seueritas in milites, XI, 10.
Alphonsus Albuquerquius, II, 69, 98, n.
Alpes, V, 1, 1, n.
Amantium animus quis? XII, 19.
America, II, 72, 1, n. inuenta et aperta, VII, 18, 61. n.
Amor, quid? XII, 2. sqq. proficuus quibus? XII, 5, sqq. nocens, XII, 10, sqq. tectus, XII, 13, honestus & pudicus XII, 15, sqq.
Amyclanus sinus, VI, 44. 67, n.
Anglo - Saxones Britanniam inuadunt, IV, 6, 13. n.
Angliae fertilitas, IV, 9, sqq.
Anglia olim uitifera, IV, 15.
Anglorum exercitus in Lusitania attritus IV, 40. 16. n. in Hispania attritus morbis, IV 40. 18, n. contemtus mortis IV, 43. leges IV, 44, sqq.
Animorum cognitio salutaris, XII, 20, sqq.
Apenninus mons, VI, 7, 19. n.
Apes Polonicæ, VIII. 32. sqq.
Aperta ingenia quæ? XI, 53. sqq.

Aquitaniæ fertilitas, III, 16.
Ariſtocratia, XIII, 3. ſqq.
Armigeri Anglorum, IV, 32. 97. ſqq.
Athenion mutauit ingenium, XII, 37, 37, n.
Atticæ elogium, VI, 65.
Auernus, VI, 7. 20. n.
Audacia medicorum, XI, 17, ſqq. militum, ibid.
Aufidus, XV, 53, 8, n.
Aulicorum mores, XIV, 1, ſqq.
Aurifera flumina, VIII, 8.

B.

Babylonia, II, 16, 41, n.
Baetis VII, 16, 49, n.
Baldus et Bartolus, II, 42, 17, n.
Barclai iniquum de Germanorum ingenio et urbibus iudicium, V, 6. 14. n. et V, 25, ſqq.
Baſſæ Turcarum, IX, 22, 73, n.
Batauorum ingenia et mores, V, 68, 35, n.
Belgium, V, 65, 28, n. foederatum, V, 67. 33, n.
Bellogradum a Turcis captum, ſqq IX, 14, 44 n.
Bellum Carthaginenſium et Romanorum in Hiſpania, VII, 12, ſqq.
Benacus lacus, VI, 7. 17. n.
Bohemia, V, 23, 72, n.
Bonum publicum Gallorum, IX, 63. 95, n.
Brennus, Gallorum Dux, III, 1, 3, n.
Britannia antiqua, IV, 1. 1, n. IV, 5, 10, n.
Britus s. Brutus, Britannorum conditor, ibid.
Brunſuicenſium Ducum titulus, *Praef.* 1, 1.
Buda a Turcis capta, IX, 14, 45, n.
Godofredus Bullonius, II, 61. 81. n.
Burrhus et Seneca, Neronis praeceptores, Praef. 4, 18.
Byzantium, IX, 15, 47, n.

C.

C. Julius Caeſar populi fauore euectus, XI, 7, cauſſas orauit, XV, 32.
Frid. Vlric. Calixtus puer latinae linguae adſuetus, I, 26, 15, n.
Cambriae Hiſtoria, IV, 7, 21, n.
Cannae, XV, 53, 7, n.
Cantabri, VII, 13, 40, n.
Cantium, montoſa regio, IV, 15, 44, n.
Carolus Andegauenſis regni Siculi occupator, III, 21, 65, n.
Carolus V. Imp. VII, 20, 71, n.
Carolus Audax, IX, 63.

Cato-

Catonis Vticensis pueri severitas, I, 32.
Caudae Anglorum, IV, 45, 42, n.
Caussidicorum artes, XV, 7. sqq. munus, XV. 29. sqq. Romanorum grauitas, XV, 31. sqq. Anglicorum munus, XV, 42. sqq. ueſtis, XV, 47.
Census Romanorum, I, 24, 7, n.
Chalcenteri uiri, X, 72.
Characteres populorum, II, 55.
Chersonesus Cimbrica, VIII, 56. sqq.
Christus, XVI, 8, 24.
Christianissimi titulus unde, Praef. 1, 2, n.
Ciuitates liberae imperii, V, 51.
Cleomenes Ephororum caedem molitus, XI, 9.
Clericorum peruersi mores, XVI, 35. sqq.
Christoph. Columbus, VII, 18, 62, n.
Comites Palatini Britanniae, V, 48, 42, n.
Consiliarii principum, XIII, 53, sqq.
Constantinopolitanum imperium, IX, 8, 18, n.
Constantinopolis occupata a Turcis, IX, 9, 54, n.
Copernicanorum ſententia, IV, 49, 52, n.
Cosmi Medicaei foecundum otium, X, 71, 80, n.
Crocus in Anglia nascens, IV, 19.
Cumae, VI, 7, 20, n.
Q. Fabius Cunctator, I, 64, 37. n.
Custodes et aeditui antiquae uirtutis, X, 56.
Cyneae de Senatu Romano iudicium, XV, 23.
Cyri pueri indoles, I, 30.

D.

Dalmatae, VIII, 21.
Decepta simplicitas, V, 81, 73, n.
Democratiae, XIII, 1, sqq.
Diuitum ingenium & mores, XIV, 47, sqq.
Documentum patricii generis, V, 63, 21, n.
Ducum Brusuicensium titulus, Praef. 1, 1, n.

E.

Ebriositas Germanorum, V, 15, sqq.
Edgarus, rex Angliae, IV, 7, 21, n.
Eduardus Senior, IV, 6, 15, n.
Eduardus I. Rex Angliae, IV, 7, 21, n.
Eduardus III. rex Angliae, IX, 52, 55, n.
Eybertus primus Britanniae monarcha, IV, 6, 15, n.

Egenorum ingenium, XIV, 34, sqq.
Electores Germanici, V, 55, 68, n.
Eliſabetha Anglica Luſitanis opitulata, IV, 40, 16, n.
Eloquentium uirtutes ac uitia, X, 16, sqq.
Emendatores morum publicorum, XVI, 14.
Epiſcopi munus, XVI, 27, sqq.
Eugenius III. P. M. iuris Canonici auctor, II, 42, 16, n.
Expeditiones Sacrae, IX, 51, sqq.
Extemporariae ſubtilitatis homines, X, 7, sqq.
Externarum gentium irruptio in imperium Romanum, II, 37, 97, n.

F.

Facies externa fallit, XII, 27, sqq.
Facundiae uirtutes ac uitia, X, 16, sqq.
Fatum credunt Angli, IV, 41, 19.
Fauorini iudicium de Hadriani ſcientia, X, 61.
Ferdinandus Catholicus, VII, 16, sqq. VII, 44.
Ferguſius, Scotorum rex, IV, 71.
Fiducia ſui peſtis ingeniorum, X, 63, sqq.
Formianus ſinus, VI, 44, 67, n.
Fornaculae Germanorum, V, 12, 22, n.
Fortitudo quae? I, 57, 17, n. XI, 24.
Fortitudinis ac temeritatis diſcrimen, XI, 1, sqq.
Franci, III, 6, 18, n.
Francia Orientalis et Occidentalis, ibid.
Fratres ſe appellant reges, Praef. XI, 52, n.

G.

Galbae caedes, XI, 11.
Galeatius, Mediolanenſis dux, III, 21, 63, n.
Galliae ſitus, III, 17, sqq. termini ueteres, ibid. diuiſio antiqua, ibid. Fertilitas, III, 8, sqq.
Gallia a Romanis uicta, III, 5, 14, n.
Gallorum bella, uictoriae, prouinciae, mores, III, 18, sqq. leuitas, III, 59, sqq.
Galli an a Troianis orti? III, 7, 24, n.
Gallo - Graecia, III, 1, 3, n.
Gallia et Britannia an ſuera regna? V, 46, 36, n.
Vaſco de Gama, Indiae inuentor, II. 69, 98, n. VII, 21, 74, n.
Robertus Gentilis puer lingua-

linguarum multarum gnarus, I, 26, 15, n.
Germaniae deſcriptio, V, 1, ſqq.
Germanorum eruditio, VII, 39, ſqq.
Goa Luſitanorum, II, 69, 98, n.
Gothi, Hungariae incolae, VIII, 1, 3, n. in Hiſpaniam irruperunt, VII, 14, 46, n.
Tib. et Caius Gracchi, XI, 6.
Gratianus, iuris Canonici collector, II, 42, 16, n.
Grenouicum deſcriptum, II, 1.
Guilielmus Auriacus, V, 90.

H.

Haereſiarchae, XVI, 7, ſqq.
Hannibal Italia ſummotus, I, 64.
Hanſeaticae ciuitates, V, 51, 57, n.
Heſperia ultima, VII, 13, n.
Hiberniae deſcriptio, IV, 95, ſqq.
Hieroſolyma capta a Bullionio, II, 61, 81, n.
Hiſpaniae ſitus, nomen, diuiſio, coniunctio, VII, 1, ſqq.
Hiſpanorum indoles, mores, ſtudia, faſtus, VII, 22, ſqq. 29. ſqq.
Hiſtoriae ſtudium utile, X, 37.
Homo bene emitur, qui ſalutione conſtat, V, 93. 14, n.
Hungaria unde dicta, VIII. 1. 4. fertilis VIII, 5.
Hungarorum indoles, mores, ſtudia, odia in Germanos, Turcas, VIII, 9, ſqq.
Hunni, VIII, 1. 3. n.
Hydraulica organa II, 40, 8, n.
Hyrcanum mare, VIII, 44, 13, n.

I.

Iacobus I, Rex Britanniae IV, 8. 26, n. IV, 71, 28. n. e graui periculo liberatus VIII, 64.
Iaſon II, 42, 17, n.
Iberus VII, 16, 49, n.
Ierna, IV, 95, 87, n.
Illyricum, VIII, 4, 12, n.
Imitatio ingrata ac ludicra, III, 28.
Immunitas ab armis ſacerdotum ac ſenum III, 4. 13, n.
Impauida indoles qualis, XI, 1, ſqq.
Imperator Germaniæ, V, 52, ſqq.
Ingenium medium, optimum, X, 42, ſqq. timiditatis, XI, 25, ſqq. tectum, XI, 62, ſqq. uarium et mutabile XI, 70.

Ingeniorum discrimina, X, 65, sqq.
Ingenia hominum pro sorte diuersa, XII, 35. sqq.
Insubres, VI, 52, 91, n.
Intemperantia quid? I, 3, 14, n.
Ioannes, V, Rex Lusitaniæ, VII, 35, 22. n.
Isabella, regina Hispaniae, VII, 16, 51, n.
Italiæ descriptio, VI, 1. sqq.
Italorum mores, VI, 51, sqq.
Judæi, IX, 66.
Judices quid deceat XV, 13. Neptuni instar, XV, 24.
Judicium de hominis indole caute instituendum, XII, 24, sqq.
Julius Vindex, II, 35, 87, sqq.
Juris studiosi Gallici, XV, 48, sqq.
Jus Canonicum, II, 42, 16, n.

L.

Leges Anglicæ XV, 42, 59, n. barbaræ, XV, 40. 50, n.
Leslinus, Cambrorum princeps, IV, 7, 21, n.
Libertas et licentia quid? VIII, 38, 98, n.
Libido Turcarum, IX, 36. sqq.
Linguarum periti pueri, I, 26, 15, n.
Literae an solae magna faciant ingenia? X, 46, sqq.
Literatorum sectae et classes, XVI, 48, sqq.
Liuius Drusus Catonis aunculus, I, 32, 33, n.
Petr. Lombardus Scholasticae Theologiae parens, II, 42, 11, n.
Londini descriptio, II, 11.
Longobardia a Gallis petita, III, 21, 64, n. descripta, VI, 7, 22, n.
Longobardiae Historia, III, 21, sqq.
Longobardi Pannoniam insederunt, VIII, 1.
Ludouallus, Cambrorum princeps, IV, 7, 21, n.
Lupi pro tributo imperati, ibid.
Lupis Britannia caret, IV, 16.
Lusitania VII, 11, sqq. Hispaniae adiecta, VII, 22, sqq. a Philippo II, occupata, IV, 40, 16, n.
Lusitanorum prouinciae Indicae, II, 69, 98, n. studia, VII, 35, 22, n.
Lycurgi lex de adolescentibus, XII, 14.

M.

Magistratus munus XV, 1, sqq. sacrosanctum, XV, 22,

22, uenale in Gallia, III, 47, sqq.
Manna, I, 24, 8, n.
Marius Scipionis oratione erectus, XIV, 18.
Masinissae cum Poenis bellum, XV, 25.
Mauri in Hispaniam irrumpunt, VII, 15, 48, n. Hispania expelluntur, VII, 17, 58, n.
Medicorum audacia, XI, 17, sqq.
Mediolanum a Carolo V. assertum, VII, 20 72, n.
Memoria facilis unde? I, 27, 17, n.
Memphis, IX, 43, 1, n.
Mens Dea Romanorum, I, 6, 33, n.
Mercatura Gallis uilis, III, 43, sqq. Italis cara, III, 45, nec non Britannis, ibid.
Merces Britannicae, III, 12.
Metella in Sullae thalamum euecta, XIV, 17.
Militum Romanorum potentia, II, 36, 93, n.
Mimus quid? I, 14, 66, n.
Moenus et Mosella Rheni incrementa, V, 8, 16, n.
Monachi legati, VII, 44.
Monachorum diuitiæ noxiae, IV, 52.
Monarchia, XIII, 3. sqq.
Monomachia Gallorum, III, 69, Germanorum, III, 73, 18, n.
Mores populorum, II, 55.
Moses, XVI, 8, 23, n.
Muhammedes, XVI, 9. 25, n.

## N.

Neapolitani regni historia, III, 21, 65, n.
Neapolis, VI, 44, sqq. Hispaniae accessit, VII, 19.
Neronis præceptores, Praef. 5, 4, 17, n.
Nobilitas Galliae, III, 40, sqq. Germaniae, V, 63, sqq. Hungariae, VIII, 11, sqq. Poloniae, VIII, 39, sqq. Scotiae, IV, 76, sqq.
Normanni Anglia potiti, IV, 44, 37, n. emigrantes unde, VIII, 57, 60, n.
Noruagia, VIII, 56, sqq.
Noruagis uentus uenalis, VIII, 63, 80, n.
Guilielmus Nothus, seu Conquaestor, IV, 44.
Numantia, VII, 10, 27, n.

## O.

Optimatum Anglorum privilegia, IV, 34, sqq.
Optimatum ingenium, XIII, 33, sqq.
Organa hydraulica, II, 40, 8. n.

Otium Athenis uetitum, V, 78, 66. n.

P.

Palatinus Hungariae, VIII, 19, 50, n.
Palaestina, II, 16, 41, n.
Pannonia VIII, 1, sqq. a Turcis oppugnata, IX, 14, sqq.
Papyrii praetexta curiae capax, I, 24, 5, n.
Peculatus crimen, XIII, 56, 209, n.
Persiae descriptio, IX, 11. sqq.
Philippus Augustus Galliae rex, IX, 51.
Philippus Austriacus, VII, 18, 65, n.
Philippus V. rex Hispaniae, VII, 35, 22.
Philippus Valesius, IX, 52.
Picti a Scotis expulsi, IV, 6, 20, n.
Picenum, VI, 44, 66, n.
Plagarum mundi deſcriptio, II, 15, 37, sqq.
Poësis Italorum, VI, 60, sqq.
Politica scientia, X, 46, sqq.
Poloniae deſcriptio, VIII, 27, sqq. nomen, 28. fertilitas, 29. apes, 32. hoſpitia, 36. homicidium immune, 37. nobilitas, 39. religio, 40, ſqq.
Pompeius caussas orauit, XV, 32.
Pontificia sacra ab Anglis eiurata, IV, 53, 67, n.
Populorum mores et characteres, II, 8.
Praetexta, I, 24, 5, n.
Principum diuersi mores, XIII, 10, sqq. haereditariorum, XIII, 23, electitiorum, XIII, 24, sqq.
Prodigalium ingenium, XIV, 44, sqq.
Prouinciae a Germania abscissae, V, 45, 33, sqq.
Prusa sedes Amurathis, IX, 8, 17, n.
Pulueris nitrati inuentum, V, 37, 4. n.
Puteoli, VI, 7, 28, n.

R.

Rei apud Romanos sordidi, XV, 8.
Reformatores religionum, XVI, 18, sqq.
Religionibus praefecti, XVI, 1, sqq.
Religionum dissidia in Anglia, IV, 53, sqq.
Rhenus, V, 1.
Richardus II. Angliae rex, IX, 51, sqq.
Roma, VI, 42, sqq. a Gallis capta, III, 4, 10, n.
Romulus Pastoris filius creditus, I, 30, 23, n.
Rorismarini planta in Anglia uulgaris, IV, 14, 43, n.
Rubico, VI, 1, 1, n.

Russiae deſcriptio, VIII, 43, sqq. pepones, VIII, 45, 20, n. ruditas emendata, VIII, 50, 31, n. foeminarum seruitus, VIII, 54, n.

## S.

Sacerdotes ac Senes ab armis immunes, III, 4, 13, n.
Sacerdotum ambitus, XVI, 33, sqq.
Sagittandi periti Turcae, IX, 45, sqq.
Saguntus, VII, 10, 26, n.
Sauus, Hungariae flumen, VIII, 3, 8, n.
Schoenbergii in Gallia ad honores euecti, III, 33, 97, n.
Andr. Schottus, VII, 38, 27, n.
Berthold. Schwartzius, V, 37, 4, n.
Scientia quid? II, 41.
Scipio in Africam traiiciens, I, 65. minor spectator praelii, XV, 25.
Scipionis oratio efficax, XIV, 18.
Scoti ab Anglis uicti, IV, 8, 22, n.
Scotorum inconsulta liberalitas, IV, 92. studia et ingenia, IV, 93, 85, n.
Scotiae descriptio, IV, 70, sqq. antiquitas, IV, 70, 25, n. Nobilitas IV, 76, sqq.
Scriptorum barbari aeui ratio, II, 43, sqq.
Scythae, IX, 25, 80, n.
Sebastianus, Lusitaniae rex, VII, 22.
Sectae, XVI, 45, sqq.
Selymus, Turcarum Imperator, IX, 11, sqq.
Seraglio, IX, 22. 71, n.
Sertorius, VII, 11. 30, n.
Siciliae historia, III, 21, 65, n.
Sidonius Apollinaris literarum conseruator, II, 37, 95, n.
Simulatio aulica, XIV, 26, sqq.
Sinus Formianus, VI, 44, 67, n.
Socrates amator Alcibiadis, XII, 14.
Soldanus, IX, 10, 27, n.
Solon, III, 44.
Solymannus Imp. Turc. IX, 14, sqq.
Spadones Turcici, IX, 22, 71, n.
Spiritus s a c e r Senecae *Praef.* 3, 7, n.
Stephanus Battorius, Polonorum Rex, XIII, 27, 99, n.
Sterilitas Hispaniae, VII, 3. sqq.
Stolonis conjux horret fasces, I, 14, 64. n.

Studia seculi barbari, II, 48.
Suedia, VIII, 56, sqq.
Superbia, XI, 44, sqq.
Superstitionis et religionis discrimen, I, 8, 40, n.
Symmachus II, 37, 95. n.
Syria, IX, 29, 93, n.

T.

Tarda ingenia, X, 35, sqq.
Tartarorum gens, II, 71, 99, n.
Taurunum, VIII, 3, 10, n.
Temeritatis ac fortitudinis discrimen, X, 14, sqq.
Tergeste, VIII, 25, 66, n.
Teutones, VIII, 57.
Themistoclis uitia adolescentiae emendata, I, 44, 83, n.
Theologi ueri indoles et mores, XVI, 29, sqq.
Theologia Scholastica, II, 42, 11, n.
Theseus parcus promissorum exactor, XIV, 25.
Tibiscus. Hungariae flumen, VIII, 3.
Ticinense praelium, XI, 36, 28, n.
Timiditatis ingenium, XI, 27, sqq. maxime periculosum in principe, XI, 31, sqq. in seruis, XI, 33, sqq. prudentis exemplum, XI, 35, sqq.
Titulus regis Galliae, *Praef.* I, 1. Ducum Brunsuicensium, ibid. olim simplex, ibid.
Togae et tunicae Pannorum, VIII, 12, 31, n.
Traianus optimus princeps, *Praef.*
Trapezuntinum imperium, XI, 8, 18, n.
Tribunalia hospitalia Anglorum, IV, 67, 13, n.
Triclinia ueterum, I, 33, 40, n.
Turcae, IX, 1, sqq. in Europam illati, IX, 6, superbi, IX, 16, 52, n. legatos non mittunt. ibid. ferale signum habent, IX, 64, 2, n. odia cum Persis alunt de religione, XVI, 16, sqq.
Typographia inuenta, V, 37, 3, n.

V.

Vandalorum in Hispaniam irruptio, VII, 14, 46, n. VIII, 57, sqq.
Varietas delectat, II, 14.
Veneficia Turcarum, IX, 28, sqq.
Venenata animalia non fert Hibernia, IV, 96, 89, n.
Veneti, VI, 46, 74, n.
Americus Vesputius, VII, 18, 62, n.
Westmonasteriensis curia, IV, 98, 93, n.

Vienna a Turcis obsessa, IX, 14, 45, n.
Virginius Rufus, II, 35, 88, n.
Viriatus, VII, 11, 29, n.
Virtus uirilis et cauta, I, 8, 41, n.
Vlyssis Aeolique fabula, VIII, 63, 81, n.

X.

Xenodochia Turcarum, IX, 33.

# INDEX VERBORVM IN HOC OPERE EXPLICATORVM.

**Primus numerus, isque Romanus, *Caput*, secundus, isque barbarus, *Paragraphum*, tertius, idem barbarus, cum adiecto *n. notas* reſpicere iubet.**

A.

ABire in praeceps, III, 56, 71, n.
Abortiua sapientia, X, 15, 72, n.
Accedere ad populum uiuendi consuetudine, III, 41, 14, n.
Accedere ad uincula *de equis, iuuencis*, I, 19, 82, n.
Acerba documenta sapientiae, I, 14. 65. n.
Acerbus, *crudus, praecoquus*, ibid. & I, 23, 2, n. XIV, 44, 90, n.
Acerrimus ad miserias I, 15, 68, n.
Acquiescere rei, IV, 59, 89. n. XI, 68, 22, n.
Actus, *motus, impulsus*, I, 18, 7, n.
Ad, *terminum notans*, II, 35, 90, n. terram dare, V, 42, 18, n. ultimum uenustatis, VI, 18, 74. n. ſpeciem, IV, 65, 7, n.
Addicere, II, 53, 46, n.
Adducere ianuam, V, 61, 4, n.
Adgubernare XI, 77, 56, n. VI, 53, 94, n. XIV, 53, 16, n.
Adipisci memoria, I, 49, 200, n.
Aditu magno, IV, 45, 39, n.
Admordere, VII, 50, 72, n.
Adolescere, *de uino*, III, 57, 76, n.

Adoptari in suam tribum, I, 40, 65, n.
Aduertere ad delicias peregrinas, III, 11, 31, n.
Aduincire, *barbarum*, VIII. 30. 74, n.
Aduocatio XV, 32. 26, n. auxilium, IV, 64, 4. n.
Aduocatus animus, X, 37, 54, n.
Aestus inconsultae fiduciae ac securitatis, I, 37, 51, n. maris allabens, dilabens, relabens, accedens, recedens consuetudinis, gloriae, ingenii, I, 65, 26, n.
Aetas stata, I, 50, 2, n. lubrica, incerta, instabilis, firmata, *ibid.* aetatem ferre, VI, 31, 21, n.
Aeternitas, *gloria*, *Praef.* 16, 69. uirtutum haereditatis iure sancita, II, 55, 60, n.
Affligere indolem suam, XII, 36, 35, n.
Affundere pedibus, XV, 8. 28. n.
Alea, *periculum*, IV, 43, 34, n.
Alere famam, VI, 8. 25, n.
Alpes V, 1, 1, n. III, 2, 6, n.
Altior elegantia, III, 12, 33, n.
Altissima calliditas, V. 92, 9, n.
Altissimae mentes, V, 34, 96, n.
Altum sentire, I, 47, 92, n.
Alumnus, *incola*, IV, 5, 12, n.
Ambiguum beneficium, V, 37, 5, n.
Ambitus, *studium*, III. 76, 30, n. VIII, 17, 46, n. praeposterus III, 41, 12, n. magistratuum, III, 47, 37, n. XIV, 41, 81, n.
Ambitio iudicandi, I, 6. 35, n.
Ambitiosa amicitia, IX, 37, 73, n.
Amittere, *dimittere* VIII, 10, 29, n.
Amplexus *passiue*, IX, 37, 82, n. XIV, 53, 15, n.
Angustiae penatum, III, 42, 20, n.
Angusti animi, III, 48, 48, n.
Augustus, humilis, XI, 50, 77, n. XII, 22, 88, n.
Angusti retusique animi amplis et magnarum rerum capacibus oppositi, X, 39, 60, n. X, 44, 83, n.
Animus sponte factus, IV, 68, 17, n. ad uulnus facilis, ad cicatricem pertinax, VI, 31, 23, n.
Antiquus, *probus* I, 3, 8, n.
Anxia pietas, I, 8, 40, n.
Anxius, *suspicax*, ibid.

Anxietas styli, ibid.
Anxia et crudelis diligentia, III, 14, 42, n.
Aperire opes, *herba in floribus dicitur*, IV, 19, 53, n.
Aperti mores, V, 19, 58, n.
Apertus *cum Datiuo*, XV, 7, 25, n. XV, 40, 58, n.
Apertus ad, *pronus*, IV, 45, 41, n.
Apices rerum, X, 66, 62, n.
Aquila, signum Romani Imperii, V, 39, 7, n.
Arbiter, *speculator*, VI, 33, 32, n.
Arbitrari, *prospicere*, ibid.
Arbores infelices, IV, 43, 29, n.
Arctare supercilium, I, 33, 42, n.
Arena, *certamen*, III, 71, 15, n.
Argutiae scholarum, II, 41, 9, n.
Arguere, I, 12, 55, n.
Artes, *intrigues*, XIV, 3, 11. n. sordidissimae, III, 49, 49, n.
Artificium salutationis, III, 27, 78, n. frontis, III, 39, luminum clementer uibrantium, III, 39. 7, n.
Articulus rerum *Praef.* 10. 44, pugnarum, XI, 36, 22, n.
Articuli calliditatis, XV, 36, 41, n.
Assertor, I, 64, 40, n.
Assurgere in maiestatem, VI, 29, 6, n.
Astus, II, 26, 68, n. II, 54. 50, n. X, 56, 36, n. ciuilis uitae, XV. 52, 99, n.
Attica seueritas V, 78, 66, n.
Auersus labori, IV, 105, 14, n.
Auertere in uitia, I, 61.
Auspicium, *cura, ductus, imperium*, I, 6, 32, n.

B.

Bacca *uua*, IV, 40, 17, n.
Barbara ignoratio virtutis, III, 79, 42, n.
Beati *diuites*, XIV, 53, 38, n.
Belgici animi, V, 85, 88, n.
Bene emi, V, 93, 14, n.
Bene mane, II, 2, 7, n.
Blandimenta ciborum, II, 54, 49, n.
Bonitas inconsulta et laxa, III, 22, 70, n.
Bractea, XII, 29, 11, n.
Breuis, *ualde exiguus*, II, 1, 6, n. IV, 30, 91, n. XI, 30.

C.

Caligo adolescentiae, I, 53, 10, n, *ignorantia*, II, 49, 35, n. audaciae, IV, 42, 21, n.
Captiuum ingenium, XI, 32, 8, n.

Car-

Carbaſus, VI, 17, 60, n.
Carmen, *incantatio*, XIV, 15, 63, n.
Caſus imperii, II, 60, 74, n.
Caſtigare impetum, oculos, dolorem animi, *continere. refraenare*, I, 57, 18, n. V, 58, 81, n. II, 4, 12, n. V, 3, 6, n.
Caſtigatus animus, III, 82, 55, n.
Cauſſae factionum, II, 48, 32, n.
Cautus I, 8, 41, n.
Cenſeri nominibus ſordidiorum, III, 52, 60, n.
Cenſus, *diuitiae, opes*, I, 24, 7, n. ingenii, *Praef.* 5, 27, n.
Chyli deſcriptio, I, 18, 74, n.
Circulatio ſanguinis, I, 18, 76, n.
Claritas uitae, XIV, 34, 58, n.
Clauſtrum, VII, 1, 1, n. montium, VI, 7, 19, n. Conſtantinopolitanum IX, 21, 68, n.
Coelum aër, VIII, 7, 17, n. VIII, 64, 99, n. XIV, 53, 28, n.
Coire, *contrare conſpirare*, I, 50, 52, n.
Colere incolere, V, 68, 36, n.
Collegium artificum, IV, 23, 64, n.
Colores hodiernae ſapientia, V, 27, 82, n.
Comeſſatio, comeſſari, I, 42, 73, n.
Commerica humanitatis, II, 60, 75, n.
Committere, *conjungere*, VII, 2, 6, n.
Complecti, feruore, cura, diligentia, honoribus, beneficiis, I, 46, 88, n.
Compliment, III, 27, 68, n.
Componere, *regere*, II, 64, 92, n. *colligere*, III, 45, 30, n. *temperare*, III, 80, 47, n. *ordinare, conſtituere*, V, 50, 50, n. gradum IV, 69, 20. n.
Concedere pietati opima fundorum, IV, 52, 61, n.
Concipere ſemina de agro, I, 25, 12, n.
Condere in carcerem, in animis, cauſſis, aerario, ſepulchro, I, 29. 21, n. auro latebras, III, 51, 56, n.
Conditi fructus, ibid. et II, 58, 65, n.
Conditionem facere, V, 18, 48, n.
Confeſſus, *paſſiue*, V, 15, 32, n.
Confinium Dei, IV, 33, 94, n.
Conſeneſcere, *diu durare*, IV, 21, 57, n
Conſulere in poſterum, I, 38, 54, n.

Con-

Consumere, *amittere perdere*, I, 16, 72, n. XI, 14, 51, n. rem fidemque, III, 47, 42, n. impetum, IX, 50, 36, n.
Conuerti ad opem alienam III, 66, 99, n.
Cornua Italiae, VI, 44, 68, n.
Corpus *ciuitas*, *respublica*, III, 33, 98, n.
Corripere, *apprehendere*, I, 33, 39, n,
Cothurnus, VI, 24, 2, n. VI, 47, 60, n.
Crassa mens, X, 1, 11, n. XI, 46, 68, n.
Crimen, causa, IV, 23, 62, n.
Crudae uires, I, 38, 55, n.
Crudus tumor, I, 20, 88, n. aër, II, 16, 42, n. III, 9, 26, n.
Cubilia sub dio, IV, 11, 36, n,
Cultus, *uita elegantior*, IV, 99, 96. n. cubiculi, XIV, 53, 23, n.
Cunabula, *primordium*, I, 1, 1, n.
Cunei, III, 77, 31, n.
Curae tristes, III, 41, 16, n.
Cursus recursusque gladiatorum, III, 77, 32, n.
Custodia, *cura*, *studium*, I, 1. 2. n.
Custodiae aegrae uincula. I. 18. 77. n.

D.

Daemon, II, 23, 58, n. et *Praef.* 2. 7.
Damnare in humilitatem, VIII. 30. 12, n.
Damnari crimine, capite, VIII, 44, 16, n.
Damnata libido, VI, 34, 33, n.
Damnatus morti, IX, 5, 8, n.
Decus inane, IV, 33, 99, n.
Decere in publicum, VI, 17, 63.
Deflecti in uaria ingenia et studia, II, 52, 45, n.
Defraudare genium, *Praef.* 7, 7, n.
Deiecti, XIV, 37, 67.
Delibare liuore, V, 38, 61. n
Deliciae, *uoluptates*, I, 38, 52, n.
Delirare, XII, 33, 22, n. infra decus uirilis prudentiae, I, 18, 80, n.
Demittere orationem Italicae, Gallicaeue humilitatis more, IV, 69, 22, n.
Demereri, XIV, 21, 99, n.
Deprehendi, Praef. 1. 4. n. I, 34, 47, n. XII, 24, 96, n. IV, 103, 7, n.
Deprehendere motus futurorum et flexilium annorum, I, 34, 47, n.
Depressa ingenia, V, 73, 47, n.
Depugnare, *conficere pugnam*, VII 13, 43, n.
Dequestus, IV, 82, 54, n.
Descendere ad Obsequia, IV, 31, 94, n.
Despicere, ueluti de altiore scena, I, 72, 63, n.

Despumat, *uinum*, III, 57, 77, n.

Detinere, *occupare*, I, 6, 34, n. *alere, sustentare*, ibid.

Deuotio ingenua, Praef. 5, 29, n.

Deuotus, XIII, 6, 15, n.

Diduci aliqua re, II, 13, 28, n.

Dies fasti, *solennes*, IV, 24, 66, n.

Diffundi per gaudia, XIV, 19, 84, n.

Diffundere animum, cogitationes, oculos, II, 3, 9, n.

Dignari, *absolute*, III, 81, 51, n.

Dignatus, *passiue*, V, 53, 65, n.

Dignitas sterilis, III, 47, 44, n.

Diligentia efficax, V, 20, 65, n.

Discissae mentes, IV, 56, 82, n.

Disciplina, *uitae genus*, III, 46, 34, n.

Discrimina pontium, IV, 27, 81, n.

Dissipatus per omnia animus, X, 34, 41, n.

Diuertere, I, 42, 76, n. *discrepare*. XII. 29. 12. n.

Diuersitor. VI. 19. 86. n.

Diuidere inter auiditatem et fastidium. VI. 19. 84. n.

Diuortium. II. 68. 97. n.

Dolenter. IV. 87. 64. n.

Domare ad ignem. VIII. 64. 6. n.

Domesticus principis. Praef. 7. 31 n. et XIII. 30. 11. n. ad familiaria obsequia. XIV. 53. 48. n.

Dominari. III. 38. 6. n.

Domus principis. II. 1. 2. n.

Donare. *impendere*. 10. 47. 3. n. *condonare*. III. 80. 45. n. opes dignitatibus, uentri. III. 51. 53. n.

Donarium Praef. 12. 54.

Dorsum, collium, montis, IV, 15, 44, n.

Dos, *praestantia, pretium aestimatio*, I, 24, 6, n.

Ducere rationem, I, 40, 67, n. in crimen, IX, 37, 64, n. aes, ferrum, V, 36, 2, n.

Duellum, *singulare discrimen*, III, 73, sqq.

Durare fama, III, 44, 27, n. ad bella, IV, 100, 2, n. in labores, VII, 7, 20. n.

E.

Ebrius recentibus bonis, XIV, 52, 8, n.

Ἐγχώριοι θεοὶ, II, 23, 58, n.

Edicere, pro imperio loqui, I, 74, 69, n.

Edicta crudelia, IV, 55, 75.

Efferuescere in, I, 57, 20, n.

Efficacius, *expressius*, III, 47, 36. n.

Effingi non multum operosa simulatione, III, 29, 85, n.


Effli-

Efflictim, XII, 9, 26, n.
Effoetum corpus I,76,76,n.
Efformare, *uox barbara,* I, 52, 8, n.
Effundere impetus, fortunas, honores, patrimonium, sumtus, I, 19, 81, n.
Effusissime expendere, IV, 92, 85, n.
Egesta patrimonia, XIV, 10, 41, n.
Egestae mentes, X, 71, 76, n
Elegantia altior, III, 12, 33, n.
Emendare ruinas adolescentiae, I, 54, 12, n.
Emere curiam, praefecturam, III, 50. 51. n. aeternitatem, Praef. 16, 69
Emetitus, XIV, 51, 5. n.
Emi promissis, corrumpi, I, 7, 36, n.
Emicat animus, crudelitas, I, 30, 24, n.
Eminere alicui rei, in, inter, I, 10, 50, n.
Emitti, I, 53, 10, n.
Emoliri inopiam artificio, IV, 76, 37, n.
Emotae mentis uir, V, 61, 19. n.
Enecare mores. XII. 38. 42. n
Enecari, *de semine.* I. 41. 72. n.
Eniti, *procrescere,* I, 41, 71, n.
Equuleus. IV. 35. 5. n.
Ergastulum. XI. 32. 11. n.
Errare. *uagari* I. 40. 69. n.
Est. *facit. pertinet. attinet.* I. 46. 86. n VI. 36. 40. n.
Euadere amnem, praedones. I 17. 73. n. in. ad. XI. 15. 52. n.
Εὐδαίμων, *Praef.* 2. 7.
Exactis artificiis eminens. IV. 25. 74. n
Examen. II. 33. 79. n. libere. XI. 66. 20. n.
Exarmare. *debilitare. Praef.* 14. 65. IV. 63. 200. n. V. 54. 67. n.
Excipere. *perferre.* IV. 60. 91. n.
Excutere. de. VI. 26. 7. n.
Execti feliciore parte. II. 60 76. n.
Exercere dies. IV 24. 66 n.
Exertus *manifestus.* XVI. 12. 33. n.
Exerta ingenia. XI. 53. 83. n.
Exhaurire familias, prouinciam. urbanam plebem. amicorum benignitatem. III. 47. 40. n.
Exhorrere. V. 12. 27. n.
Exigui animi. III. 26. 76. n.
Exit de coelo Germaniae Austria V. 23. 69. n.
Exotica. III. 44. 28. n.
Expertus. *passiue.* I. 79. 82. n. IX. 49. 31. n.
Explere superbiam. ultionem. odium stultitiam innoxiarum cupiditatum. I. 21. 90. n.
Explicare opes suas. II. 13. 32. n.
Exprimere ueritatem. spiritum. uocem nummulos. pecuniam IV 35. 6. n
Exsoluere nebulas. V. 77. 64. n.

Exspirans imperium. V. 51. 56. n.
Exsudare. II. 5. 13. n.
Exsurgere in uires. Praef.
Extemporalis orationis descriptio. III. 30. 90. n.
Extemporanei affectus. III. 29. 86. n.
Extemporaneae subtilitatis homo. 7. 33. n.
Extemporaneus. *breuis.* XI. 58. 97. n.
Extemporanea patria. VI. 22. 95. n.
Extorquere, *ui expellere.* I. 65. 43. n.
Exuberare in ramos. I. 44. 80. n. *seprodere.* III, 63. 91. n.
Exundare. *exuberare.* I. 18. 74. n. *se exerere.* III. 19. 2. n.

F.

Facere, praestare. X. 20. 91. n. conditionem. V. 18. 48. n.
Facilis ramus. I, 9. 43. n. materia ad exardescendum. *ibid.* tumor. I. 20. 88. n. exequi, corrumpi, saeuire. I. 48. 94. n. herba. IV. 19. 52. n.
Facillime, *paucis sumtibus.* IV. 77. 38. n.
Facinora necessaria. III. 42. 19. n.
Facta res. XIV. 14. 59. n.
Fallacia oculorum manuumque in gladiatoribus. III. 77. 34. n.
Famulari feliciati. II. 14. 44. n.
Fasti dies. IV. 24. 66. n.
Fasti, *annus.* VII. 13. 38. n.
Fastidium. *superbia.* IV. 29. 87. n. omnis decoris. II. 15. 34. n.
Fastigia aedium. VI. 17. 54. n. II. 12. 25. n.
Fastigium summae appellationis. V. 41. 13. n.
Fatigare, *affligere, frangere.* V. 91. 3. n.
Fatum, *indoles.* II. 58. 68. n. III, 64, 94. n. propensum. *felicitas.* IV. 20. 54. n. *schedula sortem complexa.* IV. 43. 27. n. *mors.* VII. 29. 3. n. *status conditio.* V. 57. 73. n.
Fauces Hispaniae Africaeque. III. 17. 53. n.
Feciales. VII. 44. 53. n.
Felicitas miserabilis incuriae. V. 22. 68. n.
Felix *foecundus.* IV. 9. 28. n.
Feralis imago. IV. 43. 28. n.
Feruere ad. I. 57. 20. n. insano incautoque impetu. III. 57. 68. n.
Fiscus III. 53. 61. n. fisci industria. *ibid.*
Flattiren, V. 87. 93. n.
Flexus aetatis. I. 49. 98. n.
Flumen altum ingenii, perenne. X. 15. 66. n.
Fluere deliciis, mollitie. IX. 6. 11. n.
Formulae. uis formularum. II. 48. 31. n.
Fortuna. *imperium Praef.* 7. 32. IV. 6. 16. n. terrarum, V. 73. 49. n.

Fouere

Fouere ad ulceris maturitatem. I. 20. 87. n.
Frenum moderandi scientia. XI. 70. 33. n.
Frangere. III. 48. 47. n.
Fretum Gaditanum. III. 17. 53. n.
Frigus senectutis. I. 60.
Frigiditas. III. 61. 87. n.
Fulcire pellibus, VIII. 31. 81. n.
Furtiua munera. III. 47. 45. n.

G.

Genius, *Praef.* 2. 7. I. 42. 77. n. II. 23. 58. n. II. 51. 43. n. II. 54. sqq. II. 56. 61. n. saeculi. *Praef.* 3. 7. telluris. IX. 101. 3. n. Genio indulgere. *Praef.* 3. 7. Genium defraudare. *ibid.*
Gladiatoria ars. III. 76. sqq.
Gnatho. VII. 50. 68. n.
Gratis *sine iusta causa.* VI. 79. 37. n.
Gratuita bona. IV. 9. 29. n.
Grauis animus. IV. 36. 7. n.
Graues clientibus. IV. 77. 39. n.
Gula parasitorum. VI. 15. 50. n.

H.

Habere in cautionem. IX. 60. 87. n.
Habitus. *figura oris ac corporis.* I. 61. 28. n. III. 20. 52. n. in gladiatoribus. III. 77. 33. n. oris intrepidi, III. 26. 75. n. uirtutes, uitia, mores, II. 53. 47. n. II. 65. 93. n.
Haerere in uestigiis. XVI. 22. 71. n.
Haurire perpetuo spiritu. V. 18. 50. n.
Haustus coelorum. X. 69. 70. n.
Herbae, quas hibernus tepor alit. IV. 11. 37. n.
Herciscunda familia. V. 61. 93. n.
Horrere dorso montium, VIII. 22. 59. n. malis. IV. 104. 11. n.
Hospitalia tribunalia, IV. 67. 13. n.
Hospitiorum egestas, VI. 19. 83. n.

I.

Iacere. obscurum esse, XIV. 18. 75. n.
Janitzſcharen, IX. 20 sqq.
Ibi. *illuc.* VI. 21. 89. n.
Ictus. *potestas.* XVI. 1. 5. n. euanidi. X. 32. 37. n.
Idoneus sudor. V. 79. 68. n. pati. inferre. IV. 65. 9. n.
Ignaui affectus. XI. 26. 87.
Ignis, color naturalis. I. 18. 75. n.
Ignobiles preces. IV. 63. 1. n.
Illuuies. IV. 95. 88. n.
Imago. simulatio. V. 84 85. n. feralis. IV. 43. 28. n.
Imaginem transferre in se. III. 30. 87. n.

Impeditae natura situque urbes V. 91. 4. n.
Impetus sanguinis. I. 18. 76. n. uerus et laborioſus. I. 46. 89. n. mentium. affectus. II. 65. 94 n breuis et furtiuus. VIII. 13. 34. n.
Impetus et iudicii discrimen. I. 21. 93. n.
Implere scenam. XIV. 14. 58. n. famam. Praef. 15. 65.
Impolitus. Impolitia. IV. 24. 69. n.
Improbus noxius. IV. 104. 12. n.
Improba species otii magnifici, III. 41. 15. n.
In, *cauſsam finalem notans*. II. 19. 51. n. *contra*, *aduerſus*. III. 5. 17. n. in totum. I. 14. 63. n. I. 43. II. 18. II. 40. II. 54. in posterum consulere. proſpicere. prouidere. I. 38. 54. n.
Inane decus IV. 33. 99. n.
Inaspectus. VII. 41. 37. n.
Incauta bonitas. IV. 47. 47. n.
Inclementis hospitii grauis merces. VI 19. 87. n.
Incommoda gulae. IV. 40. 47. n.
Inconciliare. VII. 13. 37. n.
Inconditus populus. II. 73. 6. n.
Incrementa fluminum. V. 8. 16. n.
Incubare coelo. Italiae faucibus. praedae. IV. 12. 42. n
Incuriosus, *expers curae*. I. 19. 81. n. miles. finis. impetus. aquarum. uigiliae. ibid. incuriosa remissio. VI. 23. 98. n. *inelegans*. XVI. 50. 66. n.
Indoles media. III. 63. 90. n. aetatis. II. 51. 44. n.
Indulgentia miserantis naturae. I. 13. 60. n.
Indignatio. *contemtus*. IV. 29. 89. n.
Industria naualis. III. 17. 54. n. turbulenta. III. 42. 21. n. fisci. fatorum. III. 53. 62. n.
Inerrare. *obſeruari*. IV. 43. 30. n.
Inexpertus. *paſsiue*. IV. 39. 13. n. V. 12. 24. n. XIV. 29. XV. 12. 50. n.
Infelix. *sterilis*. IV. 43. 29. n.
Infestus. *Paſsiue*. XI. 13. 47. n.
Infigere animis stimulos. I. 10. 47. n.
Inflectere. *in*, *ad*. II. 23. 59. n.
Informare adolescentiam. Praef. 4.
Infra decus uirilis prudentiae. I. 18. 80. n.
Infundere uenenum. motus. effectus. II. 18. 47. n. *in*, *ad*. II. 35. 90. n.
Ingenium loci. coeli. campi. noctium. II. 15. 39. n. ultionis. II. 55. temporarium.

rarium. II. 55. 57. n. ultionis et inimicitiarum. VI. 35. 37. n.
Iniuriae et contumeliae discrimen. XI. 28. 92. n.
Inhorrescere. *horribilem esse.* I. 33. 43. n. *de hieme,* IV. 11. 35. n. *concuti.* V. 66. 32. n.
Initia, initiamenta, I. 6. 29. n.
Initiare, I, 8, 39. n.
Initiati, I, 6, 29. n.
Inolitus, XIII, 13, 37. n.
Inopiae squalor, III, 42, 24, n.
Insanus, *magnus*, I, 42, 73, n. VIII, 59, 68, n.
Insidiosae liberalitatis blandimenta, IX, 29, 25, n.
Insinuare animo, in, ad animum, I, 60, 27. n.
Insolentia rerum, I, 3, 15, n.
Instrumenta uoluptatum, II, 16, 43, n. litium, XV, 19, 81, n.
Insubria, III, 21, 64, n.
Intactus, *absolute*, I, 7, 37, n.
Intempestiua et superba sapientia, *Praef.* 4, 14.
Interior, *accuratior*, X, 55, 31, n.
Intrare in familiaritatem, VII, 43, 45, n.
Inundare infamia, inuidia, sanguine, III, 67, 2, n. poculis, V, 17, 38, n.
Iras timidas ac degeneres gerere, IV, 89, 69, n.
Ire in famam et laudes, XI, 10, 39, n.
Iurare in solitudinem, IV, 52, 60, n.
Iurgium, III, 70, 6, n.
Iustum, I, 44, 82, n.

L.

Labens aetas, res publica, I, 77, 79, n.
Labi *in* egestatem, adulationem, somnum, procliue *ad* opinionem, mollitiem, I, 75, 72, n.
Laboriosus impetus. I. 46. 89. n.
Lacrymarum profuse excidentium facilitas, I. 35.
Laeuigare iuuentutem. VI. 4. 9. n.
Laguncula ad similitudinem uberis effictae. V. 74. 51. n.
Larua diuitiarum publica. XIV. 41. 79. n.
Lasciuire. I. 11. 53. n. I. 13. 57. n. VI. 7. 21. n.
Latera saxorum. *commissurae. fissurae.* I. 41. 71. n.
Laxare parietes in fenestras. VI. 17. 59. n. ingenium *in* VI. 62. 16. n.
Laxum corpus. V. 12. 25.
Leuitas ueli impatiens. III. 62. 89. n.
Liberalitatis insidiosae blandimenta. IX. 29. 25. n.
Libare aliquid IX. 29. 3. n.
Libertas uiciniae, VI, 18, 78, n.

Libido titulorum. III. 48. 46. n.
Licitatio peruicax. III. 47. 38. n.
Lineamenta naturae animi. *Praef.* 3. 10. Literarum VII. 37. 26. n.
Litare, I 46.90. n. gloriae. ibid.
Literae uiriles. VII. 37. 26. n.
Longobardia. III. 21. 64. n.
Loqui cum Musis. XIII. 76. 77. n.
Lubricum. II. 44. 19. n. dignitatis. XIII. 66. 39. n
Ludibrium mortalitatis. I. 76. 74. n.
Ludus mitissimi temporis. VI. 25. 3, n. *amor.* XII. 9. 35. n. *luxus.* XIII. 43. 58. n. cogitationum. II. 2. 8. n.
Lucre cupiditatem. III. 55. 69. n. frequentiam stipatorum. IV. 85. 60. n.
Lux. *scientia.* II. 49. 35. n.
Luxuries maturescens. I. 44. 81. n. in gramina felix. II. 6. 19. n. uerborum. XI. 77. 58. n.
Luxuriare in fruges. II. 16. 43. n.
Lymphata iuuentus. III. 70. 11. n.

M.

Madere ueris gemitibus. I. 35. 48. n.
Mannae descriptio, I, 24. 8. n.
Mansuetudo siderum. VI. 11. 36. n.
Marcere capite, somno, uigiliis. I. 31. 29. n. I. 45. 85. n.
Mare mediterraneum. III. 17. 52. n.
Mas alueus, mas animus, V, 6, 12, n.
Masculae undae. VI. 7. 18. n.
Materia fragilis. V. 9. 21. n.
Maturescit luxuries. I. 44. 81. n.
Maturitas studiorum nimia. I. 23. 3. n.
Media indoles. III. 63. 90. n.
Memoria facilis et humens. I. 27. 17. n.
Mendacitas superba. IV. 94. 86, n.
Mens, Dea, I, 6, 33, n.
Mentiri per blanditias alternas, IV, 69, 23, n.
Mignon, XIII, 33, 24, n, XIV, 21, 10, n.
Mimum reuoluere, actitare, I, 14, 67, n.
Ministrare usibus, III, 12. 34, n. iracundiae diuinae, VII, 44. 48, n. *peragere*, XI, 39, 51, n.
Ministri a memoria, a scriptionibus XV, 19, 78. n.
Miserabilis incuriae felicitas, V, 22, 68. n.
Moderari se ex, I, 49, 1, n. cum Datiuo, XV, 6, 19, n.

Modus, *limes, terminus*, VIII, 19, 55, n.
Molem publicam subire, III, 54, 64, n.
Moliri, I, 29, 22, n. II, 5, 14, n.
Molossus, IV, 16, 48, n.
Momentum, *felicitas* VIII, 51, 34, n. uicissitudo, IX, 16, 49, n. regnorum ac rerum publicarum, II, 50, 36, n.
Monomachiae descriptio, III, 69.
Monstrum, *res incredibilis*, VI, 5, 17, n.
Mores conditi, II, 58, 65, n.
Motus, affectus, III, 29, 84. n.
Mulcere, I, 73, 64, n. III, 81, 53, n.
Munera furtiua, III, 47, 45, n. terrae exundantis, IV, 18, 51, n. amicitiae, VIII, 55, 47, n.
Musiua opera, VI, 18, 71, n.

N.

Nasci in pretium, VIII, 33, 88, n.
Naturalisiren, III, 33, 99, n.
Naturel, III, 31, 91, n.
Natura ad mutabiles habitus non propitia, III, 28, 81, n.
Natus, *in*, *ad*, IV, 68, 18, n.
Nebulae, *crapula*, V, 77, 63, n, *stupor*, X, 40, 68, n.
Necessaria facinora, III, 42, 19, n.
Nerui regni, V, 48, 45, n. VI, 3, 7, n. orationis, X, 27, 34, n.
Nobilitas, *ordo equestris*, IV, 30, 90, n.
Nomen, *gloria*, VI, 55, 99, n. *titulus*, V, 92, 10, n.
Nomina facere, III, 47, 41. n.
Normannia, IV, 44, 37, n.
Notare, II, 55, 53, n.
Noui homines, III, 51, 54, n. XIV, 1, 3, n.
Nudae et squalentes Musae, VII, 34, 20, n.
Numerus, *praestantia*, IV, 55, 74, n.
Numina, *magistratus*, Praef.

O.

Obire urbem, IX, 37. 62, n. uilitatem salutantium, delectum, tributum munera, V, 92, 12. n.
Obnoxius, *deuinctus*, *obstrictus*, VIII, 32, 83, n. I, 3. 12.
Obsequi, I. 2, 3.
Obstinatus ad praeconia nobilitatis, IV, 79, 45, n.
Obuerti, ad, I, 22, 98, n.
Occidere, *de rebus*, III, 21. 13, n.
Occupare, *mature remouere*, XI, 29, 1, n.
Opaca pectora, I, 36, 49, n. mens, V, 25, 76, n. X, 44, 83, n.

83, n. corpora, X, 69, 69, n.
Operae, IV, 25, 73, n.
Operari pietati, *Praef.*
Orbis, in orbem excurrere, II, 18, 48, n.
Orchestra. XIII, 65, 35. n.
Ornamenta uitae, I, 55, 14, n.
Otium, malum, dulce, honestum, I, 63, 24, n.
Ouilia, IV, 10, 34, n.

P.

Paternis opibus uti, III, 49. 50, n.
Parare animum, XIII, 46, 69, n.
Parasitorum gula, VI, 15, 50, n.
Parum humanitatem habere, V, 26, 80, n.
Patere, XIII, 47, 71, n.
Patriciorum spiritus, III, 40, 10, n. sanguis, III, 71, 14, n. XIV, 1, 3, n.
Patruus, *auunculus*, I, 32, 33, n.
Peculatus, XIII, 56, 200. n,
Penetrale sapientiae, II, 21, 54, n.
Perfunctoria pietas, Praef. grauitas, XIV, 53, 24, n.
Perfunctorie, IV, 57, 83, n. IX, 29, 30, n.
Periculo suorum nummorum, VII, 28, 95. n.
Permittere se alicui, I, 67, 52, n.
Perstringere uultu, suspicione, facetiis, libertate uocis, aratro, uomere aratri, I, 33, 36, n.
Pertinacia armorum, VIII, 15, 39, n.
Phalanx, *pedestris acies*, VII, 26, 89, n.
Philautia, I, 48, 95, n.
Pignora, *liberi*, I, 19, 84, n.
Pineta Aquitaniae, III, 16, 47, n.
Pinguis impetus, VI, 27, 18, n.
Pondus ingeneratum in praua deflectens animum hominis, I, 9, 42, n. senectutis, I, 50, 3, n. aetatis sapientiae, III, 80, 46, n. *tarditas*, X, 42, 74, n. *grauitas*, XI, 69, 28, n.
Ponere rationem, XII, 15, 69, n.
Popularitas, XI, 7, 20, n.
Praealtus, I, 3, 9, n.
Praecipitia adolescentiae, I, 50, 3, n.
Praefatio, VII, 43, 44, n.
Praeposterus ambitus, III, 41, 12, n.
Praetorianae cohortes Turcarum, VIII, 26, 67, n.
Praeuaricatio, VI, 8, 24, n.
Precarium obsequium, V, 47, 39, n. spiritum ducere, VII, 30, 8, n.

Premere feras, XIV, 53, 26, n.
Principes gentium, IV, 81, 49, n.
Procax pueritia, manus ante periculum, I, 20. 85, n.
Procurare artificia, sacra, II, 40, 7, n. patrimonium, VI, 49. 82, n.
Produci in adolescentiam, I, 37. *uenalem exponi*, IV, 22, 96, n. *propagari*, IX, 46, 19, n.
Professus, *Passiue*, III, 54, 63, n. III, 66, 1, n. XIV, 36. 61, n. XI, 63, 12, n.
Profiteri merces, IV, 28, 84, n.
Profundissimae siluae, VIII, 31, 80, n.
Prolixus amor, animus, V, 18. 53. n.
Pronus, *facilis*. IV. 66. 12. n.
Propellere *in*. *ad*. Praef. 13. 58, n.
Propitia natura. III. 28. 82. n. fama. VI. 2, 3. n. fortuna. XIV. 1. 1. n. propitii colles. V. 4. 10. n.
Proponere. *uenale exponere*. III. 54 65. n.
Proscribere rem. I. 7. 38. n.
Prospectare. I. 66. 50. n.
Prostare ad mercaturam. XV. 50. 89. n.
Prostituere. IV. 23. 65. n. XV. 19. 77. n.
Prudentia timida. IV. 64. 3. n.
Publica uiolentia. III. 42. 22. n.
Pulsare in certa munera, *impellere ad*. I. 43. 79. n. pulsari fluctibus. IV. 1. 3. n. X. 8. 36. n.
Pulsus. *impulsus* I. 43. 79. n.
Puluis. *praelium*. IX. 94. n.
Punire fortunam nascendi. III. 32. 94. n.
Purpura. *dignitas regia*. *Praef.* 13. XIII. 10. 29. n.
Purpurati. III. 54. 66. n.
Pyrenaei montes. III. 2. 5. n.
Pyrgopolinices. XIV. 56. 69. n.

Q.

Quam. I. 16. 71. n.
Quaerere in. *inquirere*. I. 31. 30. n.
Questus lenis et placidus. IV. 63. 99. n.

R.

Radices uirtutum. I. 21. 92. n.
Rapere incogitantem. II. 13. 29. n.
Rationem ducere. I. 40. 67. n.
Rationes bibendi. V. 18. 44. n.
Recedere. *ad*. II. 36. 94. n.
Recessus, *dissimulatio*. XII. 24. 95. n. *latebrae animi*. I. 29. 21. n.

Recognoscere. X. 31. 31. n.
Rectitudo. I. 23. 99. n.
Rectores iuuentutis. *Praef.* 4. 17.
Redemta opera. V. 62. 16. n.
Redemtores. IV. 24. 70. n.
Refutare. *compeſcere*. IV. 65. 6. n.
Regere timorem. ualetudines. I. 16. 68. n.
Regnare. *de uitiis*. I. 5. 28. n. *eminere*. X. 19. 41. n. X. 12. 54. n. X. 49. 14, n. XV. 54. 9. n. *cum Ablatiuo*. XIII. 11. 32. n.
Religioſus. I. 8. 40. n.
Remedium *ad*, *in*. XIV. 36. 62. n.
Renegaten. IX, 27. 84. n.
Requies mala. II. 63. 85. n.
Res. *imperium*. *Praef.* 10. 44. n.
Reſidere. *de muſto*. I, 44. 83. n.
Robur Italiae, legionum Batauorum, peditum. equitum. II. 61. 81. n.
Robuſta facundia. X. 32. 35. n.
Rubico. VIII. 3. 8. n.
Ruina. *damnum*, I. 54. 12. n.
Rurſus. II. 55. 59. n. III. 37. 4. n.

## S.

Sacramentum. Praef. 5. 37. res ſacra. XIII. 52. 88. n.
Salutationis artificium. III. 27. 78. n.
Salutaris ſors. IV. 43. 31.
Sanguis uilior honoribus. III. 40. 9. n. III 48. 48. n.
Sapientia priuata et publica, X. 43. 78. n.
Sat ſuperque. I. 31. 26. n.
Satus. *doctrina*. *inſtitutio*. I. 25. 10. n.
Scena maior paterno faſtigio, III. 46. 35. n.
Scenae toti ſufficere. XIV. 53. 37. n.
Scenica ars. III. 72. 16. n.
Scholarum argutiae. II. 41. 9. n.
Sectores, XV. 19. 76. n.
Secunda mors, II. 39. 6. n.
Secundanten, III. 79. 41. n.
Secura pietas, *Praef.* 10. 42, n.
Seductus in ſe animus. IV. 36. 8. n.
Seducere. IX. 29. 12. n.
Sedulitas nautarum. IV. 38. 11. n.
Sementis ſapientiae intempeſtiuae, I, 12, 56, n.
Semina, *primae disciplinae* I, 3, 7, n. felicitatis, XIV, 20, 97, n.
Senſus religionis, VI, 18. 81, n.
Sententiae ſubitae ac fractae, X, 13, 59, n.
Sententiola, X, 11, 48, n.
Sentire altum, I, 47, 92, n.

Sequester animus, II, 60, 71, n.
Sequestra imago, X, 5, 25, n.
Sericum transalpinum, III, 11, 30, n.
Series conuiuii, VII, 28, 100, n.
Sicca pectora senum, I, 77, 77, n.
Sidus, *fortuna*, III, 55, 70, n.
Sidera, *regiones*, *plagae*, X, 1, 1, n.
Simulatio non multum operosa, III, 29, 85, n.
Simplicius, *sincerius*, III, 35, 1. n.
Solicitare, I, 76, 75, n. gustu uictoriarum, IX, 62, 92, n.
Soluere in luxum, segnitiem, IV, 9, 30, n.
Solui desperatione, IV, 26, 77, n.
Soluta imperia, VIII, 20, 56, n. solutus animus. XII, 9, 27, n.
Sordes, *artes lucrosae*, III, 42, 18, n.
Sordidissimae artes, III, 49, 49, n.
Sordidati, XV, 31, 24, n.
Sors, *fortunae*, *status*, *Praef.* 3, 12, n. sedium, VI, 15, 5, n.
Spargere, *diuidere*, *dispergere*, V, 61, 89, n. IX, 18, 60, n.
Spartana patientia, XIV, 38, 68, n.
Species laetarum rerum, I, 38, 57, n. animorum, I, 40, 64, n. pietatis, I, 42, 74, n. II, 34, 85, n. VII, 31, 16, n.
Specimen, *exemplum*, *species*, *imago*, II, 19, 50. n. V, 42, 19, n.
Spes subitas, longas, ferre, III, 17, 55, n. occisae, III, 71, 13, n.
Spirare altum, IV. 49, 55, n. spirare, *exererese*, *Praef.* 13, 59. n.
Spiritus terrarum mundi, regionum, fortunae. indoles. *Praef.* 3. 11. n. II, 33, 80, n. II. 53. IX 70. 18. n. VI. 39. 52. n. ausus magnanimus. IV. 8. 27. n.
Spissare ingenia nocte. II. 38. 2. n.
Spontanea eloquentia. X. 30. 27. n.
Sponte naturae. VII. 22. 80. n.
Sportul - Taxe. XV. 33. 32. n.
Squalor, *sterilitas*. II. 16. 40. n, inopiae. III. 42. 24. n.
Stationes publicanorum. IV. 27. 82. n.
Statum, stata aetas, I, 50, 2, n.
Sterilis dignitas, III, 47, 44, n.


Stimu-

Stimulus gloriae, I, 10, 47, n. fatorum, I, 43, 78, n. aularum, V, 85, 87, n.
Stipare, stupidum reddere, V, 73, 48, n. comitari, XI, 16, 57, n.
Stipatus, stipatio, IV, 25, 76, n. XII, 34, 24, n.
Stringere rostra, iracundiam, III, 65, 96, n.
Studia aetatum, I, 21, 91, n.
Stultitia innoxiarum cupiditatum, I, 21, 90, n.
Suauitas superba sapiendi, IV, 55, 73, n.
Subitae acies, IV, 21, 59, n.
Subornatus maiori specie, III, 61, 85, n.
Submouere, *cum et sine praepositione*, I, 64, 39, n.
Subsidens industria, II, 25, 66, n.
Subsidia uitae, I, 55, 14, n.
Subsistere, verbutten, I, 18, 78, n.
Succedere ad fastum, castra, VII, 49, 67, n.
Succus, *sanguis*, V, 74, 57, n. quem natura ad laxandos corporis artus exundare uoluit, I, 18, 74, n.
Sumere consilium, impetum, I, 65, 42, n.
Supercilium, *seueritas*, I, 5, 23, n. XI, 72, 36, n. XIII, 22, 82. n. *fastus* II, 58, 67, n. XVI, 22, 73, n. V, 92, 12. n. VII, 29, 2, n. VIII, 49, 30, n. arctare, I, 33, 40, n. cogere, XII, 9, 32, n. ducere, XI, 63, 11, n. montis, fluminum, II, 1, 4, n.
Super fidem, IV, 10, 31, n.
Superstare, XI, 1, 3, n.
Superstitio, superstitiosus, I, 8, 40, n. uerborum, III, 79, 36, n.
Supplicium audiendi, I, 70.
Supra pueros sapere, I, 18, 78, n.
Surgere ad pueritiam, ad magna, I, 26, 14, n.
Suspensa colliculis planicies, II, 4, 10, n.
Suspensum uestigium, XII, 28, 5, n.
Suspicere, *uenerari*, I, 3, 17, n.
Suspirare, *sufflare*, XIII, 10, 28, n. aliquid ad aliquid, I, 10, 49, n.
Syrtes, I, 78, 80, n. XI, 30, 3, n

## T.

Tabes animi, XIV, 45, 91, n.
Tanquam, IV, 2, 6, n.
Tegere uulnera, admissa, I, 63, 35, n.
Temere, I, 34, 44, n.
Temporaria ingenia, II, 55, 57, n.
Tenere populum, V, 84, 84, n. X, 28, 24, n. fastigium, XIII, 65, 33, n.
Tessellatum opus, VI, 18, 71, n.

Tes-

Tessera, IV, 43.
Thalamus, XIV, 53, 18, n.
Thracica libido, V, 15, 33, n.
Thraso, XIV, 56, 70, n.
Timida prudentia, IV, 63, 3, n.
Titulus, *laus*, V, 32, 92, n. *inſcriptio. Præf.*
Toga pellibus suffulta, V, 61, 209, n.
Toleranda diuersoria, XV, 53, 21, n.
Tori, *in coronis*, XI, 1, 2, n.
Tormenta uerborum, XIV, 56, 73, n.
Torrens iuuentutis incitatus, I, 58, 23, n. IV, 63, 2, n. uerborum, I, 58, 23, n. ingenii, X, 9.
Transalpinum sericum, III, 11, 30, n.
Transferre *in se*, III, 30, 87. n. *se ad* III, 31.
Transire in formas, II, 17, 46, n.
Transmarinus miles, IV, 20, 55, n.
Tribus, I, 40, 65, n.
Triclinium, I, 33, 40, n.
Tristis, *moleſtus*, I, 4, 20, n.
Tristes curae, III, 41, 16, n.
Tumor crudus ac facilis, I, 20, 88, n. naturae uitio enascens, I, 20, 86, n.
Tumuli in campis, XI, 1, 2, n.
Tumultus, III, 4, 12, n.
Tumultuarium, praelium, IX, 12, 35, n.
Turbo, *turba*, II, 35, 86, n.
Turbulenta industria, III, 42, 21, n.
Turbulenti ingenii praecipitatio, III, 70, 7. n.
Tyrannus, *dominus*, XIII, 9, 27, n.

V.

Vacare, *de loco*, I, 38, 59, n. *indulgere*, locum relinquere, III, 81, 50, n.
Vacua pueritia, *curae expers*, I, 28, 20, n.
Vagari et errare, I, 40, 69, n.
Valere in minas, *contra*, *aduersus*, II, 61, 80, n.
Veli impatiens leuitas, III, 62, 89, n.
Velites, uelitatio prudentiae, X, 13, 60, n.
Venae aquarum, VII, 4, 14, n.
Venalis fortitudo, V, 31, 87, n.
Vendere rempublicam, XV, 2, 9, n.
Venire in periculum, *tentare, experiri*, I, 63, 36, n.
Ventus uenalis, VIII, 63, 80, n.
Verba imaginariae seruitutis, IV, 37, 9, n.
Vere *Praef.* 9, 39, I, 31, 25, n. III, 18, 57, n. III, 37, 3, n.
Versare anxia cogitatione, I, 62. 32, n.
Versatilis animus, XIV, 26, 23, n.

Vertere in hospitum iniuriam, IV, 61, 92, n.
Veternus uoluptatum, XI, 48, 70, n.
Vincere sibi, VII, 43, 43, n.
Vincula aegrae custodiae, I, 18, 77, n. tribunitia, *ibid.* equorum, iuuencorum, I, 19, 82, n. corporis, sensus, I, 66, 48, n.
Vibrare, XIV, 56, 74, n. XV, 29, 17, n.
Vilis timor, I, 31, 28, n.
Vilior sanguis, III, 48.
Vini caligine domitus, X, 34, 44, n.
Vinum adolescens, III, 57, 76, n. despumans, III, 57, 77, n.
Vintoniensis regio, IV, 15, 45, n.
Violentia publica, III, 42, 22, n.
Virilis uirtus, I, 8, 41, n.
Virtus census mediocris, III, 56, 72, n.
Vis formularum, II, 48, 31, n.
Viscera aerarii, caussae, populi, Italiae, I, 65, 45, n. Galliae, III, 69, 3, n.
Vitalia, IX, 29, 92, n.
Vltionis ingenium, II, 55, 58, n.
Vmbo, II, 12, 26, n. VI, 17, 56, n.
Vmbra, *fucus*, XVI, 24, 80, n. XV, 54, 13, n.
Vniuerse, XII, 31, 19, n.
Vtenda diuersoria, XIV, 53, 21, n.
Vulnera tegere, I, 63, 35, n.
Vulnus ignotum, *amor occultus*, XII, 9, 28. n.

## Bericht an den Buchbinder.

Zu Ende des Bogens b ſoll der Custos vor SVMMA JOANNIS heiſſen.


Inches
Centimetres
TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M